COLLATIONES BRUGENSES.

Collationes Brugenses

OPUS PERIODICUM

auctoritate Ill^mi ac Rev^mi Episcopi Brugensis

ET OPERA

RR. DD. Professorum Maj. Sem. Brugen.

EDITUM

Labia sacerdotis custodient scientiam

MAL., II, 7

TOMUS III



ALMA COLLEGE LIBRARY Alma, California

BRUGIS FLANDRORUM

Typis Ad. Maertens-Matthys

MDCCCXCVIII

25281

v. 3
1898

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra tom. II, pag. 553.)

§ II.

Actus fidei supernaturalis ac divinæ explicatur.

85. Ut penitus intelligatur hic actus, sicut et virtus fidei, nam virtus per actum debet intelligi, oportet quædam prænotare ordinemque dicendi indicare.

Itaque, fide divina credimus veritates (objectum materiale), *quatenus* a Deo revelatas (prima formalitas), *propter* auctoritatem Dei, seu scientiam et veracitatem Dei (altera formalitas), quæ ambæ formalitates efficiunt objectum formale adæquatum, ita ut sola hæc posterior formalitas proprie et stricte sit motivum formale fidei, quod scilicet proxime movet ad credendum. Nec enim auctoritas Dei et locutio ejus proprie constituunt præmissas, e quibus deducatur ut conclusio ipse assensus fidei, ut clarius patebit infra.

Hisce positis, sedulo distinguere oportet operationes intellectus et voluntatis, in ordine ad credendum, *ante* actum formalem fidei, et *in ipso actu* credendi.

1° *Ante actum fidei* formalem, omnino necesse esse intelligitur, ut duæ prædictæ veritates, auctoritas nempe Dei, et factum revelationis certo cognoscantur. Ideo veritates illæ cum rationibus easdem manifestantibus vocantur *fidei præambula*. Hæ rationes certo manifestantes objectum formale adeoque et motivum fidei, nequaquam sunt motivum fidei, sed, quoniam simul cum objecto formali etiam manifestant, non quidem veritatem revelatam in se, sed ejus credibilitatem, sub hoc respectu dicuntur et sunt *motiva credibilitatis*. Idem

tamen nomen retinent respectu facti revelationis, quod solent non evidenter sed certo manifestare.

Jamvero, quod auctoritatem Dei attinet, ea ante actum fidei facile cognoscitur ab eo qui veram Dei notionem acquisivit. Factum vero revelationis argumentis supra expositis, miraculis nempe ac prophetiis tamquam signis divinis, ipsaque demum Ecclesia tamquam Dei legata veritates revelatas proponente, si non evidenter, certo tamen innotescit, ita ut eadem miracula ac prophetiæ ipsaque Ecclesia simul sint motiva credibilitatis doctrinæ propositæ proprie dicta, et facti revelationis argumenta seu motiva credibilitatis minus stricte dicta.

Hæc prævia cognitio objecti formalis fidei adæquate sumpti, sive mediata sit sive immediata, (et immediata quidem est auctoritatis divinæ, mediata facti revelationis) sive naturalis sit solius rationis viribus, sive supernaturalis præveniente jam et adjuvante, etiam ante actum fidei, divina gratia, omnino requiritur ut formari possit *judicium credibilitatis* et credentitatis, ut ajunt, quo nempe judicatur veritatem revelatione propositam esse evidenter credibilem et credendam. Et hoc quidem judicium jam ex viribus gratiæ supernaturaliter est eliciendum in ordine ad fidem divinam supernaturalem, quia, cum prælucere debeat voluntati viribus elevatis pium elicienti credulitatis affectum, ejusdem rationis esse debet ac volitio cui prælucet.

86. Sed præterea 2° *in ipso actu* formali fidei, præter assensum directum et explicitum in objectum materiale seu veritatem revelatam, etiam reperitur assensus implicitus et indirectus in duas illas veritates objectum formale componentes. Non enim possum assentire veritati revelatæ, nisi simul implicite assentiam facto revelationis et auctoritati Dei, quemadmodum nec Deus veritatem aliquam revelare et fidem exigere potest, quin eo ipso suam auctoritatem suamque locutionem implicite affirmet et admitti velit. Unde oritur duplex quæ-

stio: 1ª quomodo et quali assensu, non ante actum fidei, de qua re supra, sed *in ipso actu* fidei accipiatur auctoritas Dei ejusque locutio; 2ª quis sit nexus inter utrumque memoratum assensum, num auctoritas Dei et factum revelationis sint præmissæ formales, e quibus deducatur ut conclusio ipse assensus in veritatem revelatam.

Et hæc est difficultas propria fidei theologicæ. Quod enim in fide humana motivum proximum, id est, auctoritas ulterius resolvatur in motivis, sive mediatis sive immediatis, hanc auctoritatem manifestantibus, parum refert. Atvero, actus fidei theologicæ, sicuti subjective esse debet ex integro supernaturalis, ita objective totus inniti debet in auctoritate Dei loquentis, adeoque hæc auctoritas sicuti proximum ita et ultimum solumque est motivum credendi. Hoc omnes admittunt ac admittere debent, sed in diversa abeunt in explicando, quia res non adeo facilis est: quomodo enim assensu immediato, in quo sistatur, eoque supernaturali, admitti potest objectum formale fidei? Si vero dicis assensu mediato admitti, tunc, vel iterum fundatur ille assensus in auctoritate Dei, et redit quæstio seu circulus est; vel fundatur in auctoritate humana, aut in argumentis rationis ac motivis credibilitatis, et tum fides jam non sistit in Deo prima Veritate.

87. Hoc ordine dicendi rite intellecto, jam de præambulis fidei et motivis credibilitatis satis diximus supra, objective quasi et in abstracto, ut nunc exponamus naturam actus fidei theologicæ, et statim postea, totam rem resumentes, modum et ordinem, subjective et in concreto, quo ascenditur ad Deum supernaturali revelatione sese manifestantem percurramus.

Itaque, quod spectat cognitionem objecti formalis actui fidei præviam, ponimus hominem, sive viribus rationis, sive jam gratia excitatum et adjutum, certo cognoscere existentiam Dei infinite sapientis ac veracis, necnon Deum revelasse; ex qua cognitione, immediata

vel mediata, naturali vel supernaturali jam ex parte principii, reddit rationem suæ fidei seu cur credere velit.

Ea cognitione prævia posita, excitante et adjuvante gratia elicere potest judicium supernaturale credibilitatis, quo judicet revelata esse credibilia ac credenda, et dein, operante et cooperante gratia in voluntate affectum supernaturalem credulitatis concipere, et imperare potest assensum intellectus seu ipsum actum fidei in veritatem quatenus revelatam a Deo propter Dei auctoritatem.

88. Sed actus hic fidei est virtualiter duplex, ut dicebamus, dum enim explicite credit veritatem revelatione propositam, necessario implicite simul assentit objecto formali. Atque hæc est ratio fundamentalis cur, in actu quo credit veritatem explicite, etiam assensus formali objecto præstitus debeat esse et sit supernaturalis, sicut actus charitatis in proximum propter Deum, necessario includit actum charitatis in Deum. Unde, in ipso actu fidei, non ante eumdem actum, auctoritas Dei et revelatio non modo agnoscuntur ex eodem subjectivo lumine fidei quo creditur veritas expresse proposita, sed etiam ex eodem motivo objectivo implicite creduntur. Nec enim potest Deus revelare aliquam veritatem credendam, nisi ipso facto implicite dicat se revelare, et affirmet suam auctoritatem, adeoque, quemadmodum veritas debet revelari ut sit explicite credibilis, ita objectum formale eo ipso immediate sistitur credibile implicite, quatenus revelatur implicite in revelatione veritatis cujusvis expresse propositæ, et similiter de auctoritate Dei dicendum. Itaque, non propter motivum novum, a se ipsa distinctum, posita nova revelatione, creditur auctoritas Dei revelantis, sed, posita revelatione cujusvis veritatis explicite a Deo propositæ, in qua implicite revelatur objectum formale illius assensus mediati et expliciti, creditur hoc ipsum objectum formale assensu implicito et immediato non propter

aliud, quatenus movens ad assensum explicitum, simul eo ipso movet ad assensum implicitum in seipsum. Et ita evanescit processus in infinitum et circulus vitiosus, nam vere sistitur in motivo supernaturali auctoritatis Dei. Nec obstat quod assensus implicitus in objectum formale sit natura posterior assensu explicito fidei, in quo est implicitus, cum tamen videatur necesse ut præcedat agnitio auctoritatis Dei divinæque revelationis. Etenim, ante actum fidei debet hæc agnitio præcessisse ut judicium credibilitatis efformari posset, sed in ipso actu fidei non debet esse prior, quoniam ipse assensus fidei licet mediatus non est stricte discursivus. Idem est de actu charitatis erga proximum, quem præcessisse debet actus charitatis in Deum (1), sed actus charitatis Dei implicitus in actu ipso charitatis proximi, huic non est prior, sed potius natura posterior.

89. Et actum quidem fidei non esse stricte discursivum ampliori in luce collocari meretur, ut penitius intelligatur analysis divinæ fidei. Itaque, discursus est processus rationis ab una veritate cognita ad aliam cognoscendam. Unde statim intelligitur non esse locum discursui nisi in assensu mediato, qualis est assensus scientificus, qui proprie et stricte discursivus est, et assensus fidei, qui versatur in quæstione. Jamvero, licet mediatus sit assensus formalis et explicitus fidei propter auctoritatem Dei revelantis, non tamen est stricte discursivus. Ponamus enim objectum formale tamquam præmissas syllogismi: Deus in revelando nec

(1) Hæc similitudo non urgeatur ultra intentum, quasi requiratur ante fidem cognitio quoad substantiam supernaturalis objecti formalis, sicut actus charitatis Dei præcedens actum charitatis proximi est supernaturalis. Nam, disparitas est, quod actus charitatis est in voluntate et prærequirit jam fidem in intellectu et spem in voluntate; fides vero, a qua initium sumunt opera salutaria, est in intellectu, imperante voluntate, et prærequirit quidem judicium credibilitatis supernaturale et imperium supernaturale voluntatis, hos vero actus aliud præterea requirere quam usum rationis quo certo cognoscantur auctoritas Dei et factum revelationis nulla ratione demonstrari potest.

falli nec fallere potest (motivum formale fidei). Atqui Deus revelavit hanc veritatem (alterum elementum objecti formalis adæquati). Quænam erit conclusio? Num assensus fidei in prædictam veritatem? Minime, sed erit hæc: Ergo Deus in revelanda hac veritate, nec falli nec fallere potuit, adeoque conclusio ista erit Deum in revelanda hac veritate habere auctoritatem quæ sufficienter moveat ad assensum fidei, ut, interveniente voluntate, reipsa detur ille assensus. Præterea, patet formam syllogisticam adhibitam non esse formalem syllogismum, habentem vim illationis; major enim est propositio universalis sub qua conclusio comprehenditur tamquam particularis, adeoque præmissæ non sunt ex æquo causæ conclusionis, sed totum motivum continetur majore, minore tantum applicante idem motivum veritati determinatæ.

Si vero alia forma syllogistica ponatur: Quod Deus revelat, verum est. Atqui Deus revelat hoc. Ergo hoc verum est. Annon hæc conclusio assensus est in ipsam veritatem revelatam? Respondemus, primo quidem, dato non concesso sic esse, assensus præstatur conclusioni vel ob solam Dei auctoritatem, vel propter deductionis legitimitatem ac vim. Si hoc alterum fiat, assensus est theologicus seu scientificus, non fidei; si primum, ergo assensus fidei non est stricte discursivus. Sed, secundo respondemus negando conclusionem syllogismi prædicti esse assensum in ipsam veritatem revelatam. Etenim, sensus majoris prædicti syllogismi esse alius nequit quam: quod Deus revelat, verum est quoad nos, seu apparet evidenter verum, quatenus revelatum et quia Deus summa veritas est. Nam, aliquid verum non est objective, quia revelatur, sed etiamsi non reveletur, et potius revelatur quia verum est. Unde patet minorem nihil aliud esse quam applicationem objecti formalis, in majore positi, huic determinatæ veritati, adeoque conclusionem, quæ non potest esse latior majore, significare: hoc verum esse, quatenus

revelatum a Deo summe veraci, seu, apparere verum nobis, propter auctoritatem Dei, ita ut hæc auctoritas applicetur huic propositioni determinatæ et sufficienter moveat ad alium assensum, nempe fidei, qui ideo rationabiliter potest et debet imperari a voluntate.

Unde concludimus assensum fidei, licet mediatum, non esse stricte discursivum, sed sensu latiore, improprio, quatenus perspecta connexione extrinseca auctoritatis divinæ cum veritate aliqua revelata, perspicitur, non quidem hæc veritas, cum prædicta connexio non sit intrinseca, sed rationabilitas et debitum ei assentiendi, imperante voluntate, assensu fidei.

90. Ex dictis intelliges libertatem et meritum actus fidei. Liber nempe est actus fidei, non tantum radicaliter, quatenus nobis factum revelationis, quamvis certum, non est in se evidens, sed etiam formaliter et essentialiter, quia, etiamsi in se evidens esset revelatio, numquam tamen ex dictis excluditur imperium liberæ voluntatis, si quidem objectum formale seu auctoritas Dei revelantis numquam intrinsece evidentem reddit veritatem revelatam. Unde et Apostoli, etiam in iis quæ ipsis evidenter erant divinitus revelata, veram fidem formaliter et essentialiter liberam habuerunt, libertate contradictionis, quæ ad meritum sufficit, quia poterant non credere, quamvis non libertate contrarietatis, qua potuerint rejicere veritatem vel de ea positive dubitare.

Itaque ad libertatem essentialem fidei unum requiritur et sufficit, ut nempe veritas formaliter ut revelata non sit evidens, id est, non visa in se formaliter ut divina, aliis verbis, sola visio Dei evacuat fidem, et libertatem ab ea inseparabilem (1).

91. Ex præcedentibus etiam deduces an et quomodo fide divina credi possint et debeant existentia Dei, ejusque attributa rationi non impervia.

Quidquid theologi disputaverint de quæstione an

(1) Cf. diss. nostram *de dubio solvendo*, n. 163, *nota*, in fine.

fides et scientia de eodem objecto sint compossibiles in eodem subjecto, sequentia manent inconcussa. Sola visio intellectualis alicujus objecti immediata vel mediata determinat intellectum ad assensum in istud præcise objectum, inque ea sola visione vere quiescit intellectus. Jamvero, nos in præsenti vita Deum immediate non videmus sed nec videre possumus, rationalis vero ac scientifica demonstratio existentiæ Dei non efficit ut Deum objective existentem intrinsece, licet mediate, videamus, sed solum ut ab effectu et a posteriori videamus quod debeat esse. Unde, ut supra in capite primo vidimus, non potest Deus negari nec de eo potest aliquis positive dubitare, sed potest assensum positivum omittere. Quod autem attributa Dei rationi non impervia attinet, in notione quidem subjectiva hypothetice ea videri possunt ab intellectu, sed objective absolutus in eadem assensus pendet ab assensu in realem Dei existentiam, quæ in se et intrinsece rursum non videtur, quamvis et ipsa, sicut attributa, in notione subjectiva Dei contineri intelligatur. Unde perspicuum est, quidquid de scientia et fide in genere sit dicendum, scientiam rationalem de Deo non evacuare fidem de Deo, sed scientiam et fidem de Deo esse compossibiles in eodem subjecto.

Similiter, objectum formale fidei, quantumvis evidens, non reddit veritatem revelatam visam in se, in qua visione sola quiescit intellectus, adeoque nec revelatio unquam evacuat fidem, sed sola revelatio suprema in cœlis seu visio Dei. Videlicet, connexio intrinseca non est inter objectum formale fidei et veritatem credendam ; imo, pone Deum per revelationem evidentem nobis indicare connexionem intrinsecam adesse quam non videmus in se, qualis reapse adest in quibusdam veritatibus circa divinam Trinitatem, poterimus quidem assensum scientificum præbere huic veritati, quod debeat esse talis connexio, sed, nisi videamus connexionem in se, non quiescet intellectus nec determina-

bitur ad assensum in ipsam existentem connexionem.

Ergo, scientia rationalis de Deo non impedit fidem; imo, posita scientia in præsenti vita quantumvis perfecta de Deo, integræ manent rationes fide divina in Deum credendi, quoniam assensus fidei longe perfectior est et ulterius progreditur. Dico: ulterius progreditur, nam, ut ex dictis liquet, dum scientia naturalis excludit negationem Dei et dubitationem positivam de ejus existentia, atque indicat esse positive assentiendum, fides hunc absolutum et definitivum assensum præbet. Præterea, fides divina, ut jam intelligitur et clarius patebit, tum ex parte subjecti gratia illuminati, tum ex parte objecti a Deo immediate communicati, multo perfectior est scientia naturali, ejusque assensus supernaturalis, super omnia firmus, infallibilis, vere divinus est.

Igitur merito docent communius theologi existentiam Dei, ejusque attributa, rationi non impervia, fide divina credi posse et debere, non tantum ab indoctis, sed ab omnibus, etiam illis qui perfecte demonstrationem earum veritatum scientificam percipiunt.

Item communior merito est sententia theologorum docentium existentiam Dei esse objectum materiale fidei, et fide divina credi potuisse etiamsi non fuisset explicite revelata, quoniam Deus in omni revelatione seipsum revelat.

Cum autem existentia Dei, item Dei auctoritas, et factum revelationum antecedentium sint explicite revelata, duplici ratione credi possunt: primo, fide mediata et explicita, quasi reflexe, posita scilicet expressa earum veritatum revelatione; secundo, fide implicita in omni actu fidei, quemadmodum supra explicavimus, creditur existentia Dei, ejus auctoritas et præsens revelatio.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Februarii

—

I

Explica IV Reg. VIII, 10: « *Dixitque ei Eliseus: Vade, dic ei: Sanaberis: porro ostendit mihi Dominus quia morte morietur* ».

II

Expone quid et an sit Purgatorium.

III

Explica malitiam consuetudinis jurandi, quoad ipsum habitum et quoad juramenta ex habitu prolata.

IV

Quousque licet exigere juramentum ab aliquo male juraturo?

V

Quanta est obligatio juramenti promissorii?

VI

L'article 92 du décret du 30 Décembre 1809 porte: « Les charges des communes relativement au culte sont: 1°... 2° De fournir au curé ou desservant un presbytère, ou, à défaut de presbytère, un logement, ou, à défaut de presbytère et de logement, une indemnité pécuniaire ».

Déterminez la juste portée de cette disposition.

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Novembris 1897 propositas

I

Q. Expone *ad Ephes.* VI, 11, 12: « *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem: sed adversus principes, et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus* ».

R. *Induite vos armaturam*, τὴν πανοπλίαν, totam sive integram armaturam, quidquid ad militem armandum in pugnam pertinet.

Dei largitoris, a Deo suppeditatam. Universam armaturam militis christiani exponit Apostolus vv. 14-17.

Ut possitis stare invicti, ut valeatis in fide et rectitudine vitæ christianæ persistere *adversus insidias,* adversus insidiosos assultus et machinationes *diaboli*, quas scilicet ille vobis struit sive immediate per se, sive mediante mundo aut carne vestra.

Quoniam... Exaggerat Apostolus potentiam nostri hostis, diaboli, ut magis solliciti ad induendam armaturam Dei simus. Etenim *non est nobis colluctatio* (πάλη, *lucta*) *adversus carnem et sanguinem*, adversus hostes ex carne et sanguine compactos, adversus homines mortales et infirmos. — Verum est nos etiam ab hominibus oppugnari, sed eatenus tantum quatenus sunt diaboli instrumenta. « Vasa sunt, alius utitur; organa sunt, alius tangit » S. August. *De verbo Domini*, 8, 4.

Sed adversus principes, et potestates, adversus dæmones ex ordine principum et potestatum lapsos. Elegit Paulus ista nomina dæmonum, potius quam alia, quia potentiam et excellentiam sonant, ut hostes istos nobis ostenderet magis formidabiles.

Adversus mundi rectores (κοσμοκράτορας, *mundi-potentes*) i. e. adversus rectores mundi hujus inferioris; seu potius: adversus rectores mundi hujus mali, mundi impiorum et iniquorum. — *Tenebrarum harum.* Est expositio *mundi*, quâ declaratur cujus mundi rectores vocentur dæmones: *Mundi tenebrarum harum*, i. e. tenebrosi hujus mundi, seu aëris hujus (cf. II, 2), cum mundus superior tot siderum luminibus colluceat; seu potius: mundi maligni, hominum tenebris ignorantiæ et malitiæ obvolutorum. « *Mundi* dixit, tenebrarum harum; *mundi* dixit, amatorum mundi; *mundi* dixit, impiorum et iniquorum » S. Aug., *Tract. in Ps. 54.*

Contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus, i. e. contra spiritus nequam in cœlo aëreo versantes, unde adversus nos grassantur. « Et hæc, inquit Hier., omnium doctorum opinio est, quod aër iste, qui cœlum et terram medius dividens, inane appellatur, plenus sit contrariis fortitudinibus ».

Nota. 1. *Spiritualia*, abstr. pro concr. *spiritus.* Ascribitur autem naturæ nomen, *spiritualia*, ad insinuandum, ait Estius, quod dæmonum tantò major est malitia, quantò natura nobilior, quemadmodum S. Thomas bene explicat.

2. *Nequitiæ*, genitiv. qualitatis, *nequam.*

3. *In cœlestibus.* Hoc referendum est ad *spiritualia nequitiæ,* non vero ad: *sed (est nobis colluctatio.)* « Nam quod Græci, Cajetano suffragante, docent *in cœlestibus*, idem valere quod *pro cœlestibus*, seu *propter cœlestia*, quasi significetur hanc colluctationem nobis esse contra dæmones, non pro rebus terrenis, sed pro regno cœlorum, pia quidem expositio est, at non germana. Neque sane hujusmodi interpretationem græca præpositio (ἐν) admittit. Et cum in hac Epistola sæpius legatur illud, nusquam tamen ita accipitur ut Græci hic volunt ». Estius.

G. V. D. P.

II

Q. *Expone quænam de inferno ejusque pœnis sint fide credenda aut saltem ut certa admittenda.*

R. Prœnotandum. Hoc vocabulum « Infernus » (vel alia forma *inferi*, *inferna*) non semper idem designat, uti notat Catechismus Concilii Tridentini qui sic loquitur: « ..... inferorum nomen abdita illa receptacula significat, in quibus animæ detinentur, quæ cælestem beatitudinem non sunt consecutæ..... Neque tamen ea receptacula unius et ejusdem generis sunt omnia; est enim teterrimus et obscurissimus carcer ubi perpetuo et inexstinguibili igne damnatorum animæ simul cum immundis spiritibus torquentur, qui..... propria significatione Infernus vocatur. Præterea est purgatorius ignis, quo piorum animæ ad definitum tempus cruciatæ expiantur, ... Tertium postremo receptaculi genus est in quo animæ sanctorum ante Christi domini adventum excipiebantur..... » (Ad artic. quintum Symboli, n^is^ 3° et 4°).

Præterea vocabulum « Infernus » aliquoties adhibetur ad designandum solum locum in quo anima cœlesti beatitudine privata manet, aliquoties ad solum statum talis animæ, et aliquoties ad utrumque significandum. Quare clarioris gratia sermonis, in singulis quæ in quæstione proponuntur determinandis, a vocabulo « Infernus » abstinemus.

Quibus positis, sic solvitur quæstio:

I. De fide credenda sunt sequentia:

1. Plures ex angelicis spiritibus peccaverunt, a visione beatifica privati et ad æternum supplicium deputati sunt (Ex S. Scrip. 2ª Petri II, 4; Ep. S. Judæ, 6; Matt. XXV, 41).

2. Animæ illorum qui solo originali peccato decedunt excluduntur a beatitudine, non tamen pœnas patiuntur pares pœnis eorum qui damnantur propter peccatum personale. (Ex Concilii Florentini decreto unionis

græcorum-Denzinger *Enchiridion* Editio secta nº 588) Pœna originalis peccati est carentia visionis Dei, actualis vero peccati pœna est gehennæ perpetuæ cruciatus. (Ex Innoc. III decretis. *Enchir.* nº 341).

3. Animæ illorum qui in peccato actuali mortali decedunt non solum privantur visione beatifica sed insuper positivis cruciatibus torquentur qui in S. Scr. vocantur *ignis*, *vermis*, *stridor dentium*, *fletus*, *tenebræ*, et qui gravissimi sunt. (Ex decretis supra citatis et ex S. Scrip.)

4. Eidem igni crucianti communicant tum dæmones tum illi qui propter actuale peccatum damnantur. (Ex Concilii Lateranensis IV definitione. *Enchir.* nº 456 et ex S. Scr. Matt. XXV, 41).

5. Illæ pœnæ, tum privatio visionis Dei, tum positivi cruciatus hominum animis *mox post mortem* infliguntur. (Ex Const. Benedicti XII. *Enchir.* nº 456).

6. Illæ pœnæ sunt *æternæ* (Ex S. Scr., etiam ex decreto Innoc. III sup. c., et ex definitione Conc. Lateran. IV sup. c.)

Ergo *quænam* generice pœnæ et *quibus* ex ordinatione Dei parentur, *quando* hominibus infligantur et *quam diu* sint duraturæ nos docet revelatu doctrina relate ad Infernum pront ille distinguitur a cœlo et purgatorio.

II. Tamquam *theologice certa*, h. e. tamquam ex revelata doctrina certo deducta, admittenda sunt sequentia:

1. Illi qui cum peccato actuali mortali decedunt torquentur summa tristitia et desperatione: hoc infertur ex ipsa natura pænarum quibus damnatos puniendos docet Ecclesia.

2. Ignis qui instrumentum est supplicii æterni est ignis realis et physicus, quamvis diversà possit esse naturà ab igne quo nos in hac terra utimur: hoc infertur ex S. Scrip., et Traditione (Cfr. Jungmann. *de Novissimis*. Art. III Nis 29 et 30).

3. Dæmonum et illorum qui propter actuale peccatum

damnantur communicatio iisdem pœnis aliqua saltem ratione cruciatus auget. Hoc infertur ex modo quo de illa communicatione loquuntur Patres, definitiones Ecclesiæ et Theologi (Cfr. Jungmann, op. cit. nº 35).

4. Hominum damnatorum cruciatus sunt inæquales ratione acerbitatis. Hoc infertur ex generali asserto quod. « Deus reddet unicuique secundum opera ejus ». Rom. II, 6.

5. Nec dæmones nec homines damnati unquam salutarem possunt agere pœnitentiam. Hoc infertur ex dogmate de æternitate pœnarum.

Tandem hoc etiam theologice certum videtur quod damnatis nec ulla interruptio nec ulla mitigatio datur saltem pœnæ essentialis, et quod damnatis vivorum preces non prosunt. Hæc deducuntur ex asserto præcedenti et doctrina Patrum — (Cfr. Mazzella. De Deo Creatore Disp. VI., art. VII).

N. B. Si de singulis damnatis quæstio fit, nomine Inferni designari potest *status et locus* damnationis, quia unusquisque dæmon et unaquæque anima humana, sive ante sive post corporum resurrectionem, est in loco secundum modum qui uniuscujusque naturæ convenit. Nihil præterea impedit quominus nomine Inferni significetur complexus omnium damnatorum et complexus omnium locorum in quibus sunt singulæ animæ damnatæ: quo sensu infernus dici potest « carcer ubi perpetuo et inexstinguibili igne damnatorum animæ simul cum immundis spiritibus torquentur. » (Catech. Conc. Trid. sup. c.)

Utrum autem ignis Inferni sit focus quidam extensione continuus qui dimensionibus suis quantitativis determinatam spatii partem occupet in quam damnati omnes mittantur, an ille ignis, quamvis physicus, sit potius singulis damnatis singulare supplicii instrumentum ita ut quoad ubicationem in unum non conveniant, determineri nequit.

J. V. D. M.

III

Q. *Proba virtutem religionis non esse theologicam sed moralem et virtuti justitiæ annexam.*

R. I. Virtus theologica est quæ ipsum Deum immediate pro objecto habet. Jamvero virtutem religionis non esse hujusmodi ostendi potest tum indirecte tum directe. 1 Indirecte, ex thesi in tractatu de virtutibus theologicis probata : tres esse virtutes theologicas, fidem, spem, charitatem, nec plures nec pauciores. Cf. Bouquillon, de virt. theol. n. 2. Præcipuum hujus thesis argumentum, ex Scriptura simul ac Traditione deductum, huc redit. Tum in Scriptura (1 Cor. XIII, 13; 1 Thess. V, 8; Col. I, 4-5), tum apud Patres (S. Aug., Enchir. c. 3-4; serm. 27, n. 1; de doctr. christ. I, c. 37, 39; S. Greg. Magn., Moral. I, c. 27, XI, c. 16 etc.), tum in documentis Ecclesiæ (Conc. Trid. sess. VI, c. 7), adeo constanter connumerantur hæ tres virtutes, ut peculiari convenientia ad invicem connecti debeant et a cæteris omnibus distingui. Atqui nulla sufficiens ratio hujus connumerationis et connexionis datur præter ipsam rationem virtutis theologicæ. Ergo. Accedit ratio theologica, quam exhibet S. Thomas, 1-2, q. 62, a. 3.

2 Directe. Neque objectum materiale immediatum, neque objectum formale religionis ipse Deus est. Revera objectum materiale immediatum (objectum materiale *quod*) religionis est cultus Deo debitus, et tantum mediatum objectum (objectum *cui*) Deus est, cui ratione suæ excellentiæ cultus debetur. Pariter religionis objectum formale *quod* est æqualitas imperfecta quam homo ad Deum per actus cultus servat, et objectum formale *sub quo*, seu ultima ratio motiva, est honestas quæ in hac æqualitate relucet. Unde apparet religionem immediate non attingere Deum, ac proinde non esse virtutem theologicam, quamvis proxime ad theologicas accedat. Apposite Cajetanus in 2-2, q. 81, a. 5 : « Sicut in universo naturæ rerum sic sunt connexæ et ordinatæ,

ut inferior in supremo attingat naturæ superioris conditionem..: ita in virtutibus moralibus, suprema earum, quæ est religio, participat naturam theologalium virtutum. Propter quod religio, quia moralis est, actibus suis non attingit Deum, ut objectum seu materiam circa quam operatur, sed circa humanam mentem, humana opera resque exteriores, quas offert Deo orando, adorando, sacrificando, offerendo. Quia vero theologales participat, Deum habet pro objecto non simpliciter, sed cui debitum cultum affert ».

II. Ex dictis jam fluit altera pars: religionem esse virtutem moralem, justitiæ annexam. *Moralis* est: nam adæquata est distinctio virtutum infusarum in theologicas, quæ nos disponunt circa ipsum finem, et morales, quæ nos disponunt circa ea quæ sunt ad finem. Ad genus *justitiæ* pertinet: nam debitum Deo reddit. Istud tamen debitum Deo non reddit ad strictam æqualitatem, sed tantum juxta humanam facultatem ac divinam acceptationem: « major enim est omni laude (Eccli. XLIII, 33). » Ideo deficit religio a perfecta ratione justitiæ et dicitur justitiæ pars potentialis, seu virtus *annexa* strictæ justitiæ.

O. E. D.

IV

Q. *Proba Deum esse ab homine colendum actibus tum internis tum externis.*

R. I. Deum ab homine colendum esse *cultu interno* statim liquet ex ipsa consideratione humanæ naturæ, nempe ex essentiali hominis dependentia a Deo, creatore, conservatore, provisore atque ultimo fine suo. Qui enim servus est, tenetur aliquando expresse suam servitutem suique domini præcellentiam agnoscere et profiteri. Jamvero Dei creatoris nostri sumus servi, non per accidens et secundum quid, ut homo homini servit, sed essentialiter et absolute. Tenemur ergo servitutem nostram ad Deum divinamque excellentiam

profiteri, quod per cultum Dei præstamus : nam « colere Deum est aliquid exhibere Deo *in protestationem servitutis.* » S. Thomas, in 3, d. 9, q. 1, a. 1. Ideo etiam ethnici dicuntur « inexcusabiles : quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt. » Rom. I, 20-21.

II. At non tantum internis actibus, puta mentis devotione aut mentali oratione, verum etiam externis actibus internum cultum exprimentibus, puta verbis, corporis humiliatione, rerum externarum oblatione, Deus ab homine colendus est. Qui cultus probatur necessarius 1° *ratione cultus interni,* quocum connectitur naturali vinculo ex ipsa substantiali unione animæ et corporis. Est nempe cultus externus a/ *effectus naturalis* cultus interni, ita ut dari nequeat vere in animo cultus qui nullo se prodat signo externo. De cultu externo in genere valent quæ speciatim de oratione vocali dicit S. Thomas, 2-2, q. 83, a. 12 : « Adjungitur vocalis oratio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione, secundum illud (Ps. XV, 9) : *lætatum est cor meum et exultavit lingua mea.* » At vicissim b/ est *naturale medium* quo ipse cultus internus excitetur ac foveatur. Iterum S. Thomas, 2-2, q. 81, a. 7 : Deo reverentiam et honorem exhibemus, non propter seipsum [non propter ipsius Dei utilitatem], quia ex seipso est gloria plenus, cui nihil a creatura adjici potest, sed propter nos, quia videlicet, per hoc quod Deum reveremur et honoramus, mens nostra ei subjicitur, et in hoc ejus perfectio consistit... Mens autem humana indiget, ad hoc quod conjungatur Deo, sensibilium manuductione, quia invisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, ut Apostolus dicit (Rom. I, 20). Et ideo in divino cultu necesse est aliquibus corporalibus uti, ut eis quasi signis quibusdam mens hominis excitetur ad spirituales actus, quibus Deo conjungitur. Et ideo religio habet quidem interiores actus, quasi principales et per se ad religionem pertinentes ; exteriores vero actus quasi secundarios et ad interiores actus ordinatos ».

2° Etiam *ratione sui ipsius*. Etenim homo anima et corpore constat et quoad utrumque Deum habet tamquam primum principium. Deum ergo colere debet secundum illud totum quod ab Ipso accepit, mente et corpore Ipsi serviendo, secundum illud (Ps. LXXXIII, 3): *cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum*. Ita fere S. Thomas, 2-2, q. 83, a. 12.

3° Tandem *ratione necessarii cultus publici* etiam *stricte dicti* seu *socialis*. Ad hunc cultum suo modo tenentur tum societas religiosa, tum etiam societas civilis: « Natura et ratio, quæ jubet vel singulos sancte religioseque Deum colere, quod in ejus potestate sumus, et quod ab eo profecti ad eundem reverti debemus, eadem lege adstringit civilem communitatem. Homines enim communi societate conjuncti nihilo sunt minus in Dei potestate quam singuli: neque minorem quam singuli gratiam Deo societas debet, quo auctore coaluit, cujus nutu conservatur, cujus beneficio innumerabilem bonorum, quibus affluit, copiam accepit. » Encycl. Leonis XIII, *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885. Jamvero manifestum est cultum socialem suapte natura esse externum.

Q. E. D.

V

Q. *Quomodo distinguitur devotio substantialis et accidentalis et quænam sunt præcipuæ utriusque devotionis causæ?*

R. I. Nomine devotionis designatur a/ specialis quidam actus religionis, scilicet actualis « voluntas quædam prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum » (S. Thomas, 2-2, q. 82, a. 1), seu « interna quædam sui ad cultum divinum oblatio et traditio » (Lessius, *de virt. Cardin.* l. 2, c. 37, dub. 1.) Inde, translata significatione ab actu ad habitum sive statum, devotio dicitur: habitualis addictio cultui divino. Et hæc quidem est prima, antiquioribus theologis consueta significatio. Quum vero actualis et

habitualis addictio cultui divino se sponte manifestet per promptum atque ferventem agendi modum, ideo, præsertim apud recentiores, devotio per extensionem b/ non ipsum actum dicit, sed modum seu qualitatem actuum, nempe ipsius voluntatis promptitudinem et fervorem, quibus omnis ejusdem voluntatis tergiversatio et tepor circa cultum divinum excluditur. At præterea, sensu minus proprio, devotio c/ jam non ipsius voluntatis affectum designat, sed aliquam suavitatem seu dulcedinem, quæ proprie appetitus sensitivi est, et ipsius voluntatis devotionem comitari solet, quin tamen ullo modo ad ejus essentiam pertineat. In hac tertia significatione devotio dicitur *accidentalis*, dum in primo et secundo sensu magis proprie intellecta devotio *substantialis* nuncupatur.

Accidentalis devotionis indolem ejusque discrimen a devotione substantiali paucis optime ostendit Herinckx, Yprensis quondam episcopus (Summa, de relig. disp. I, n. 8): « Devotio... aliquando, præsertim apud vulgares, sumitur pro dulcedine quæ sentitur in exercitio rerum spiritualium, sive pro facilitate et quasi sensibili suavitate, qua devotus perficit ea quæ ad cultum Dei spectant. Quæ tamen usurpatio est impropria: quum devotio sit actus humanus, virtuosus et meritorius, adeoque in potestate nostra constitutus, prout frequenter non sunt prædicta facilitas et suavitas, quæ sæpe oriuntur vel consistunt in speciali gratia Spiritus Sancti cor excitantis et prævenientis, subinde etiam pendent ex parte a dispositione corporali. Unde fit, ut homo nunc operetur cum gustu et facilitate, nunc cum tædio et difficultate. Neque absentia similis minuit meritum voluntatis nihilominus in devotione persistentis, cæteris paribus, quin potius auget... Sunt tamen plerumque præmissæ suavitas et gustus occasio majoris meriti, quatenus inde nascitur major actuum intentio, diuturnior continuatio, et frequens eorumdem repetitio ».

II. Causa devotionis substantialis, ex parte Dei, est

gratia divina; ex parte nostra, præcipue assignanda est, cum S. Thoma, l. c., a. 3, contemplatio sive meditatio hinc divinæ perfectionis ac bonitatis, hinc infirmitatis nostræ. Etenim « devotio est quidam voluntatis actus ad hoc quod homo prompte se tradat ad divinum obsequium. Omnis autem actus voluntatis ex aliqua consideratione procedit, eo quod bonum intellectum est objectum voluntatis... Et ideo necesse est quod meditatio sit devotionis causa: inquantum scilicet per meditationem homo concipit quod se tradat divino obsequio. Ad quod quidem inducit duplex consideratio. Una quidem quæ est ex parte divinæ bonitatis et beneficiorum ipsius, secundum illud Psalmi (LXXII, 28): *Mihi adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam.* Et hæc consideratio excitat dilectionem, quæ est proxima devotionis causa. Alia vero est ex parte hominis considerantis suos defectus, ex quibus indiget ut Deo innitatur, secundum illud Psalmi (CXX, 1-2). *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum et terram.* Et hæc consideratio excludit præsumptionem, per quam aliquis impeditur ne Deo se subjiciat, dum suæ virtuti innititur. » — Hinc facile apparet quantopere recte ordinatum studium Theologiæ, quæ præcipue divinis perfectionibus operibusque considerandis incumbit, veram devotionem promoveat. Quod diserte docet S. Thomas, l. c. ad 1m, 2m et 3m, et præclare exponit Lessius, *de perfectionibus moribusque divinis*, in præfat. (qui locus in extenso refertur in præfatione *meditationum theologicarum* Illmi ac Revmi Waffelaert, *Collat.* anno I, pp. 59 sqq.).

Accidentalis devotionis causæ præcipuæ sunt: specialis gratia Dei cor consolantis ac delectantis; naturalis complexio aut dispositio corporis; tandem ipsa substantialis devotio, quæ, ob mutuum appetitus rationalis et sensitivi influxum, ex sese nata est excitare sensibilem etiam devotionem, sicut vicissim ab ista fovetur et intenditur. O. E. D.

VI

Q. *Le débiteur d'une rente foncière perpétuelle, garantie par une inscription hypothécaire, offre d'en faire le remboursement à la fabrique. Quelles sont les mesures à prendre par celle-ci?*

Notions préliminaires.

1. Toute rente perpétuelle est essentiellement rachetable (art. 1er de la loi des 18-29 Déc. 1790; art. 530 et 1911 c. c.); ni la fabrique, ni l'autorité administrative ne peuvent s'opposer au rachat régulièrement offert par le débirentier.

Il est néanmoins permis au créancier de régler, lors de la constitution de la rente, les clauses et conditions du rachat; il lui est notamment permis de stipuler un terme avant lequel le remboursement ne pourra être fait. Ce terme ne pourra jamais excéder trente ans, pour les rentes *foncières,* ni dix ans pour les rentes *constituées* (art. 530 et 1911 c. c.). (1)

2. Les débiteurs qui veulent opérer le rachat d'une rente due à la fabrique « doivent avertir les administrateurs un mois à l'avance, pour que ceux-ci avisent, pendant ce temps, aux moyens de placement et requièrent les autorisations nécessaires de l'autorité supérieure ». Avis du Conseil d'État du 21 Décembre 1808.

Cet avertissement se donne par écrit, sur papier timbré, au bureau des marguilliers (Code du timbre, art. 9). Cfr Brixhe, V° *Remboursement;* Pandectes belges, V° *Fabrique d'église,* n° 1081.

3. Le rachat des rentes foncières se fait suivant les règles et le taux ci-après, déterminés par la loi des 18-29 Décembre 1790 (2), à savoir:

---

(1) Nous réservons la question de savoir si la charge, imposée aux héritiers ou légataires par un testateur, de faire célébrer à perpétuité ou pour un temps considérable des services religieux déterminés constitue une *rente* rachetable; et, dans l'affirmative, à quel taux et sur quelle base le remboursement doit avoir lieu.

(2) Bien que la loi des 18-29 Décembre 1790 ne règle que le rachat des *anciennes* rentes foncières (Laurent, *Princ. de droit civil,* T. XXVII, n° 51), la jurisprudence a néanmoins appliqué aux rentes nouvelles, créées postérieurement à cette loi, les règles qu'elle établit pour évaluer le prix moyen des prestations en nature et pour fixer le taux du rachat.

a/ Les propriétaires de fonds grevés de rentes ou redevances foncières peuvent traiter avec les crédirentiers, de gré à gré, à telles sommes et sous telles conditions qu'ils jugeront à propos (tit. II, art. 3.) Voir plus loin, les *Observations* finales, *sub* 2.

b/ Si les parties ne peuvent s'accorder sur le prix du rachat, celui-ci sera réglé comme suit :

α/ Si le capital a été déterminé dans le contrat, le remboursement se fera suivant ce capital ; β/ quant aux rentes et redevances créées sans aucune évaluation du capital, elles sont remboursables, savoir : celles en *argent* sur le pied du *denier vingt,* et celles en *nature* (grains, volailles, denrées, etc.) au denier *vingt-cinq* de leur revenu annuel (1) ; il sera ajouté un dixième aux capitaux calculés d'après ces données à l'égard des rentes anciennes qui auraient été créées sous la condition de la *non-retenue* (tit. III, art. 1, 2 et 3). (2)

4. Le débiteur qui veut se libérer est tenu de rembourser, avec le capital du rachat, tous les arrérages qui se trouveront dus, tant des années antérieures que pour l'année courante,

---

On pourrait, en ce qui concerne le dernier point, discuter la légalité de cette jurisprudence, actuellement surtout que la loi a fixé le taux de l'intérêt en matière civile à 4 1/2 % (Loi du 20 Déc. 1890).

(1) Pour évaluer en argent le produit annuel des rentes en nature (grains, denrées, etc.), on forme une année commune de leur valeur, d'après le prix des grains ou denrées de même nature tel qu'il est déterminé par les *Mercuriales,* publiées chaque année par la Députation permanente. Pour former l'année commune, on prend les évaluations arrêtées pour les quatorze années antérieures au rachat ; on retranche les deux plus fortes et les deux plus faibles, et l'on fait ensuite la moyenne des dix années restantes. Multipliée par vingt-cinq, cette moyenne donne le capital.

(2) La *retenue* consiste dans la déduction d'une portion (ordinairement d'un cinquième) de la rente ou prestation annuelle, opérée par le débiteur, afin de l'indemniser de la contribution foncière qu'il est tenu de payer.

Les rentes antérieures à la loi du 3 Sept. 1807 sont sujettes à retenue, à moins que le contrat ne porte la condition expresse de non-retenue ; celles qui ont été créées depuis cette date sont de plein droit exemptes de retenue. V. *Mém. belge,* T. IV, p. 548 et 502 ; Brixhe, V° *Remboursement* et V° *Retenue.*

Les rentes affectées à des fondations pieuses doivent toujours être servies sans retenue. Moulart, *Des fabriques d'églises,* 8ᵉ édit., p. 568 ; *Mém. belge,* T. IV, p. 527.

au prorata du temps qui se sera écoulé depuis la dernière échéance jusqu'au jour du rachat (tit. III, art. 14).

R. 1° Le bureau des marguilliers, dûment averti par le débiteur qui désire faire le rachat de la rente, examine l'offre qui lui est faite; il détermine le capital conformément aux règles ci-dessus indiquées, et en réfère ensuite au conseil de fabrique en lui soumettant ses observations sur la liquidation du capital, s'il s'agit surtout d'une rente en denrées.

2° Le conseil en délibère (art. 12 du déc. de 1809), décide d'accepter le remboursement qui lui est offert conformément à la loi et de consentir la radiation de l'inscription hypothécaire, et charge le trésorier de faire les diligences requises pour obtenir les autorisations nécessaires à cet effet.

La délibération du conseil fera connaitre le capital stipulé ou les calculs qui ont servi à en déterminer le montant, et mentionnera, s'il y a lieu, les services religieux dont la rente est grevée (1). Rien n'empêche de proposer, dans la même délibération, le mode de remploi du capital remboursé.

3° La délibération du conseil est transmise, en quadruple expédition, par la voie hiérarchique ordinaire, à la Députation permanente, aux fins d'obtenir l'approbation de la liquidation du capital et les autorisations requises pour recevoir le remboursement de la rente, pour consentir la radiation de l'hypothèque, et aussi, le cas échéant, pour faire le remploi proposé.

Cette délibération doit être accompagnée de la demande du débiteur, de tous les titres, tant anciens que nouveaux, de la rente, du procès-verbal de la liquidation, et des bordereaux de l'inscription hypothécaire. A défaut de titres, ou bien si ceux que l'on

---

(1) « Il est essentiel de rappeler toujours cette destination spéciale, afin que les charges primitives soient reportées sur les rentes à acquérir et que le service des fondations soit ainsi assuré d'une manière régulière et permanente ». Leroy, *Instructions pratiques*, etc., p. 194.

possède ne fournissent pas les indications nécessaires, on produira un extrait certifié des registres de la fabrique, contenant les détails qui seraient de nature à faire connaître l'origine de la rente, le capital, le montant exact de la redevance, sa nature, si elle est sujette à retenue, etc. Voir circ. du gouv. de Liège du 10 Mai 1855 (Brixhe, V° *Remboursement*).

4° L'autorisation obtenue, il appartient au trésorier de recevoir le capital du rachat avec les arrérages dus, de signer l'acte de remboursement ou la quittance et de consentir la main-levée de l'inscription hypothécaire. Le trésorier comparait au nom de la fabrique et en sa qualité personnelle de comptable : il tient cette mission de la loi, et il n'est pas nécessaire que la délibération qui précède le remboursement le délègue spécialement. Toutefois, comme en cette matière les principes sont fréquemment contestés, il est utile que la délibération du conseil contienne à cet égard une délégation expresse. Voir *Instruct. génér.* du Hainaut, art. 2482.

Observations. 1/ Dans l'exposé des formalités requises pour les remboursements de rentes, nous avons adopté le système qui nous semble le plus légal et qui est le plus généralement admis par les auteurs, d'après lequel l'approbation de la Députation permanente est régulièrement exigée, non seulement pour la radiation de l'inscription hypothécaire, mais aussi pour le remboursement du capital de la rente, et pour tout ce qui s'y rattache : examen des titres, liquidation du capital et des intérêts échus et courants, etc.

Toutefois certaines Députations permanentes, notamment celle de la Flandre Occidentale, ont adopté une jurisprudence contraire. D'après la pratique administrative en vigueur, la liquidation et le remboursement, considérés isolément, ne doivent pas être approuvés (1).

(1) Voir en ce sens une circ. du 2 Fév. 1809 transmettant aux préfets l'avis du Conseil d'Etat du 21 Déc. 1808, cité plus haut. *Rev. de l'adm.*, 1897, p. 493 s.

L'intervention de la Députation est seulement requise pour la radiation de l'hypothèque. Avant de donner cette autorisation, la Députation examine si la liquidation du capital a été faite conformément aux titres ou à la loi du 18-29 Décembre 1790. Au surplus, tous les titres ne doivent pas nécessairement être communiqués; il suffit de produire l'acte constitutif de la rente ou le dernier titre nouvel, le bordereau de l'inscription hypothécaire, et la quittance du remboursement du **capital et des intérêts échus.**

2° Les fabriques d'église ne peuvent, à moins de circonstances exceptionnelles, consentir à la réduction du capital des rentes dont le remboursement leur est offert par les débiteurs, alors surtout qu'il s'agit de rentes grevées de fondations de services religieux. L'arrangement qui intervient en pareil cas est soumis aux mêmes formalités que les transactions. Art. 2045 du Code civil combiné avec l'art. 76 de la loi comm. et **l'art. 2 de la loi du 30 Juin 1865.**

3° L'Evêque étant le tuteur naturel et légal des fabriques d'église, il doit être entendu sur tous les actes qui sont soumis à l'approbation des autorités administratives; et lors même que la loi civile n'exige pas formellement son intervention, les administrations fabriciennes et principalement les curés ne peuvent jamais se **dispenser d'y recourir.**

4° Lorsqu'il s'agit de rentes grevées de fondations pieuses, on aura soin d'annoter, en marge des titres de fondations, les remboursements et remplois auxquels ces fondations auraient donné lieu. Il importe, en effet, d'éviter autant que possible la confusion de la dotation des fondations avec le patrimoine général de la fabrique. **Circ. min. du 15 Mai 1885.**

Consultez le *Mémorial belge,* T. I, p. 95; T. IV, p. 548 ss. et p. 673 ss.; T. XII, p. 75 ss.; Brixhe, V° *Remboursement* et V° *Rente;* Moulart, *Des fabriques d'église*, 8me édit., p. 567 ss.; Leroy, *Instructions*

pratiques, etc., p. 193 ss.; Dijon, *Guide pratique des trésoriers*, p. 5 ss.; *Revue des fabriques*, 1e an., p. 9 ss. et p. 30; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, nº 337 ss.; Orban, *Droit administratif notarial*, nº 369 ss.; Pandectes belges, V° *Fabrique d'église*, nº 1079 ss.; *Instr. générale* du Brabant [illegible], nº 1332 ss. Berninolin, *Les instit. prov. et comm.*, T. I. p. 524; Wiliquet, *La loi communale*, nº 723 ss.

C. V. C.

Evangelia Dominicarum

EVANG. DOM. IN QUINQUAG.

Jesus passionem et mortem suam tertio fradicit. Caecum sanat. Luc. XVIII, 31-43. Cf. Matth. XX, 17-19; 29-34; 46-52.

Te dien tijde 31, nam Jesus de twaalven tot hem, en zei tot hen: Ziet, wij gaan op naar Jerusalem, en alles zal vollbracht worden, wat door de Profeten over den Zoon des menschen geschreven is. 32 Want hij zal overgeleverd worden aan de Heidenen, en hij zal bespot, en gegeeseld, en bespogen worden; 33 en na hem gegeeseld te hebben, zullen zij hem dooden: en ten derden dage zal hij verrijzen. 34 En zij verstonden daar niets van, en dit woord was voor hen verborgen, en zij begrepen niet wat *hun* gezeid wierd.

35 Het geschiedde nu, toen hij Jericho naderde, dat een zekere blinde aan den weg zat te bedelen. 36 En hoorende eene schare voorbijgaan, vroeg hij wat dit was. 37 En zij zeiden hem, dat Jesus de Nazarener voorbijging. 38 En hij riep, zeggende: Jesus, Zoon van David, ontferm u mijner! 39 En die vooraangingen berispten hem, opdat hij zwijgen zou. Maar hij riep nog

veel meer: Zoon van David, ontferm u mijner! 40 En Jesus *stil*staande, beval denzelven tot hem te brengen. En toen hij genaderd was, vroeg hij hem, 41 zeggende: Wat wilt gij dat ik u doe? En hij zei: Heere! dat ik moge zien. 42 En Jesus zei tot hem: word ziende! uw geloof heeft u genezen. 43 En terstond werd hij ziende, en hij volgde hem, God verheerlijkende. En al het volk, *dat* gezien hebbende, gaf Gode lof.

∴

Notationes

Secundum Marc. X, 31 *præcedebat illos*, discipulos suos, *Jesus* « Abhorrebant ab hoc itinere discipuli, quòd scirent Jesum a primatibus ad mortem Jerosolymis quæri, adeoque supremi concilii decreto statutum esse ut interficeretur, Johan. 11. v. 53. Jesus autem, reipsa ostendere volens se mortem non timere, immo ultro expetere; quodque hactenus nonnihil latuisset, non timoris fuisse, sed judicii, quia *nondum venerat hora ejus;* simul ut animum addat timidis discipulis, præbet se alacrem viæ ducem, habitu, gestu, et gressu, magno itineris istius conficiendi studio se teneri demonstrans. — *Et stupebant*, id est, vehementer admirabantur discipuli consilium ipsius, in manifestum vitæ periculum, deliberato animo, se conjicientis. — *Et sequentes timebant.* Et sequebantur eum quidem, quod adhuc nollent deserere Præceptorem; quod dilectionis et observantiæ fuit: sed timebant sibi, ne ut socii unà cum ipso in discrimen vitæ venirent; quod humanæ imperfectionis... Fuisset longe melius alacriter et sine tristitia ac metu properare quocumque duceret Filius Dei: sed tamen laude digna est reverentia, quod vim sibi facere malunt quàm eum deserere aut etiam interpellare » Luc. Brug.

Assumpsit ad se *duodecim discipulos secretò* (Matth. XX, 17), « seorsum sc. a reliquis discipulis et turba, quos noluit conscios esse eorum quæ prædicturus erat de

hujus itineris eventu ac fine, partim ne præ scandalo accepto ex imminentium periculorum formidine ipsum desererent, partim ne rei gerendæ series, quam exacte singillatimque jam aperire volebat, divulgaretur et in hominum ore antequam eveniret versaretur, quo fieret ingloria ipsius mors, ut quam sibi ipse temere accersere visus fuisset, principibus ita cum illo agentibus, quemadmodum intellexissent ipsum prædixisse aut ominatum fuisse. Ideo satis habuit apud Apostolos suos hoc deponere arcanum, quibus amor facile, et superaturus erat timorem futurorum malorum, et prohibiturus ne evulgarent id quod odissent : quamquam nec hos delegit tamquam impræsentiarum admodum idoneos auditores, (ut qui nec intellexerint quid voluerit Jesus, nec se ita munierint, ut cum mala illa præsentia forent, se servarent illæsos perseverarentque constantes) sed ut hujusmodi apud quos deposita hæc revelatio, impræsentiarum non posset obesse, in futurum autem etiam prodesse plurimum, ubi, rebus peractis, in memoriam revocantes longè antè ea omnia sibi ex ore magistri audita fuisse, et intellecturi essent ipsi divinam Jesu præscientiam ac voluntariam mortem, et aliis testes omnium apti ac numero sufficientes futuri. Nam sicuti semen in terram jactum non statim germinat : ita scimus Christum Apostolis multa dixisse quæ non statim fructum protulerint » Luc. Brug.

Luc. XVIII, 31 : *Consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis.* His verbis « et rationem et necessitatem suæ passionis aperit, nempe ut impleantur scripturæ Prophetarum, ut sic minùs mirarentur et turbarentur » Jans. Gand. — « Dat intelligendum Apostolis, nihil hic fortuitum fieri, sed omnia certa et præordinata esse a Deo : quod quidem, vincendæ tentationi, consolandisque mœstis animis, optimum fuit remedium » Luc. Brug. — « Eis prædicit jam tertiò, ventura sibi in Hierusalem, ut intelligerent clarissime, ipsum omnino voluntarie passurum, nec

quicquam ei inopinatum eventurum, illorumque animi contra imminentia mala munirentur, et confirmarentur: (levius enim offendunt quæ sunt præcognita) ac cùm viderent omnia evenisse, quæ se passurum prædixerat, certiùs etiam futuram ejus resurrectionem expectarent et crederent » Jans. Gand.

32, 33. *Tradetur enim... occident eum* « Jam tertiò Jesus prædicit Apostolis suis simul omnibus passionem mortemque suam, omnino illud volens infixum cordibus ipsorum, mortem mortisque genus et circumstantias singulas prævisas præcognitasque ipsi fuisse: quare et, ut jam erat mors propinquior, ita explicatius, distinctius propiusque quam hactenus designat ejus circumstantias, luculentissimum suæ deitatis testimonium edens. — *Et tertia die resurget.* Acerba duraque hæc erunt: sed constantes estote, durate non ampliùs quam triduum unum, rerum scena mutabitur. Tristium omnium una sufficiens consolatio est resurrectio » Luc. Brug.

34. *Et ipsi nihil horum intellexerunt...* « Facile assequebantur significationem verborum, quæ clara apertaque erant... sed ignorabant quomodo et quam ob causam, quo merito, quo fine, id quod significabatur fieri posset aut deberet; quomodo constaret illud cum miraculis Jesu, cumque ea qua jam imbuti erant fide de Jesu, quod esset Christus Filius Dei vivi, regnum Israel gloriose initurus, idque brevî; quod supra v. 1. dixerat; vir sanctissimus, quod experientia nossent, cui præter omnia facile esset mortem evitare et hostes quoque ipsos disperdere: toti enim erant in consideratione mortis, nec magnifaciebant resurrectionem quam cædes Domini præcedere haberet. Non tamen fidem detrahebant verbis ejus, sed ut obscura simul et tristia non demittebant in pectora: forte etiam imaginabantur ea parabolice dici, alio sensu quam primùm præ se ferrent. Relinquebantur adhuc a Deo in hoc negotio sibimetipsis, nec illustrabatur illorum mens ad mysteria mortis et resurrectionis Christi, quibus salus humana parienda erat, intelligenda:

tamquam pueri etiam nondum erant capaces » Luc. Brug. in Marc. IX, 31.

Ut fideles ad audiendas meditationes quadragesimales *de Passione* præparentur, apposite hic enarrabuntur hæc S. Pauli verba « *Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum: Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Judæis, atque Græcis Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam* » I Cor. I, 22-24. Cf. S. Thom. *Sum. Theol.* p. III, qq. XLVI — L

vv. 35-43. *Litteralem* hujus historiæ tractationem vide apud Interpretes, « ex qua ut fructum spiritualem consequamur, imprimis quidem in genere in ipsa historia observanda tum Christi benignitas et potentia, ut ea in Christo admiremur et amplexemur, tum cæci fiducia et constans desiderium, ut hæc in ipso imitemur.

Ut autem in specie partes historiæ tractentur mystice, secundum intelligentiam quæ peculiariter *allegorica* dicitur, cæcus iste designat genus humanum, cæcum ignorantia veri, mendicum inopia omnium virtutum, quod veluti juxta viam sedebat mendicans, quia ab omnibus philosophis et doctoribus hujus mundi quærebat pasci doctrina salutari, Christo vero transeunte per viam hujus mundi, et appropinquante Jericho, hoc est, defectum nostræ mortalitatis assumente, humanum genus lumen quod amiserat recepit, idque constanti fide et invocatione nominis ipsius, a qua tamen qui præibant Jesum, Synagoga Judæorum scilicet et Philosophorum scholæ, homines revocare conabantur.

Secundum *moralem* autem historiarum sacrarum tractationem, cæcus hic homo et mendicus, typus est cujuslibet peccatoris, veri cognitione et virtutibus destituti. Hic si visum est recepturus, imprimis quidem necesse est juxta viam sedeat mendicans, hoc est, ut cæcitatem cordis sui et inopiam agnoscens, alienam opem imploret. Ita fiet ut Jesus incipiat transire circa eum. Transit autem quandocumque nomen ipsius et

doctrina palam prædicatur, aut internis suis inspirationibus cor hominis visitat. Id cum fit, peccator sanitatis avidus ubi senserit adesse Jesum, non debet sinere elabi præsentem occasionem, sed constanti clamore fatigare ejus aures nec desistere, etiamsi multa turba suadeat silentium, sed eò instantius illum invocare. Reclamat enim intentioni nominis Christi Synagoga Judæorum, dicens non in illo esse salutem, sed in Mose. Obstrepunt et philosophi et principes ethnici, et quot-quot peccatorem in suis vitiis retinere student; reclamat conscientia non una voce, sed tot vocibus quot amissorum sibi conscius est animus. Suffocare nititur pium desiderium et orationem turba carnalium et phantasmatum et cogitationum, quæ mentem ipsius præoccupaverunt, quæ cuncta per eos qui præibant recte designata intelliguntur. Quod si his licet reclamantibus, peccator tamen tanto ardentius orationi insistat, Jesus, etsi in transitu existens, non præteribit tamen, sed ad illius clamorem restabit... Cùm autem steterit Jesus, et jam menti quietem aliquam contulerit, jubet invocantem se adduci ad se, quia sive per doctores Evangelicos, sive etiam afflatibus arcanis eum sibi propiorem facit. Quærit autem, *quid tibi vis faciam?* quia etsi sciat Pater Cœlestis quo indigemus, et quid desideremus antequam petamus eum, vult tamen nostras necessitates exponi sibi, ut ad orationem animus magis excitetur, sicque aptior fiat ad impetrandum quod petit. Itaque si malum et inopiam suam fateatur peccator, et instanter oraverit, precatus non aurum, argentum, sed visum et cognitionem veritatis, mox a Christo impetrabit. Ubi autem impetraverit, cavendum ei ne ad pristinum redeat locum, nec amplius juxta viam sedeat, aut mendicet, sed agnoscens se non amplius indigum, sequatur in via Jesum ad crucem pergentem, nec tantum sequatur, sed simul animo grato Dei semper in se glorificet gratiam...

Bene autem nobis observandæ cæci hujus orationes, brevissimæ quidem, sed sensuum plenissimæ, ut et nos

hujus exemplo discamus non quidem orare multiloquio, sed tamen instanter et assidue, idque eis quibus ipse oravit verbis. Prior enim ejus oratio, qua in genere precatur Christi misericordiam dicens, *Jesu Fili David, miserere mei*, in omni convenit tempore et orandi necessitate. Quidvis enim à Deo petituri, misericordiam ejus solam recte imploramus, cùm omnia nobis ab illo sint expectanda, adeo ut et vita æterna, quæ tamen merces est bonorum operum, ex Dei nobis-proveniat misericordia. Dicit enim Propheta (Psalm. 102): *Qui coronat te in misericordia et miserationibus*. Posterior autem ejus oratio, qua in specie certam precatur misericordiam Christi, dicens, *Domine da ut videam*, si de spirituali intelligitur visione, nos admonet quid maxime in specie petere debeamus, nempe non honores hujus mundi, divitias, aut voluptatem, sed visum oculorum mentis, ita ut nos assidue dicamus, *Domine, da ut videam*. Da imprimis ut videam, hoc est, per fidem cognoscam te solum verum Deum, et veram veritatis viam qua ad te perveniatur. Sic Propheta (Psalm. 118), *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua*. Da deinde ut videam et agnoscam vanitatem hujus sæculi, ut videam admissa a me peccata et proprias imperfectiones, ut videam te semper in conspectu meo, ne commovear, ut videam, semperque ob oculos habeam ultimum vitæ meæ finem, ne unquam obdormiam in morte. Da postremùm ut videam post hanc vitam te facie ad faciem in gloria tua, ut satier cum apparuerit mihi gloria tua » Jans. Gand.

G. V. D. P.

Dissertationes

I

Refellitur theoria D. Ermoni circa authentiam Pentateuchi

(Sequitur. Cf. t. II, p. 631.*)*

—

Summa theoriæ D. Ermoni hæc est : Pentateuchum non à solo Moyse, sed à pluribus vario tempore auctoribus compositum atque completum fuisse. Ut verò hanc theoriam ceu improbabilem rejiciamus, cogunt nos sequentes rationes :

I

Theoria D. Ermoni rejicienda nobis videtur, primò ac præcipuè, quia *constanti et universali Judæorum et Christianorum traditioni contraria est.* Hujus traditionis perpetuitatem et amplitudinem nemo est qui neget. « Un autre fait qu'il ne faut pas perdre de vue, ait ipse D. Ermoni p. 468, c'est que la tradition judéo-chrétienne est entièrement favorable à l'authenticité absolue du Pentateuque. Dans les écoles juives, pas plus que dans la grande tradition chrétienne, *on n'a jamais douté* que le Pentateuque ne fût l'œuvre de Moïse. C'est là un fait dont il faut certainement tenir compte ».

Atqui, præterquàm quod ratio dictat hujusmodi traditioni standum esse, (Cf. Tongiorgi, *Logica, n. 645)*, vel ipsa Auctoris pietas ac religio vetabat quominus in re tanti momenti contra talem ac tantam auctoritatem sentiret.

Verumtamen autumat Auctor quæstionem de *Mosaica* Pentateuchi origine omnino liberam esse, utpote nun-

quam ab Ecclesia definitam; imo in quæstione de authentia alicujus libri fas esse discedere a traditione, cum non agatur de puncto dogmatico, sed de re fere adiaphora.

« Un premier point qu'il ne faut jamais perdre de vue, ait p. 466, c'est que l'Eglise ne s'est jamais prononcée sur *l'authenticité* du Pentateuque. Elle a explicitement déclaré sa *canonicité,* puisqu'elle a inséré ce recueil au nombre des Écritures inspirées, mais jamais elle n'a défini que ce recueil fût l'œuvre de Moïse. Nous avons donc, au strict point de vue de la foi, une très-grande latitude pour discuter sur l'authenticité du Pentateuque, et, par conséquent, nous pouvons agiter ce problème sans être troublés par la crainte de mettre peut-être le pied sur le terrain dogmatique et de nous exposer à contredire les enseignements de l'Église. Je dis cela pour mettre un peu à l'aise tout le monde, et surtout pour calmer, si c'est possible, des zèles trop intempestifs qui croient devoir s'attribuer la mission de veiller sur le dépôt de la foi, et de tracer aux autres une voie à suivre. (1) »

Dein p. 467. « En second lieu, l'apologétique contemporaine doit avoir soin de distinguer entre la *Révélation* mosaïque et la *provenance* mosaïque du Pentateuque. Qu'une révélation d'en haut ait été faite au législateur du peuple hébreu, nous ne pouvons, nous autres catholiques, nullement en douter... Quant à la provenance mosaïque du Pentateuque, c'est un point tout différent. Absolument parlant, rien ne nous force à l'admettre; de plus cette seconde question ne modifie en rien la première. Que les documents, où est relatée la révélation mosaïque, aient été écrits par Moïse ou par un autre auteur connu ou inconnu, peu importe; pourvu que les faits, qui y sont racontés, soient vrais, (2) nous avons tout ce qu'il nous faut pour sauvegarder le dépôt de notre foi. »

Tandem in eodem opere periodico, 1897, p. 281.

---

(1) Imprudens igitur et arrogans sit, quicumque laudatum Auctorem ceu fratrem errantem traducere atque ad sensum communem reducere satagit! Prudens vero ac modestus nimis, qui contra unanimem Majorum nostrorum sententiam sentire non veretur!

(2) Aliud est illa facta esse *vera*, aliud eadem nobis esse *credibilia et vera*.

« Troisièmement, ait, le R. P. Brücker me désapprouve d'avoir laissé entendre qu'on aurait fait des additions assez considérables aux Livres du Milieu (Ex., Lév. et Nombr.), et notamment au Deutéronome. Il déclare que cette théorie n'est pas admissible parce qu'elle est contraire à la tradition catholique.

Je le savais bien. Mais sommes-nous obligés de suivre la tradition dans une question d'authenticité? Il faut pourtant que nous sortions de ces équivoques générales et en venions à des principes précis et rigoureux. Au point de vue théologique, la tradition n'est décisive que lorsqu'elle porte sur un point dogmatique. C'est là l'enseignement de l'Église. Je ne sache pas qu'elle soit obligatoire quand elle a pour objet une question *d'authenticité* et encore d'authenticité non de *tout un livre,* mais de *certaines parties.* La tradition catholique était aussi favorable à la *mosaïcité absolue* du Pentateuque. Cependant on y a fait brèche en admettant *l'emploi de documents antérieurs* (1). Elle était aussi favorable au célèbre v. des trois témoins. Cela a t-il empêché la plupart des exégètes catholiques et à leur tête M. Martin, de rejeter ce v. comme apocryphe? (2) Ne soyons donc pas plus sévères que l'Église elle-même, et conservons notre liberté là où elle ne nous l'ôte pas. »

Jam vero in his bis hallucinatur D. Ermoni:

Primo, ex eo quod Ecclesia nunquam definivit authentiam Pentateuchi, falsò concludit quæstionem illam omnino liberam esse. Norunt enim vel ipsi novitii in re theologica, posse aliquam propositionem esse male sonantem, piarum aurium offensivam, temerariam, erroneam etc., adeoque haudquaquam liberam, quin

(1) Aliud est Moysen usum esse documentis *anterioribus*, aliud vero Pentateucho mosaico frequentes notabilesque *additiones accrevisse.* Prius illud Traditioni nullo modo, hoc vero alterum adversatur omninò.

(2) Quam infeliciter D. Ermoni hoc argumento usus sit, vel ex eo liquet quòd uno mense antequam istud protulerit, scilicet die 15 Jan. 1897 (Cf. *Coll. Brug. Junii, p.* 354), S. Congr. Inquisitionis decreverit *tuto negari aut in dubium revocari non posse* authentiam I Jo. V, 7. Latius sane ac liberius egerunt catholici qui istius vers. authentiam ante S. Congregationis decretum in dubium vocârunt aut etiam aperte negârunt, sed an sapientius ac prudentius? Imo an *materialiter* tutò ac licitè?

alicui definitioni Ecclesiæ contraria sit. Parùm igitur logice ac theologice ratiocinatur Auctor.

Secundo, falsò autumat auctoritati traditionis non esse standum in quæstione de *authentia* Pentateuchi, prætextu quod hæc quæstio non sit dogmatica.

Nisi enim toti fallamur, quæstio de Mosaïca Pentateuchi origine *saltem* est quæstio de *facto dogmatico*, tali nimirum quod negari aut in dubium revocari nequit, quin hoc ipso *certitudo* de Pentateuchi auctoritate historica, adeoque de revelatione mosaica ac de signis eamdem comitantibus et comprobantibus, necnon de divina Pentateuchi inspiratione passim in discrimen vocetur. Quod non solum ex ipsa rerum natura, sed ex duplici facto notissimo manifestum est.

Namque ex una parte, quoniam Christus revelationem Mosaïcam ut doctrinæ suæ fundamentum assumpsit, ideo theologi catholici qui plenam tradere volunt demonstrationem christianam, eamdem ordiuntur a demonstranda divinitate revelationis Mosaïcæ. Qua in re sic procedunt ut fundamenti loco ponant ac vindicent Pentacheuchi genuinitatem ac integritatem adeoque auctoritatem historicam. (1) Posito hoc fundamento, revelationis mosaïcæ divinitatem demonstrant ex signis divinis in ejusdem gratiam editis ac in Pentateucho veraciter relatis. (2)

---

(1) « Quoniam vero divinum et infallibile magisterium Ecclesiæ, in auctoritate etiam Sacræ Scripturæ consistit, hujus propterea fides saltem humana asserenda in primis vindicandaque est » Enc. *Prov. Deus.*

(2) Intempestive D. Ermoni p. 467 : « Et ici je ne puis m'empêcher de signaler un défaut de méthode dans la démonstration, que je rencontre dans certains manuels chez les catholiques. On semble vouloir lier le sort du Nouveau Testament à celui du Pentateuque. Si le Pentateuque, nous dit-on, n'est pas authentique, l'autorité du Nouveau Testament en reçoit un coup terrible. — *Maladresse* et *naïveté!* — Maladresse, parce que nous ne pouvons pas lier l'autorité si clairement établie du Nouveau Testament à l'autorité du Pentateuque, qui demeure encore enveloppée d'épaisses ténèbres. — Naïveté, puisqu'il n'y a aucune parité entre les deux cas. L'autorité du Nouveau Testament se prouve directement par lui-même. La raison c'est que, à l'époque où sont composés les livres du Nouveau

Contra, ex altera parte, Rationalistæ totis viribus impugnant mosaicam Pentateuchi originem atque auctoritatem, idque eo præcise fine ut, erepto catholicis hoc solido fundamento, jam impunè negare possint Pentateuchi auctoritatem ac veritatem historicam, adeoque divinitatem revelationis mosaicæ, imo et christianæ, utpote supra mosaicam revelationem aperte fundatæ.

Ex duplici hoc facto luce meridiana clarius est quæstionem de authentia Pentateuchi utrinque, tum à catholicis, tum ab eorum adversariis rationalistis, haberi tanquam quæstionem maximi momenti in theologia dogmatica fundamentali, adeoque authentiam Pentateuchi **saltem esse factum dogmaticum.**

Imo vero Pentateuchi authentia non tantum est factum maximi momenti in re dogmatica, sed insuper est factum *divinitus revelatum*. Quâ enim fide Judæi et Christiani unanimes crediderunt Pentateuchum esse *divinitus inspiratum*, eâdem crediderunt eum divinitus inspiratum esse *Moysi*. Præterea tum Christus et apostoli **in Novo Testamento, tum libri divinitus inspirati** Esdræ, Prophetarum, Regum, Judicum ac Josuë, *Pentateuchum* seu *Legem (thora)* seu *volumen Legis* luculenter et constanter Moysi auctori attribuunt. (Cf. Lamy, *Introd. spec. in S. Script., de Pentateucho*, p. I, c. I;

Testament, l'histoire suit son cours régulier. Nous sommes donc en pleins temps historiques. Tout autre est la condition du Pentateuque. A l'époque où il est écrit, je ne dirai pas absolument que l'on est dans la préhistoire, mais, si l'histoire a commencé, elle est encore à son début, dans sa période d'essai et dans son enfance. Par conséquent la rigueur nécessaire lui fait défaut, ce qui diminue considérablement sa valeur. » — Verum apud omnes catholicos in confesso est 1° auctoritatem Novi Testamenti demonstrari posse *per se*, sc. præscindendo ab auctoritate Pentateuchi; 2° Pentateuchum Novo Testamento egregie patrocinari, adeo ut subtracta huic Pentateuchi auctoritate, si non letale, saltem grave vulnus accipiat demonstratio christiana. Non erat igitur cur D. Ermoni fratres suos castigaret. Quod autem asserit, auctoritatem Pentateuchi densis adhuc tenebris involutam esse, hoc Rationalistarum tantum auribus bene sonare posse nobis videtur.

Cornely, *Introd. spec. in libros sacros Vet. Test.*, c. I, *de Pentateucho*, etc.).

Cum igitur Pentateuchi authentia sit factum momentosum ac divinitus revelatum, cumque constans et universalis Judæorum et Christianorum traditio eumdem Moysi auctori adjudicet, concludendum censemus temerarium esse eum Moysi abjudicare.

Ne tamen solus contra omnes sapere videatur, laudatus Auctor (1897, p. 281) socios sibi adsciscit recentiores quosdam Scriptores catholicos, scilicet D. Robertum, Baronem de Hugel, Pelt, necnon R. A. D. Van Hoonacker ac R. P. Lucam, S. J.: « Au surplus, ait, cette opinion ne m'est pas personnelle... M. Van Hoonacker, professeur à Louvain, enseigne la même doctrine. Voici ce qu'il écrit à propos des prescriptions lévitiques : « On comprendrait sans aucune peine que l'autorité investie du pouvoir législatif, chargée de continuer parmi le peuple hébreu la mission divine du fondateur des institutions publiques (Matth. XXIII, 2) eût coutume de rattacher au nom de Moïse et de placer dans le cadre historique de son action la promulgation des décrets qu'elle portait ou des principes qu'elle voulait inculquer. » (1). Relativement au Deutéronome, il écrit : « Il n'y aurait rien d'étonnant à ce qu'un code législatif comme celui qui nous occupe, destiné au peuple et s'adressant à lui, eût été, à un moment donné de l'histoire, adapté par l'autorité sacerdotale ou prophétique à de nouvelles circonstances, à des besoins nouveaux » (2)... Le R. P. H. Lucas S. J. s'exprimait naguère ainsi : « Léon XIII n'affirme nulle part (dans l'encyclique *Providentissimus Deus*) que tous les récits de la Bible soient aussi rigoureusement historiques les uns que les autres... Admettons (par

(1) *Revue biblique*, 1895, p. 298. Ibidem præcedunt hæc : « La loi du Lévitique XVII. 1 ss. est introduite par la formule : « *Et Jehova parla à Moïse et lui dit : Parle à Aaron et à ses fils et à tous les enfants d'Israël et dis leur...* » Quel est le sens que l'auteur de la loi attache à cette formule? L'emploie-t-il dans un sens *historique*, ou dans un sens que nous appellerons *juridique* ou *légal?* La possibilité de ce dernier sens ne peut pas être rejetée à priori. On comprendrait sans aucune peine etc. »

(2) *Le lieu du culte dans la législation rituelle des Hébreux*, (Gand, 1894.)

hypothèse) qu'Esdras ou un autre rédacteur du Pentateuque, en agissant comme le supposent les critiques modernes, ait procédé conformément à une façon courante de parler, et non avec l'intention de créer la persuasion erronée que la législation placée dans la bouche de Moïse était tout entière et rigoureusement mosaïque, l'Encyclique nous laisserait libres d'interpréter les textes conformément à cette façon de parler. » (1). Pourquoi ne pourrait-on pas dire en France ce qu'on dit en Allemagne, en Angleterre et en Belgique?... »

Ex his concludendum dolendumque nobis videtur D. Ermoni non omnino solivagum sentire. Quoniam vero quæstio hæc tanti momenti est, multorumque animos exagitat, quid hac in re censeamus breviter et aperte proferemus.

Quominus supra laudata *distinctio* inter sensum *historicum* et sensum *juridicum*, adeoque *usus fictionis juridicæ* in Pentateucho, nobis probetur, obstant sequentia:

1. Formulæ Lev. XVII, 1 sqq. « *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron, et filiis ejus, et cunctis filiis Israel, dicens ad eos...* » ac similium, sensus *historicus* absque dubio omnino *obvius* ac *naturalis* est; sensus vero *juridicus*, longè *quæsitus* ac plane *violentus*. Ut autem in præsenti casu sensui historico valedicamus, juridicum vero amplectamur, nulla cogit hucusque necessitas, manifesta ratio nulla.

2. Insuper eadem distinctio, quemadmodum ex solius rationalismi biblici influxu nata, adeoque merito suspecta est, ita etiam *Rationalistis favet*, latamque iis aperit viam ad impune negandam aut in dubium vocandam aliarum etiam in Pentateucho relatarum legum originem mosaïcam. Quænam enim lex formulâ magis historicâ apertiùs Moysi auctori tribuitur quam præfatâ

(1) *The Guardian*, 25 avril, 1894.

hac: « *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron* etc. »?

3. Denique, si asseritur Auctorem aliquem Moyse longe recentiorem, v. g. Esdram, leges nonnullas suo demùm tempore latas, fictione juridica de facto Moysi auctori tribuisse ac Pentateucho mosaico inseruisse, jure quæritur an id fecerit secundum usum publicum ac receptum, an secus? Si secus, non videtur quomodo a fraude ac mendacio excusari valeat, nec facile intelligitur quomodo universo populo Dei imponere voluerit aut etiam potuerit. Si vero prius asseritur, sponte nascitur quæstio ubinam in universa Scriptura vel minimum hujusmodi usûs vestigium appareat? necnon quomodo, non obstante hoc usu publico et recepto, publica tamen Judæorum traditio integrum Pentateuchum constanter Moysi adjudicaverit? His quæstionibus si apte responderit D. Ermoni, fatebimur ipsum à communi sententia Veterum ad præfatos Scriptores non sine causa appellasse.

II

Merito R. P. Cornely (*Intr. spec.* I, p. 98): « Nemo exspectabit, nos argumentis positivis eam (Pentateuchi unitatem) esse demonstraturos; namque a plus tribus millibus annorum omnes, quotquot divinam revelationem agnoverunt, Judæi et Christiani, unitatem quoque operis mosaici semper agnoverunt: *in possessione igitur sumus, atque adversariorum est titulos instrumentaque afferre, quibus injustam esse nostram possessionem demonstrent.* »

His plane similia habet ipse D. Ermoni (p. 468): « Une tradition si générale, qui remonte, par des chaînons ininterrompus, jusqu'aux temps les plus reculés et se perd dans le passé, a droit à une certaine considération. Je ne prétends pas qu'il faille l'accepter aveuglément sans la soumettre à aucun contrôle; mais *je soutiens en même temps que l'on ne peut s'en débarasser que par des arguments décisifs. Or ces arguments nous les a-t-on fournis? Il est très-permis d'en douter et d'en douter avec de sérieuses raisons.* »

Censet igitur laudatus auctor in hac materia standum esse traditioni, donec ab adversariis allata fuerint argumenta *peremptoria;* talia vero argumenta hucusque nondum fuisse prolata. Quoad verò argumenta ab ipsomet allata, nullum eorum peremptorium est, aut ceu tale ab ipso proponitur. « Les raisons pour lesquelles M. Ermoni essaie de justifier sa théorie sont d'ailleurs faibles : ce sont des arguments de la « nouvelle critique » auxquels on a depuis longtemps répondu, et qui n'ont pas plus de force que ceux qu'il a lui-même réfutés. » Sic R. P. Brücker, l. c. p. 123.

Sana logica concludere jubebat: Ergo traditio est ac manet in possessione, eique porro standum est.

Contra, D. Ermoni concludit jam meliorem esse conditionem « novæ criticæ, » utpote possidentis: « Aussi la nouvelle critique a-t-elle une excellente position. Elle peut se retrancher dans son travail d'analyse et attendre que l'*opinion* traditionnelle lui arrache l'une après l'autre toutes les parties de l'Hexateuque » p. 891. Vide etiam ejus conclusionem generalem t. II, p. 631 relatam.

Igitur laudatus Auctor haud satis sibi constare videtur.

(Sequetur) G. V. D. P.

II

Rursùm circa Matth. I, 19: Voluit occulte dimittere eam.

In *Collat. Brug.* 1897 p. 212 proposuimus sex argumenta contra novellam R. P. Berthe opinionem circa rationem cur S. Joseph dimittere voluerit Mariam sponsam seu conjugem suam. Nos autem non in vanum laborasse demonstrat vel ipsa ratio quâ laudatus Auctor dissertationem nostram nuper (in *Nouvelle Revue théologique*, 1897, p. 479) aggressus est. Etenim:

I^um^ argumentum nostrum, ab auctoritate Veterum desumptum, plane nobis concedit, ita ut jam nec ipsius S^ti^ Bernardi patrocinio confidat; II^um^ et V^um^ penitus

omittit; III^um^ et IV^um^ eludere conatur auctoritate R. P. Knabenbauer, necnon S^ti^ Chrysostomi, Euthymii et aliorum, quibus tamen mira ejus sententia nunquam in mentem venit; VI^um^ a/ ita tractat ut distinctionem nostram inter seductionem et oppressionem dexter negligat, fidemque S^ti^ Joseph in puritatem B. M. Virginis fidei Abrahæ in promissionem divinam perperam æquiparet; tandem VI^um^ b/ intactum relinquit.

Indubium est nonnullos auctores autumasse S. Josephum de sponsæ suæ innocentia nunquam dubitasse: verùm solus hucusque R. P. Berthe inde intulit eum ideo dimittere voluisse B. M. Virginem ne *post partum* mentiri aut diffamare cogeretur innoxiam.

Vetustum igitur, exquisitum et hucusque egregie conservatum vinum à S. S. Chrysostomo et Augustino propinatum, subamaro succo à R. P. recens fabricato longe præferendum censemus.

G. V. D. P.

III

De missa bis de die celebranda ab eodem sacerdote

SEU

DE BINATIONE

—

Sub quadruplici articulo quæstionem de missæ iteratione illustrare conabimur: imprimis Ecclesiæ disciplinam tum antiquam tum modernam huc spectantem breviter exponemus; — secundò magis in specie indagabimus qualis necessitas quæve aliæ conditiones requirantur ut quis hodierno tempore bis de die divina mysteria celebrare valeat; — tertiò nonnulla adnotabimus de ritu in casu binationis observando; — tandem quartò agemus de prohibitione stipendium pro secunda missa percipiendi.

ART. I. *De antiqua et hodierna Ecclesiæ disciplina circa missæ iterationem.*

—

1. Non est profectò *jure divino* prohibitum sacerdoti pluries de die litare: de hujusmodi prohibitione silet Scriptura nec traditio aliquid testatur; imo praxis Ecclesiæ antiqua tali interdicto aperte contradicit: « Perspectum est enim, ait Benedictus XIV, omnibus in ecclesiastica historia paulum modo versatis, plures olim fuisse dies polyliturgicos, quibus nimirum singuli sacerdotes plus quam semel Missarum sacrificia peragebant, ut erat, præter Natalem Domini, prima dies mensis Januarii, Feria V in Cœna Domini, Vigilia Ascensionis, tres dies jejunii infra Octavam Pentecostes, aliique dies festi nonnullorum Sanctorum memoriæ dicati, ut Nativitas Sancti Joannis Baptistæ et Natalitium Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. » Const. *Quod expensis* 26 Aug. 1748 § *Ab hoc* (*Bullarium*, ed. Mechl. t. VI, p. 255 sq.) — Cf. ejusdem opus *De festis*, part. I n. 670 sq. — Idem Pontifex in suo libro *de SS. Missæ sacrificio*, Lib. III, cap. IV, n. 12 refert ex Walfrido Strabone (*De rebus ecclesiasticis cap. 21*) Leonem Papam III, qui vixit labente sæculo VIII, septem eodem die, interdum etiam novem Missas celebrare consuevisse. — Præfatus Strabo, loquens de diversitate praxeos hac in re a sacerdotibus sui temporis (sæc. IX) servatæ, ait: « Alius vero bis, ter, vel quoties libet eadem mysteria in die iterare congruum putat, credentes tanto amplius Deum ad misericordiam flecti quanto crebrius passio christi commemoratur. » — Ulterius in concilio Salingestadiensi sæc. XI celebrato can. V. sancitum legitur: « ut unusquisque presbyter in die non amplius quam tres missas celebrare præsumat ». — Cf. Thomassinus, *De vet. et nov. Eccl. disciplina;* P. III, lib. I, cap. 72, n. 6. — *Mél. Théol.* T. IV. p. 424 sqq.

Quæ praxis plures missas una die celebrandi prius ex

motivo pietatis aut etiam interdum propter fidelium necessitatem usitata, currente tempore in abusum deflexit, ità ut ad lucrum ex multiplicatis stipendiis capiendum plures sacerdotes missam iterare cœperint. Quapropter sedes Apostolica primum pravos fines avertere tentavit, ac postmodum, abusu non cessante, ipsum usum abolevit.

2. Sic Alexander II (sæc XI) decrevit: « Sufficit sa-
« cerdoti unam missam in die celebrare, quia Christus
« semel passus est et totum mundum redemit. Non
« modica res est unam missam facere, et valde felix
« est qui unam digne celebrare potest: quidam tamen
« pro defunctis unam faciunt et alteram de die, si ne-
« cesse fuerit; *qui vero pro pecuniis aut adulationibus*
« *secularium una die plures facere præsumunt missas non*
« *æstimo evadere damnationem.* » (c. 53 *De consecr.*, dist. 1.) — Quo canone Pontifex, uti facile apparet, solum damnat eos qui sordidi lucri aut assentationis causa audent eadem die pluries litare; alios vero, qui ex devotione vel ob aliquam necessitatem missam iterant, non videtur improbare. Cf. Bened. XIV. Const. *Declarasti Nobis* 16 Mart. 1746 (Ed. Mechl. t. IV. p. 58.)

Quamvis autem exinde plures Episcopi ac nonnulla concilia provincialia prohibuerint sacerdotibus suæ ditionis exceptis diebus quibusdam et casibus, plus semel de die celebrare, non tamen videtur aliquod *generale* decretum hujusmodi prodiisse ante annum 1212. Hoc verò anno Innocentius III interrogatus: *Utrum presbyter duas missas in eadem die valeat celebrare?* « Respondemus, inquit, quod, excepto die Nativitatis Dominicæ, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit sacerdoti semel in die unam missam solummodo celebrare. » Cap. *Consuluisti* DE CELEBRAT. MISSARUM. Hic autem verbum *sufficit* quo utitur Pontifex, secus ac in canone Alex. II supra citato, non merum consilium sed proprie dictum præceptum importare probatur tum ex *tenore petitionis* Innocentio propositæ, qua nimirum quærebatur utrum

sacerdos *valeat* bis de die celebrare seu utrum id illi *liceat;* tum ex decretali Honorii III *Te referente* eod. tit., ubi ex verbis Innocentii cit. tanquam ex præcepto argumentum ducit ad prohibendum Archiepiscopo Sypontino missæ iterationem (cf. Bened. XIV l. c.), tum ex communi et constanti Doctorum interpretatione SS. Congregationum decisionibus bene multis firmata.

3. Igitur a sæc. XIII hæc fuit et est hodiedum Ecclesiæ disciplina ut nimirum extra casum necessitatis (de quo in art. sq.), *excepto die Nativitatis Dominicæ* (1), non liceat sacerdoti eadem die missam iterare.

Dicitur *excepto die Nativitatis Dominicæ*: mos autem in die Natali Salvatoris nostri ter sacrum faciendi, quem ipsi Summi Pontifices multoties approbarunt, Ecclesiæ Latinæ proprius est, cum presbyteris Ecclesiæ Orientalis interdictum sit etiam in dicta solemnitate plures missas offerre (cf. Bened. XIV epist. *In superiori* 29 Dec. 1755). Porro in Ecclesia Occidentali ista praxis antiquissima est, siquidem de ea jam meminerit Gregorius M. in sua homilia, prouti in festo Nativitatis D^ni^ legitur. — De ipsius mystica significatione hæc habet Benedictus XIV in suo opere *De festis,* parte I, § 668: « Tres Christi Domini ortus ternis hisce indicari missis « docet Pougetus... primum ab æterno in sinu Patris; « in tempore alterum in utero Virginis; tertium denique « quotidie in justorum animis in quibus innascitur et « habitat per fidem. Ac ortum quidem Christi in tem- « pore e Virginis utero repræsentari docet in prima « missa, quæ in cathedralibus et collegiatis ecclesiis « post mediam noctem celebratur; secunda vero missa « quæ in iisdem ecclesiis illucescente celebratur aurora, « recoli memoriam ejus nuncii, quod ab Angelo pasto-

(1) Exponimus quæ de jure *communi* obtinent, prætermissis privilegiis particularibus locorum, inter quæ notissimum est illud a Bened. XIV per const. *quod expensis* 27 Aug. 1748 concessum sacerdotibus Hispaniæ et Lusitaniæ, quo valent die commemorationis omnium defunctorum tres Missas celebrare.

« ribus de nato Christo allatum est, atque ita Christi « nativitatem in animis justorum celebrari; tertia deni- « que quæ ante meridiem peragitur æternam Christi « nativitatem in sinu Patris commemorari, quæ causa « fuit ut epistola ejus missæ ex cap. I Epistolæ ad « Hebræos excerpta sit, ubi fuse Divus Paulus de « æterna illa nativitate disputat; Evangelium vero ex « Joannis cap. I legatur, ubi Evangelista velut aquila « in sublime sublatus, divinam Verbi a Patre genera- « tionem explicat ». — Paulò aliter S. Thomas (summa theol. p. 3, q. 83 art. 2 ad 2m): « In die Nativitatis « plures missæ celebrantur propter triplicem Christi « nativitatem. Quarum una est æterna, quæ quantum « ad nos est occulta; et ideo una missa cantatur in « nocte, in cujus introitu dicitur: *Dominus dixit ad me:* « *Filius meus es tu; ego hodie genui te.* Alia autem est « temporalis, sed spiritualis, qua scilicet Christus « oritur, *tanquam Lucifer in cordibus nostris*, ut dicitur « II Petri, cap. I, et propter hoc cantatur missa in auro- « ra, in cujus introitu dicitur: *Lux fulgebit hodie super nos.* « Tertia est Christi nativitas temporalis et corporalis « secundum quam visibilis nobis processit ex utero « virginali carne indutus: et ob hoc cantatur tertia « missa in clara luce, in cujus introitu dicitur: *Puer* « *natus est nobis.* Licet e converso possit dici quod « nativitas æterna secundum se est in plena luce, et « ob hoc in Evangelio tertiæ missæ fit mentio de nati- « vitate æterna. Secundum autem nativitatem corpo- « ralem ad litteram natus est de nocte, in signum quod « veniebat ad tenebras infirmitatis nostræ; unde et in « missa nocturna dicitur Evangelium de corporali « Christi nativitate ».

4. Quamvis unicuique sacerdoti (1) de jure communi

(1) Excipitur tamen ab hac facultate sacerdos *cui ratione infirmitatis aliave rationabili causa a S. Sede potestas facta est celebrandi Missam votivam de B. M. V.* Nam ad dubium possitne in die Nativitatis Dni hic sacerdos tres Missas celebrare de B. V.? Respondit S. R. C.: *Negative juxta alias decreta.* 28 Apr. 1866 (n. 5364.)

liceat in Natali Domini tres missas celebrare, nullus tamen per se ad hoc tenetur, sed potest quisque, prout libet, semel, bis vel ter sacrum facere. S. R. C. in *Lucerina*, 19 Junii 1875 (n. 5610). — Attamen parochum teneri ad populi utilitatem et devotionem tres missas illa die celebrare probabilius censet Bened. XIV, *De sacros. Missæ Sacrificio*, lib. III, cap. IX, n. 9. — Multum vero inter AA. disputatum fuit quamnam ex tribus missis in Missali Romano pro illa die assignatis legere debeat sacerdos qui unam tantum celebrat (cf. *Nouv. revue théol.* t. VIII p. 31 sq.: jamvero rubrica Missalis favere videtur opinioni eorum qui sentiunt in casu illam dicendam esse missam quæ *horæ celebrationis* concordet: habet enim: *prima missa dicitur in nocte, secunda in aurora, tertia in die*. Quam sententiam confirmavit S. C. Rituum: nam ad dubium: *An sacerdos, qui die Natalis Domini unam missam celebrat, legere teneatur missam horæ congruentem, scilicet primam ante aurorem (ex privilegio): secundam si in aurora; tertiam si post auroram celebrat; — an vero absolute legere debeat tertiam, quæ cum officio canonico magis convenit, prout in quibusdam kalendariis præfertur?* — die 19 Junii 1875 (n. 5609) respondit: *Sacerdos qui unam tantum missam celebrat legat missam quæ respondeat circiter horæ juxta Rubricas peculiares ejusdem diei — nimirum*, prout eadem Congr. decrevit 13 febr. 1892, *primam missam, si in media nocte; secundam si in aurora; tertiam si post auroram celebrat.*

5. Tandem hic animadvertere juvat, absque indulto Apostolico, nullo modo licere sed omnino prohiberi *in nocte* Nativitatis D^ni^ post cantatam primam missam alias duas immediate celebrare et communicare fideles (S. R. C. 20 apr. 1641). Igitur facultas celebrandi sacrum *de nocte et ante auroram* in festo Natalitio Salvatoris restringitur ad *unam missam cantatam*, neque sine indulto Apostolico ad privatas extendi potest, non obstante etiam consuetudine immemoriali, quæ a

S. Rituum Congr. fait ut corruptela et abusus reprobata. Cf. De Herdt. *Sacra liturgia juxta ritum Rom.* T. III. n. 5. — Gavant. *Commentar.* T. I. p. 111 sqq. et T. III, p. 103 sqq.

(Sequetur) H. V. D. B.

Jurisprudence administrative

I

Legs fait à un établissement privé — nul.

Un arrêté royal en date du 17 Octobre 1897 (*Moniteur*, p. 4423) refuse d'autoriser le conseil communal d'Ixelles à accepter la disposition testamentaire sous termes de laquelle une personne donne tout ce qui lui appartient à la « *école gardienne de la commune, d'Ixelles* ».

Cette décision est fondée sur ce « que ce legs est fait en faveur non de la commune d'Ixelles, ni d'un établissement qui en dépend, mais d'une institution privée, pourvue d'une administration particulière, dépourvue par conséquent de la personnification civile et, dès lors, incapable d'acquérir par testament soit directement soit indirectement par l'intermédiaire de la commune ; qu'en conséquence la libéralité précitée est entachée de nullité et que l'autorisation n'en peut être autorisée ».

Observation. Il se présente ici à notre examen une question dont la difficulté n'a d'égale que son importance, celle de savoir quel est le sort des dispositions testamentaires faites au profit d'un établissement privé, dépourvu de la personnification civile.

Il est incontestable que ces dispositions sont nulles, en ce qui concerne cet établissement. En effet, il est de principe que les établissements publics, que la loi a gratifiés de la personnification civile, sont seuls capables de recevoir. Ceux que le pouvoir souverain n'a pas

élevés au rang de corps moraux, de personnes civiles, sont des incapables ; partant, toute disposition faite à leur profit est entachée de nullité, qu'elle soit faite directement ou par personne interposée (art. 911 et 1043 du Code civil). Mais cette nullité est elle radicale, complète et absolue? Les dispositions de cette nature, si on les envisage en elles-mêmes et au point de vue de leur destination, ne peuvent-elles pas être maintenues et validées en faveur de l'un ou de l'autre des services organisés par la loi ? Telle est la question qui nous est soumise.

Lentz, dans son savant ouvrage *Des dons et legs en faveur des établissements publics*, T. II, n° 341 ss., enseigne que toutes les libéralités qui sont faites à une institution privée, mais qui par leur objet rentrent dans le cadre de l'un ou l'autre des services organisés (1), doivent échoir à l'établissement public dans les attributions duquel la loi a placé le service que les libéralités concernent. Ainsi, le legs fait à la Société de Saint-Vincent de Paul pour les pauvres, doit être remis au bureau de bienfaisance ; le legs fait à un hospice privé et destiné à la fondation d'un lit pour les pauvres, doit être attribué à la commission des hospices civils ; le legs fait en faveur des Frères de la Doctrine chrétienne doit revenir à la commune. La raison, c'est que les libéralités de ce genre ont pour bénéficiaire, moins l'établissement dénommé dans l'acte, que le service auquel le disposant a entendu les appliquer. Le véritable légataire, ce n'est pas l'établissement désigné dans le testament, mais bien le service public auquel doit échoir le bénéfice de la disposition. Dans les exemples que nous avons

(1) Tels sont, par exemple, les legs faits au profit des pauvres, en faveur de l'enseignement, ou du culte.

Il en est autrement des libéralités qui n'intéressent aucun service dotable, tels que les legs faits à l'œuvre de la Propagation de la foi, aux Loges maçonniques, à une société privée de musique, etc. Les dispositions de ce genre sont radicalement nulles.

donnés, ce sont les pauvres ou plutôt le service de la charité et celui de l'enseignement primaire qui constituent les véritables légataires. Or, ces services ont leurs organes, leurs représentants légaux : ce sont, d'une part, les hospices et bureaux de bienfaisance, d'autre part, les administrations communales. C'est à ces organes que le testateur aurait dû adresser sa libéralité : il n'avait pas le droit de recourir à d'autres, attendu que sous notre législation le droit de fonder ne consiste plus que dans la faculté de faire des libéralités aux corps moraux institués par la loi, avec obligation de respecter leur organisme spécial et les règles d'après lesquelles ils s'administrent. Lors donc que les particuliers se soustraient à cette obligation impérieuse, en confiant à des mandataires incapables le soin d'exécuter leurs volontés ; lorsque, au lieu d'adresser leurs libéralités a l'organe légal qui représente le service avantagé, ils ont recours à une institution privée, il appartient à l'autorité administrative de rectifier la désignation erronée illégalement faite et de substituer au légataire institué nominalement le légataire implicitement désigné par la destination des libéralités. « Et, remarquons-le bien, cette substitution s'opère sans que la validité de la disposition puisse s'en trouver atteinte. En effet, le légataire désigné n'étant pas le légataire réel, mais un simple agent d'exécution, la disparition de cet intermédiaire n'entraîne pas la nullité de la libéralité. L'intervention obligatoire de cet intermédiaire n'est qu'une simple condition que l'autorité administrative est en droit d'effacer, puisqu'elle est contraire à la loi ». (Lentz, *Ouv. cité*, n° 343).

C'est par application de cette doctrine que la jurisprudence gouvernementale de la période comprise entre les années 1878 et 1884 a appliqué au profit des communes et des établissements publics de nombreux legs faits à des œuvres privées. Voir, p. ex., les arrêtés royaux des 17 Janvier et 33 Juin 1879 ; 25 Octobre 1880;

3 Mai 1881; 16 Avril, 8 Mai, 15 Septembre et 27 Décembre 1883; 29 Janvier, 8 Février et 25 Août 1884.

Nous ne saurions souscrire à cette théorie, qui, de l'aveu même de son auteur, « heurte quelque peu certaines idées reçues, certaines notions courantes en matière de libéralités faites à des incapables » (*Ouv. cité*, n° 360). Non seulement cette théorie « heurte quelque peu... certaines notions courantes », elle heurte une notion essentielle en cette matière; M. Lentz, en essayant de démontrer que sa doctrine « a son fondement dans les principes mêmes qui régissent les libéralités faites aux établissements publics », néglige et méconnaît un principe élémentaire et fondamental, qui domine tous les autres, à savoir que la volonté du disposant constitue la loi suprême de la fondation. On fait sonner bien haut le respect dû à la loi, en oubliant, peut-être à dessein, d'exalter le respect dû à la volonté du disposant; sous prétexte de « dégager le légataire capable », on écarte le légataire véritable; à la volonté, qui crée la fondation, on substitue la prétendue autorité de la loi, dont le rôle se réduit à régler le droit naturel de fonder; et, sous prétexte d'interpréter ou de rectifier la volonté du testateur, on aboutit pratiquement à donner le plus souvent aux libéralités une destination manifestement contraire à ses intentions. Mais « qu'importent, pour M. Lentz, les intentions du fondateur, qu'importe le reproche de substituer une autre volonté à la sienne, et d'attribuer le legs à un établissement que le fondateur a voulu écarter! Ce ne sont là que des conditions accessoires de la disposition: si elles sont illicites, elles doivent disparaître » (*Ouv. cité*, n° 348). La raison, la justice, et la doctrine quasi unanime protestent contre ces théories incroyables, qui heureusement perdent chaque jour de leur crédit et semblent bien près de sombrer définitivement. Le système que nous combattons a le tort d'être trop absolu. Il importe, en cette matière délicate, d'apprécier avec discernement les

circonstances de fait qui se rencontrent dans chaque espèce et de rechercher soigneusement l'intention véritable du disposant. Il est possible que le testateur ait voulu enrichir un service public légalement organisé et qu'il ait désigné par méprise une œuvre dénuée de capacité juridique ; et si sa volonté à cet égard peut être déterminée avec certitude, il est clair que l'on devra la respecter (1). « Mais la désignation de l'organe qui doit gérer les biens légués peut n'être pas une simple modalité. Si le testateur a manifesté l'intention expresse de gratifier, non le service public organisé par la loi, mais uniquement l'être moral qu'il a voulu fonder, le legs et la fondation ne font qu'un, et l'incapacité du légataire entraîne la caducité du legs » (Giron, *Dict. de droit adm.*, V° Etablissements publics, n° 26). De fait, dans la plupart des cas, la désignation de l'organe n'est pas, dans l'intention du disposant, une simple condition de la libéralité, elle constitue la raison finale, la cause déterminante de la disposition et se confond avec l'objet même du legs. Dès lors, cette volonté devra être respectée en tant qu'elle n'est pas contraire à la loi ; et si, d'une part, l'institution privée qui est seule véritablement gratifiée ne peut recueillir la libéralité, parce qu'elle est dénuée de capacité juridique, on ne peut davantage, sans donner à l'article 900 une extension arbitraire, substituer à l'établissement dénommé dans l'acte le service public dont l'objet présente le plus d'analogie avec l'objet auquel cet établissement est affecté. La seule solution raisonnable et légale consiste à déclarer le legs caduc (2), conformément à l'article 911

(1) Tel est le sens des observations qu'on peut lire dans la *Revue de l'administration*, an. 1886, p. 145. Un arrêté royal en date du 30 Novembre 1897 (*Moniteur*, p. 5245 ss.) applique les mêmes principes.

(2) Reste la question de savoir si les héritiers ou ayants-cause sont tenus *en conscience* d'exécuter, conformément aux intentions du disposant, les dispositions testamentaires déclarées nulles par la loi civile. Cfr Ill^mi Waffelaert, *De jur. et justit.*, I, n°s 479 et n° 579 ss. coll. n° 545 ss.

du Code civil. Voir *Revue de l'administration*, an. 1895, p. 304 ss.; *Le Mémorial belge*, an. 1883, p. 704; *Het Vlaamsch Bestuur*, I, p. 149 ss.; Orban, *Droit administratif notarial*, nº 465 et nº 579. — Comp. *Pandectes belges*, Vº Etablissement public (Dons et legs), nº 322 ss.

La jurisprudence administrative actuelle (1), est en ce sens, et le pouvoir judiciaire incline manifestement vers la même doctrine. Arrêtés royaux des 2, 5 et 25 Août 1884; 3 Avril, 15 Mai et 1 Septembre 1885; 17 Février 1887; 1 Mai et 26 Juillet 1889; 3 Août 1891; 11 Mars 1892; 6 Avril et 14 Novembre 1893; 17 Septembre 1894; 27 Juin, 14 Octobre et 7 Décember 1895; 24 Janvier 1896; 17 Octobre 1897. — Arrêt de la Cour de Cassation du 8 Novembre 1860 (*Pasicr.*, 1861, I, 165); jugements du tribunal d'Anvers du 27 Novembre 1885 (*J. des T.* 1885, p. 104) et du tribunal de Bruxelles du 17 Mai 1886 (*Pasicr.*, 1888, III, 116); arrêt de la Cour de Bruxelles du 18 Avril 1889 (*Pasicr.*, 1889, II, 269.)

II

Fabrique d'église — Donation

—

Un arrêté royal en date du 26 Octobre 1897 (*Moniteur*, p. 4667) dispose comme suit:

« Vu l'expédition de l'acte passé, le 24 Juin 1897, devant le notaire Vandeputte, de résidence à Rumbeke, et par lequel M. Richard Vansteenkiste, négociant, demeurant à Rumbeke, fait donation à la fabrique de l'église de cette localité d'une somme de 6,000 francs, à charge par la dite fabrique de faire célébrer annuellement et à perpétuité dans l'église de Rumbeke un anniversaire de seconde classe, *avec une dépense de 21 francs pour la cire*, pour le repos de l'âme de

(1) Depuis le mois d'Août 1884 le revirement a été complet. Cette jurisdence n'a d'ailleurs fait que restaurer la pratique généralement suivie avant 1879. Voir, p. ex., les arr. roy. des 25 Août 1862, 19 Mars 1865, 18 Mars 1870, 3 Décembre 1872, 4 Août 1874, 26 Juin 1876.

ses parents défunts, Pierre Vansteenkiste et Cécile Verhelst, et leurs enfants décédés ;

« Vu l'acceptation de la dite donation, faite dans le même acte au nom de l'établissement avantagé, sous réserve de l'approbation de l'autorité compétente ;

« Vu la délibération du bureau des marguilliers de l'église des SS. Pierre et Paul, à Rumbeke, ainsi que les avis du conseil communal de la même localité, de M. l'évêque diocésain et de la députation permanente du conseil provincial de la Flandre Occidentale, en date des 4 Juillet, 19 Août, 3 et 10 Septembre 1897 ;

« Vu les articles 910 et 937 du Code civil, 59 du décret du 30 décembre 1809, 76-3° et paragraphes derniers de la loi communale et 2-3° § 6 de la loi du 30 juin 1865, ainsi que le tarif du diocèse de Bruges, approuvé par Nous le 22 février 1880 ;

« Sur la proposition de Notre Ministre de la justice,

« Nous avons arrêté et arrêtons :

« Article unique. La fabrique de l'église de SS. Pierre et Paul, à Rumbeke, est autorisée à accepter la donation prémentionnée, aux conditions imposées.

« Notre Ministre de la justice est chargé de l'exécution du présent arrêté. »

Observation. D'après la jurisprudence administrative en vigueur, les honoraires des services fondés ne peuvent pas être supérieurs au tarif approuvé par le Gouvernement. (1)

Il résulte de l'arrêté royal rapporté ci-dessus que rien cependant n'empêche les fondateurs d'imposer à l'établissement institué certaines prestations non prévues par le tarif, telle que, par exemple, l'obligation d'affecter une somme déterminée à la dépense de la cire qui sera brûlée pendant les services.

En conséquence, dans l'espèce qui fait l'objet de l'arrêté royal prémentionné, la fabrique d'église devra payer annuellement, outre la rétribution prévue au

(1) Nous avons vu précédemment que cette jurisprudence n'est pas conforme au droit. Voir les *Collationes*, II, p. 394 ss.

tarif approuvé pour le diocèse de Bruges pour un anniversaire de seconde classe, une somme de 21 francs pour la cire. C. V. C.

E Sacra Pœnitentiaria

Rescriptum dispensationis matrimonialis executioni mandari potest, quamvis, præter causam veram et sufficientem, aliam enuntiet falsam.

Beatissime Pater,

Ad Sacram Pœnitentiariam nuper scripsi quod Carolus D..., 26 annos natus, et Iulia Ludovica M..., 23 annos et 6 sex menses nata, diœcesis N..., pedibus S. V. provoluti, legitimum matrimonium contrahere cupientes, humiliter dispensationem implorabant super impedimento consanguinitatis in secundo lineæ collateralis gradu. Causas afferebam: *ætatem oratricis fere provectam (scilicet 23 annos et 6 menses), et conditionem eiusdem parente utroque orbatæ.*

Iamvero Sacra Pœnitentiaria, sub die 19 aprilis currentis, Ordinario N... facultatem dispensandi concessit ob sequentes rationes: *ætatem oratricis annorum 24, conditionem eiusdem orphanæ.*

Hinc humiliter quæro an possim nihilominus cum oratoribus dispensare, quum oratrix vigesimum quartum annum non expleverit.

Et Deus...

Sacra Pœnitentiaria, ad litteras Ordinarii N... datas die 23 aprilis huius anni, super dubio utrum rescriptum dispensationis matrimonialis oratorum Caroli D... et Iuliæ Ludovicæ M... possit idem Ordinarius exequi, cum inter causas legatur ætas oratricis annorum viginti

quatuor, quamvis oratrix, ut expositum fuerat, annum vigesimum quartum nondum expleverit; respondet:

Cum alia adsit causa dispensandi, nihil obstare quominus præfatum dispensationis rescriptum executioni mandetur.

Datum Romæ ex Sacra Pœnitentiaria die 28 aprilis 1897.

A. Carcani, *S. P. Reg.*
I. Palica, *S. P. Substus.*

Consultationes

I

In diœcesi nostra, Decani habent facultatem « benedicendi *pro ecclesiis et sacellis sui districtus tantum,* paramenta ac ornamenta sacerdotalia, vasa sacra, aliaque utensilia, in quorum benedictione non intervenit sacra chrismatis unctio. » — Quæritur autem:

1° Si forte benedicat Decanus paramenta aut vasa sacra quæ ecclesiis districtus alieni sunt destinata, utrum hæc benedictio sit *valida.*

2° Utrum uti liceat paramentis aut vasis sacris ab alieno Decano benedictis, saltem in casu quo bona fide hic egerit.

3° An paramentis et vasis sacris a Decano pro ecclesiis sui districtus benedictis uti liceat in alterius districtus ecclesia cui postea fuerunt donata, vendita aut commodata.

Respondetur. — Ad I. Opinamur benedictionem in casu proposito esse invalidam.

Etenim potestas benedicendi paramenta etc. jure ecclesiastico fuit annexa consecrationi episcopali, ità ut Episcopis sit propria nec aliis competat nisi privilegio apostolico ea fuerint aucti, prout de facto fuit

concessa Abbatibus aliisque regularium superioribus, *sed tantum pro suis ecclesiis et monasteriis* et non pro aliis: quod multoties declaravit S. C. R. et recentius 31 Aug. 1867. (apud Gardellini n. 5381, 13.) — Neque Episcopi prædatam facultatem, sine speciali indulto sedis apostolicæ aliis delegare possunt (S. R. C. 16 Maii 1744); aliae eorum delegatio nullum habet effectum, uti liquet ex responso ejusdem Congregationis de die 22 Sept. 1763, quo decrevit benedictiones paramentorum factas a Vicario generali ad hoc ab Episcopo suo delegato *esse redintegrandas*.

Episcopi vero Belgii vi quinquennalium (n. 11) facultatem habent « delegandi simplicibus sacerdotibus potestatem benedicendi paramenta et alia utensilia ad Sacrificium Missæ necessaria, ubi non interveniat sacra unctio ».

Ex præmissis colligitur ipsam potestatem benedicendi ab Episcopo decanis aliisve sacerdotibus delegari, minime vero solam potestatis exercendæ facultatem concedi. Porrò potestatis delegatio non operatur ultra id quod indultum est, seu delegatus potest tantum quantum concessum est: atqui in casu delegatio restricta est ad benedictionem paramentorum etc. *pro ecclesiis et sacellis sui districtus tantum;* ergo decanus nullam habet potestatem benedicendi paramenta pro ecclesiis alieni districtus, et consequenter ejus benedictio, si fiat, est inefficax et invalida.

Equidem S. R. C. 27 Aug. 1707 respondit non esse renovandam benedictionem paramentorum ab Abbatibus aliisque religionum Prælatis factam pro ecclesiis non suis: sed responso illo fit interpretatio *privilegii apostolici*, cujus limitatio (juxtà opinionem tunc temporis vigentem pro facultate simili, np. conferendi S. Tonsuram et Ordines minores Abbatibus concessa) (1) non

(1) Ch. Caspari, *De sacra Ordinatione*, t. II, n. 953 sqq., ubi illam opinionem refellit, argumento deducto ex decisione S. Rotæ (985) et S. C. C. 24 Jan. 1795. — Consentit Lucidi, in præclaro suo opere *De visitatione Sacrorum Liminum*, t. I, p. 64 (ed. 1883.)

respiceret ipsam potestatem sed potestatis exercitium. At sane dicta interpretatio delegationi ab Episcopo factæ applicari nequit.

Ad II. Negative. Hujusmodi enim paramenta non sunt benedicta, et bona fides benedicentis non potuit supplere defectum potestatis.

Nec existimet quis cum nonnullis auctoribus paramenta haberi posse uti benedicta eo ipso quo cum iis Missa fuerit celebrata: hanc enim opinionem aperte rejecit S. C. R. decreto suo 31 Aug. 1867 (n. 5386) ubi ad dubium VIII: « Reperitur apud Antonelli, *De Regimine ecclesiæ Episcopalis* lib. 1, c. 17 hæc assertio: *Si sacerdos bona fide celebraverit cum vestimentis nondum benedictis, poterunt alii sacerdotes cum iisdem rite celebrare, quia per primam celebrationem bona fide factam consecrata seu benedicta remanserunt.* Quæritur an hoc in praxi sequi tutò liceat? — respondit: *Negative.*

Ad III. Affirmative. Etenim benedictio illa, cum sit *constitutiva,* manet, quamdiu paramenta retinent formam sub qua fuerunt benedicta et non sunt ita lacera aut trita ut morali hominum æstimatione usui suo inservire nequeant. Cfr. De Herdt, *Sacræ Liturgiæ praxis*, T. I, n. 169.

H. V. D. B.

II

Dum introducitur funus in ecclesiam, quandonam incipiendum est responsorium *Subvenite* et quomodo se sistit clerus dum illud cantatur?

Resp. Rituale Romanum Tit. VI, cap. 3, *Exequiarum ordo*, ita habet: « ad ingressum ecclesiæ repetitur antiphona *Exultabunt Domino ossa humiliata.* Dein *ecclesiam ingressi* cantant responsorium, cantore incipiente et clero alternatim respondente, videlicet *Subvenite* etc. » Juxta hanc rubricam auctores docent, repeti antiphonam *Exultabunt*, quando processio ingreditur ecclesiam; antiphona finita et clero ac corpore

defuncti ingresso, intonari responsorium *Subvenite,* cujus cantus continuatur dum proceditur ad locum quo deponendum est corpus. Ibi clerus exspectat finem responsorii et se sistit prouti infra Absolutionem post missam (1). Ita Barufaldi (*Ad Rit. Rom. Comment.,* tit. XXVI, § 4): « Preces et psalmi, qui cantantur in processione, terminum suum habere debent ad fores ecclesiæ, adeo ut si neque ultimus psalmus expeditus sit, obtruncetur et dicto *Requiem æternam* etc. et repetita antiphona *Exultabunt Domino* etc. illico ac cadaver ecclesiam ingreditur, alta voce cantetur responsorium *Subvenite.* » Bauldry (*Manuale sacr. cærem.*, parte III, cap. 18) eo modo rubricam interpretatur: « Cum ad ecclesiam pervenerint, licet non sit finitus totus psalmus (*Miserere* vel alius additus, si longior est via), inchoatur tamen versus *Requiem æternam* et repetitur antiphona *Exultabunt.* Deinde *ecclesiam ingressi* cantant responsorium *Subvenite*... Deponitur feretrum... et qui crucem gestat semper stat ad caput ipsius defuncti... et sic clerici expectant finem responsorii stantes circa feretrum, versa sibi facie, ita ut digniores sint prope celebrantem. » — « Verba *Deinde ecclesiam ingressi*, ait Cavalieri (tom. III, cap. 15, decr. 53, nº 11), afficiunt clerum omnem, a quo alternatim responsorium cantari debet, ac consequenter hic totus intra ecclesiam esse debet, antequam psalmodia desinat et cantari incipiat responsorium *Subvenite:* » Cfr. De Herdt *Sacræ lit. praxis*, tom. III, nº 246 et 247; Ill. Vanderstappen *de admin. sacr.* tit. VI, cap. I, art. 1.

Notari potest 1º in exequiis, juxta decr. 12 Aug. 1854 *in Lucionem.*, per exceptionem ad regulam communem, in responsorio *Subvenite*, primam repetitionem *Suscipientes* etc. post versum *Suscipiat te* fieri debere a primo asterisco ad secundum versum *Requiem*, uti præscribitur in hoc responsorio sub titulo V, cap. 8 *In expira-*

(1) Cfr. *Nouv. Revue Théol.* XVI, p. 339.

tione. 2° item in exequiis post responsorium *Subvenite* non esse aspergendum funus, neque concludendum cum oratione. Si tamen officium defunctorum, missa et absolutio ad aliam horam differuntur, juxta decr. 7 Sept. 1850 *in Massilien.*, possunt addi *Kyrie eleison*, *Pater noster* etc. et oratio *Absolve* cum aspersione. (De Herdt tom. III, n° 247). H. V. D. W.

III

In exequiis adultorum Antiphona *Ego sum* cum cantico *Benedictus* aliquibus in locis, ubi longe distat cœmeterium ab ecclesia, cantatur in via dum cadaver defertur ad sepulcrum; quæritur utrum juxta Rituale Romanum non debeat cantari ad ipsum sepulcrum, et si affirmative, quid sit cantandum in via?

R. 1° Antiphona et canticum de quibus in dubio, juxta Rituale et doctrinam auctorum cantanda sunt, non in via, sed prope sepulcrum, si corpus, comitante clero vel saltem aliquo sacerdote, post exequias ad cœmeterium defertur; ita enim habet Rituale (*Ordo Exequiarum*): « Finita oratione, corpus defertur ad sepulcrum, si tunc deferendum sit: et dum portatur, clerici cantant Antiph. *In paradisum* etc... *Cum autem pervenerit ad sepulcrum*, si non est benedictum, sacerdos illud benedicit, dicens hanc orationem etc.... Quod si corpus tunc ad sepulturam non deferatur, omisso responsorio: *In paradisum*, etc. et benedictione sepulcri, si jam est benedictum, prosequatur officium ut infra: *quod nunquam omittitur*; et intonet Antiphonam: *Ego sum. Benedictus* etc. » Rituale ergo hoc loco præscribit ut nunquam in exequiis corpore præsente omittatur Antiphona cum cantico, sive deferatur corpus ad sepulcrum, sive non. Sed in primo casu ea præscribit cantanda, *cum pervenerit ad sepulcrum* et post hujus benedictionem, si facienda est. Si autem corpus non defertur, cantantur in ipsa ecclesia, omisso responsorio: *In paradisum*. In decreto tamen 28 Julii 1832 S. C. R. pro diœcesi Brixiensi ubi

« usus invaluit prædictum responsorium *(In paradisum)* cum aliis precibus decantari tempore absolutionis », respondit « posse continuari juxta consuetudinem aliarum ecclesiarum. »

Casu autem quo cœmeterium longe distat ab ecclesia et *clerus non comitatur corpus,* quod ad illud tamen statim post exequias defertur : « Tota functio peragitur in ecclesia, scilicet, vel in medio ecclesiæ ubi feretrum infra exequias depositum fuit ; vel, dum cantatur : *In paradisum* etc. feretrum defertur ad portam ecclesiæ, et ibi reliqua fiunt et recitantur quæ ad sepulcrum præscribuntur... In tali casu, ad cœmeterium, si adsit sacerdos, potest corpus ad illud deportatum et in sepulcrum depositum aspergere aqua benedicta, deinde recitare preces v. g. Psalmos *Miserere, De profundis* cum versiculis et oratione : *Absolve* etc. » Ita Ill. Van der Stappen (*De administ. sacram. Tit. VI de exequiis*, cap. I, art. V.)

2° Dum corpus ab ecclesia ad sepulcrum defertur comitante clero Antiphona *In paradisum* et *Chorus angelorum* « repetuntur, si longior sit via, vel cantantur aliqui psalmi Graduales, Pœnitentiales, vel de officio Defunctorum, si locus sepulturæ valde distet, donec ad prædictum locum perveniant. Ita praxis, consuetudo et sententia peritorum. » Bauldry *(Manuale sacr. cærem., parte III, cap. XVIII)* quem sequuntur De Herdt *(Sacræ lit. praxis, tom. III, n° 255)* et Martinucci *(Manuale sacr. cærem.*, libro III, cap. XI, n° 20.)

H. V. D. W.

IV

Quæritur : I. Quot ministri adhiberi possint in missa privata?

R. Unus tantum in missa privata stricte dicta, sive celebretur a simplice sacerdote sive ab Abbate aliisque prælatis aut dignitatibus Episcopo inferioribus. Hoc patet, tum ex rubricis quæ unius tantum ministri faciunt

mentionem, tum ex pluribus decretis. Attamen S. R. C. decr. *in Molinen.* 12 Sept. 1857 declaravit « servanda esse quidem decreta quoad missas stricte privatas, sed quoad missas parochiales, vel similes diebus solemnioribus, et quoad missas quæ celebrantur loco solemnis atque cantatæ, occasione realis atque usitatæ celebritatis et solemnitatis tolerari posse duos ministros missæ inservientes ».

II. In missa cantata sine assistentia Diaconi et Subdiaconi an Epistola cantari possit vel tantummodo legi debeat?

R. Rubrica (*de ritu celebr.* tit. VI, nº 8) habet: « si quandoque celebrans cantet missam sine Diacono et Subdiacono, Epistolam *cantat* in loco consueto aliquis Lector superpelliceo indutus, qui in fine non osculatur manum celebrantis ». Sed quid si nullus Lector vel clericus adsit qui hoc munere fungi possit? S. C. R. interrogata *in Lisbonen.* 23 April. 1875: « Sufficit-ne ut in casu legatur tantum Epistola ab ipso celebrante, vel ab eodem debet cantari? » rescripsit: « scribatur Emo Patriarchæ Lisbonensi (interroganti) ad mentem. Et mens est quod, quum missa cantetur sine ministris et nullus sit clericus inserviens qui superpelliceo indutus Epistolam decantet juxta rubricas, *satius* erit quod ipsa Epistola legatur sine cantu ab ipso celebrante ».

Cum autem Sacra Congregatio respondet *satius* esse Epistolam legi sine cantu ab ipso celebrante, non absolute præscribit ut ita fiat, et ideo si usus existit Epistolam cantandi non videtur prohibitus. Ita De Herdt (*Sacræ liturg. praxis* tom. I, nº 300) habet: « ipse celebrans eamdem *cantat* vel saltem legit sine cantu; item Erker (*Enchiridion liturg.* nº 240): « si nec clericus adsit, celebrans ipse eam *cantat* vel legit sine cantu ». Et uterque citat decretum 23 Aprilis 1875 supra allatum in quo dicitur *satius esse* ut legatur sine cantu.

H. V. D. W.

V

In diœcesi Brugensi confessarii gaudent facultate absolvendi a casibus simpliciter Episcopo reservatis pœnitentes suos, « a vigilia festi Omnium Sanctorum usque ad diem 8m Novembris utrimque inclusive ». Anno proxime elapso (1897) festum Omnium Sanctorum incidebat in feriam 2n hebdomadæ et consequenter Vigilia illius festi celebrabatur sabbato præcedenti : unde quæritur utrum jam illa die sabbati potuerint confessarii præfata facultate uti.

Resp. — Videtur affirmandum. Etenim tenor concessionis sensu proprio intelligi potest de vigilia *liturgica;* imo conjicere licet Episcopum concedentem destinatò usum fuisse dictione « *a vigilia* » et non alia « *a pridie* » aut simili, ut non excluderetur casus vigiliæ anticipatæ in sabbatum, quando, ut notum est, jam multi fideles solent confiteri.

Nihilominus, ut omne dubium tollatur, Illmus ac Revmus Episcopus Waffelaert, hisce declarat sese facultatem de qua quæritur ad casum istum, quatenus opus sit, extendere.

H. V. D. B.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra tom. III, pag. 1.)

92. Post explicatam libertatem fidei, remanet alias proprietates paululum enucleatius ex ipsa notione et analysi fidei deducere, ut præstantia doni divini fidei perfectius intelligatur.

De supernaturalitate quidem pauca sunt addenda, cum ex dictis concludere liceat actum fidei ex integro tum objective inhærere Deo supernaturaliter revelanti, tum subjective ex gratia divina excitante et adjuvante in intellectu ac voluntate procedere.

Aliqua forte difficultas remanet de judicio credibilitatis actui fidei formali prævio. « Ante omnia adverte, prævium judicium naturale non posse considerari velut initium posterioris supernaturalis : non enim gradu perfectionis tantum sed toto ordine differunt. Stante etiam priore velut conditione prærequisita, intellectus viribus elevatis novum elicere debet judicium credibilitatis. Quando itaque Deus aliquem vocat ad fidem, mentem ejus illustrat cœlesti illuminatione, immittendo piam cogitationem : « Honestum et debitum est Deo revelanti fidem præstare ». Pia ista cogitatio non est actus fidei, uti apparet ; imo potius videtur esse judicium quo intellectus, ex lumine infuso clare percipit honestatem et officium credendi. Simul vero Deus voluntati inspirat indeliberatum credulitatis affectum, quo fiat proxime expedita ad prosequendum honestatem credendi, ab intellectu propositam. Hisce positis incipit cooperatio humana. Sicut enim voluntas pro sua libertate viribus propriis gratiæ resistere, ita etiam sub et cum gratiæ inspiratione potest aurem fidelem Deo

vocanti præbere, fovere piam cogitationem, appetere bonum propositum, et, libere ac deliberate elicito pio credulitatis affectu, tandem imperare formalem actum fidei (1). »

Ex dictis intelliges fidem, utpote qua finis supernaturalis apprehenditur, esse initium salutis, et nullum opus in finem salutarem dirigi nisi ex motivo fidei fiat; hisque non obstantibus, judicium supernaturale credibilitatis fidem formalem præcedere. Videlicet fides, non seorsim formalis, sed integre sumpta cum gratiis et actibus quæ ad fidem formalem conducunt ac requiruntur est initium salutis. Unde, judicium credibilitatis supernaturale non ex motivo fidei formalis fieri debet; quemadmodum nec ipse primus actus formalis fidei ex motivo prævii jam actus fidei fieri potest, sed est ipsa præcise apprehensio finis ex motivo ab illo fine non diverso; quamquam et judicium supernaturale credibilitatis dici potest aliquo modo ex motivo fidei elici, scilicet conditionate, quatenus homo, gratia excitatus et adjutus, videt esse credendum, si Deus revelat, et, primum inclinatur pio credulitatis affectu, ex motivo fidei, ad credendum, si Deus revelaverit.

93. Tandem assensus fidei est certus ac firmus, et super omnia quidem, atque infallibilis.

Certitudo est firma mentis adhæsio veritati, exclusa formidine errandi (quod est elementum quasi negativum, omni certitudini commune), respondens dignitati rationum veritatem manifestantium (quod est elementum certitudinis positivum, diversum pro diversa veritatis manifestatione). Unde distingui potest certitudo objectiva, qua certa dicitur veritas ita manifestata ut assensum firmum provocet vel et rapiat, et certitudo subjectiva, quæ est ipse assensus firmus, qui quidem, ut patet, absque certitudine objectiva esse non potest, dummodo intelligatur certitudo subjectiva vera, non putatitia, nec

(1) Erouwer, *De Fide divina*, pag. 218.

mera absentia, etiam imprudens, dubitationis, quæ aliquando certitudo (mere) subjectiva vocatur.

Porro dignitas rationum, veritatem ita manifestantium ut dicatur certa, varios gradus habet, juxta quos certitudo objectiva distinguitur in *metaphysicam,* si intrinseca et absoluta necessitate objecti perspecta nititur, *physicam,* si sit facti seu veritatis contingentis sensu intimo vel sensu externo percepti et nitatur perspecta lege physica, quæ constans quidem est, non vero absolute necessaria, et *moralem*, si nitatur lege ordinis moralis (1), seu ex natura, indole, moribus hominum deducta et in communi hominum agendi modo fundata, salva tamen semper in singulari casu hominis libertate. Utraque certitudo, physica et moralis (2), formaliter talis manens, aliquando reductive ad metaphysicam attingere censetur, si talia sunt adjuncta ut, nisi veritas phenomeni aut facti contingentis, v. g. ob constantiam et uniformitatem perceptionis apud omnes, certa habeatur, jam veritatis attingendæ possibilitas universim homini denegari deberet.

Similiter objectivæ certitudini diversi gradus respondet ejusdem gradus certitudo subjectiva, ita ut v. g. metaphysica certitudo seu evidentia intrinseca necessariæ veritatis rapiat assensum, eumque absolute firmum, metaphysice certum.

94. Sed jam ad propositum nostrum de certitudine fidei accedamus.

Ex antea dictis habemus fidem in genere esse assensum certum in veritatem, non ob evidentiam ejus intrinsecam, sed ob auctoritatem eam asserentis, quæ eamdem evidenter credibilem efficiat, eumque assensum esse

---

(1) Attende quod dicitur : *lege ordinis moralis,* non *lege morali,* quæ quid faciendum aut omittendum sit dictat.

(2) Ne confundas *veram* certitudinem in ordini morali cum magna probabilitate, quam aliquando in quovis ordine certitudinem moralem, sensu plane diverso, vocant. Hæc enim non est proprie et stricte certitudo, sed censetur accedere ad eam seu moraliter tantum esse certitudo.

essentialiter liberum, ab intellectu, imperante voluntate, præstitum, adeoque et firmitatem ejusdem pendere objective quidem ex motivis probantibus, subjective vero, non tantum ex naturali inclinatione intellectus ad verum, sed simul ex imperio liberæ voluntatis.

Jamvero, in hac humana, quæ humana auctoritate nititur, patet ex naturalibus motivis emptis assensum ad certitudinem modaliter pertinere, et pro majori evidentia auctoritatis firmiorem imperium posse et rationabiliter debere.

At, de fide et auctoritate divina agendo, cum actus fidei divinus totus et integer nititur auctoritate divina eaque divino lumine manifestata, constat assensum, quod elementum objectivum certitudinis attinet, non tantum habere motivum metaphysice certum, cum infallibilis et metaphysice vera sit divina auctoritas, sed habere causam objectivam certiorem omni certitudine naturali, siquidem certitudo naturalis maxima seu metaphysica certitudo nos relinquit, quatenus naturali evidentiæ lumine veritas nobis patet, divina vero auctoritas, in ipso actu fidei, divino lumine manifestatur.

Quadriparti elementum subjectivum certitudinis in actu fidei spectat, firmitas assensus non est a natura nec a gratia determinata, sed libera, nempe ex imperio voluntatis liberæ sub et cum gratia, *a negative* excludens formidinem errandi actualem et deliberatam, *b positive* firma super omnem alium assensum, tum *objective* ratione motivi cui innititur, tum *subjective* ratione principii supernaturalis, tum in voluntate imperante, quam in intellectu eliciente.

Excessus autem firmitatis, præ reliquis omnibus assensibus, non consistit in actus intensitate, sed in æstimatione seu apprehensione sui objecti: sicut amor Dei esse debet super omnia, non intensive, sed æstimative. Hæc firmitas super omnia importat promptitudinem ad credendum omnia potius quam veritatem revelatam, quantum a libertate pendet, non vero ad negandum

evidenter vera: hoc enim chimericum est, sicut et oppositio veri cujusvis cum vero revelato. Quod breviter enuntiat Kilber (1): « Assensus fidei quoad certitudinem *adhæsivam* excedit excessu appretiationis intellectuales omnes assensus naturales, *dependentes a voluntate*, si non sint nequidem *putatitii* assensus fidei divinæ. Assensus fidei quoad certitudinem *adhæsivam* non excedit assensus naturales metaphysice certos seu evidentes, et a voluntate independentes; quin excessus appretiationis in fide supra hos assensus et impossibilis est, nec ad certitudinem fidei necessarius aut utilis.

65. Idem auctor ibidem concinne addit quæ de infallibilitate assensus fidei dicenda remanent, quomodo scilicet actui fidei non possit subesse falsum, quomodo credi nequeat falsum vel non revelatum, adeoque assensus fidei, sicut magis certus, ita potiori jure infallibilis dicatur quam assensus quivis naturalis: « Excessus certitudinis quoad infallibilitatem actus fidei supernaturalis supra cognitiones naturales *moraliter* vel *physice* certas est formalis, et stat in eo quod actus fidei sit metaphysice infallibilis. Excessus certitudinis quoad infallibilitatem fidei supernaturalis supra cognitiones *metaphysice* certas est tantum *radicalis*, stans in eo quod actus fidei ex sua intrinseca perfectione et ex pluribus principiis sit infallibilis. » Et hæc quidem asserta jam explicata habes in iis quæ de certitudine fidei disputavimus.

66. In tota hac tractatione de certitudine et infallibilitate fidei diligenter rursum attendenda est summi momenti distinctio inter ipsum actum formalem fidei, et actus eidem prævios. Hic de ipso solo actu fidei egimus. Quod autem spectat cognitionem objectivam formalis fidei, non in ipso actu fidei, sed prævie necessariam, ea quoque cognitio certa sit oportet sed modo valde diverso. Hæc cognitio non est fidei propter

(1) De fide theol. g., n. 202.

auctoritatem Dei, adeoque nec firma super omnia est nec esse debet, sed est cognitio rationalis propter argumenta, quamvis jam gratia Dei præveniente et adjuvante forte illustrata: et auctoritatis quidem Dei cognitio certa est ex intrinseca evidentia, revelationis vero factæ est et esse debet certa ex argumentis quibus hujusmodi factum probari valet, adeoque certitudine morali qua sola facta certa esse solent. Et hæc certitudo prærequiritur et sufficit ut judicium supernaturale credibilitatis efformari valeat, et deinde sub et cum gratia imperari assensus fidei super omnia firmus propter Dei auctoritatem. Hæc enim certitudo requiritur, ut intellectus percipiat honestatem et officium credendi, et consequenter voluntas prudenter imperare valeat assensum fidei firmissimum in veritates revelatas. Et certe gratia divina nec judicium credibilitatis imprudens, nec imprudens voluntatis imperium potest supernaturaliter elevare; tandem repugnat tum ex natura intellectus, tum ex parte gratiæ divinæ, ut prævium judicium intellectus et imperium voluntatis, utrumque imprudens et mere naturale, consequi possit assensus fidei, intrinsece et supernaturaliter firmus super omnia.

Contra, evidenter sufficit certitudo moralis revelationis factæ ut et judicium credibilitatis, et imperium voluntatis sint prudentia et supernaturaliter eleventur, utque sequatur assensus fidei, jam super omnia firmus ex proprio motivo divinæ auctoritatis.

Quomodo autem de facto habeatur certitudo moralis requisita factæ revelationis, ad sequentia spectat ubi de modo et ordine ascensus agetur ad Deum cæteraque ab eo revelata per fidem cognoscenda.

97. Hic paululum sistamus, ut gratissimo in Deum animo recogitemus donum fidei, ejusque præstantiam ac pretium summum, necnon omnimodam fidei necessitatem atque perfectam rationi conformitatem.

Explicatis fidei natura et proprietatibus clare perspicitur quomodo fides sit opus et donum speciale Dei,

non solum ratione revelationis et externæ prædicationis, sed maxime ratione internæ unctionis divinæ gratiæ, idque non modo in ultima completione sed etiam in prima jam inchoatione. « Præstita externa prædicatione, Deus in nobis vitaliter quidem agentibus, sed sine nobis libere cooperantibus, piam cogitationem et indeliberatum credulitatis affectum producit. Utrumque est donum gratuitum Dei, quod nemini nisi ex propria culpa negatur, sed nec ulli humano conatui velut debita merces retribuitur. Similiter apparet fidem, quatenus a nostra cooperatione pendet, inchoari per pium credulitatis affectum; infidelitatem vero radicaliter consistere in contemptu gratiæ ad fidem vocantis. Qui libere elicit (excitante et adjuvante gratia) piam credendi voluntatem, haud difficulter, ex eadem gratia, formalem actum fidei eliciet et ad justificationem et salutem disponetur; contra, qui pertinaciter Spiritus sancti inspirationi resistit, simul repellit unicum medium quo ad fidem et salutem pervenire potest, et contemnens vocem Dei terribilem sibi præparat quietem, quæ infelices homines quandoque comitatur ad portam usque æternitatis (1). » Quatenus igitur Deus in donis suis cum effectu conferendis postulat nostram cooperationem, hæc, tum ad amplectendam tum ad conservandam fidem, consistet quidem in diligenti, sub lumine gratiæ, motivorum credibilitatis et motivi fidei consideratione, sed potissimum in magna animi humilitate, in profundissima erga divinam majestatem reverentia, in instanti et constanti oratione: falleretur enim perniciosissime qui putaret philosophica inquisitione vel sola, vel præcipue sibi aut aliis fidem divinam se posse persuadere (2).

98. Simul etiam ex dictis fidei doni præstantia luculenter deducitur. Est fides omnium, præter Dei visionem, cognitio nobilissima: est enim participatio supernaturalis

(1) Brouwer, *de Fide divina*, p. 219.
(2) Cf. Bouquillon, *de Virt. Theol.*, n. 100.

ipsius divinæ scientiæ, tum objective, utpote quæ immediate et integre inhæret Deo primæ Veritati positive et supernaturaliter revelanti, tum subjective, quippe quæ ratione divino lumine supernæ gratiæ illustrata, imperante voluntate per gratiam elevata, elicitur; est cognitio omnium in hac vita certissima, firmissima, quovis titulo infallibilis; est omnium præsentium cognitionum, ex parte objecti sui, altissima ac dignissima, cum ipsam Dei majestatem, prout in se est, cæteraque in ordine ad Deum, attingat.

Est præterea fides maxime necessaria, sola est vel saltem non alia absque ipsa cognitio salutaris et fœcunda ad nostram perfectionem æternamque beatitudinem, utpote qua finis ipse supernaturalis apprehenditur, viaque ad finem illustratur. Est quippe *fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti sunt senes. Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent.... Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit.* Ita Apostolus ad Hebræos (1), ubi meritum fidei ejusque necessitatem verbis magnificis, quæ integra recitare vellemus, celebrat, nosque ad constantiam in fide efficacissime adhortatur.

Addamus et verba Concilii Tridentini, singillatim expendenda ac diligenter meditanda, quibus dicitur fides *humanæ salutis initium, fundamentum et radix omnis justificationis* (2).

99. Tandem verbulum addimus de conformitate fidei cum ratione, quam quidem conformitatem adesse a priori constare vel ex eo debet quod utriusque, fidei scilicet et rationis, unus sit auctor Deus, prima ac summa Veritas.

(1) Cap. XI.
(2) Sess. VI, cap. 8.

Itaque si, ex dictis de præclaro fidei dono, mirum non est plures manere incredulos, qui sibi ipsi videntur sapientes, quia nempe vitiis dediti et præcipue superbia sunt elati, Deus autem superbis resistit et mundis corde se manifestat, mirum tamen videtur eo usque obscurari superbia insipiens cor eorum ut jam non videant perfectam fidei cum ratione conformitatem, et, cum in rebus humanis, ipsi multoties credunt ac credere quotidie coguntur, ubi multo minora sunt credibilitatis motiva, nequaquam percipiant quam summe rationabilis sit divina fides, quæ infallibili auctoritate Dei nititur, quamque Deo habendam, utpote qui vere revelavit se hominibus, tot et tam illustres rationes demonstrant, ut merito exclamet Richardus a S. Victore: « Nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus: Domine, si error est, a Te ipso decepti sumus? Nam ista in nobis tantis signis et prodigiis confirmata sunt et talibus, quæ nonnisi per Te fieri possunt. Certe a summæ sanctitatis viris sunt nobis tradita, et cum summa et authentica attestatione probata, Te ipso cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis ».

Frequenter S. Patres, adversus paganos aliosque incredulos fidem nostram ridentes, argumento, quod modo insinuabamus, utuntur, videlicet, quod si fides hominum testimonio nixa est omnino prudens, secundum leges naturæ rationalis ac rationis, imo plane necessaria, profecto multo magis prudens et secundum rationem, imo et necessarium esse Deo revelanti credere. Ita Augustinus, lib. *de utilitate credendi*, cap. XII, lib. *de fide eorum quæ non videntur*, passim. Arnobius, *adv. Gentes*, l. II, n. 8 sqq. Eusebius Cæsariensis, *præpar. evang.*, l. I, c. 5. Rufinus, *comment. in symb. Apost.*, n. 3, multique alii. Unum recitamus Augustinum, in lib. *Confess.*, l. VI, c. 5 sic Deum alloquentem: « Paulatim tu, Domine, manu mitissima et misericordissima pertractans et componens cor meum, consideranti quam innumerabilia crederem, quæ non viderem, neque cum

gererentur adfuissem, sicut tam multa in historia gentium, tam multa de locis atque urbibus, quæ non videram, tam multa amicis, tam multa medicis, tam multa hominibus aliis atque aliis, quæ nisi crederentur, omnino in hac vita nihil ageremus, postremo, quam inconcusse fixum fide retinerem, de quibus parentibus ortus essem, quod scire non possem, nisi audiendo credidissem : persuasisti mihi, non qui crederent libris tuis, quos tanta in omnibus fere gentibus auctoritate fundasti, sed qui non crederent esse culpandos ».

Si philosophi omnes probant auctoritatem esse fontem veri, seu secundum rationem esse credere testibus fide dignis, multo magis rationabile est credere testimonio maxime authentico Dei, qui est ipsa veritas. Et si necessarium plane est ad humanum convictum, ut hominibus in multis credamus, magis necessarium est credere Deo, cum summi momenti et theoretice et practice sit, Deum novisse ejusque circa nos voluntatem, quod quidem sine fide, vel fieri omnino nequit vel admodum imperfecte, et certo in præsenti ordine fieri omnino non potest, sine revelatione et fide, eo modo quo ad salutem requiritur (1). « Cœli mysterium, *ait Ambrosius* (2), doceat me Deus ipse qui condidit, non homo qui seipsum ignoravit. Cui magis de Deo quam Deo credam? »

Et S. Hilarius (3): « Cum de rebus Dei erit sermo, concedamus cognitionem suî Deo, dictisque ejus pia veneratione famulemur. Idoneus enim sibi testis est, qui nisi per se cognitus non est. »

100. Cæterum ex ipsa natura fidei divinæ latius supra explicata evidentissime patet nec fidem rationis postulatis ullatenus adversari, nec rationem fidei postulata improbare.

---

(1) Cf. S. Thomas, *c. Gent.*, lib. III, c. 152.
(2) Epist. 18.
(3) *De Trinit.*, l. I, n. 18.

Etenim non impedit fides jus inquirendi in veritates quæ rationis ambitu continentur. Nec vult quidquam citra rationem sufficientem credi, imo postulat, quod et ipsa ratio, ut nihil credatur, nisi quod rationi credibile demonstretur. « Non enim quis crederet, *ait S. Thomas* (1), nisi videret ea esse credenda vel propter evidentiam signorum vel propter aliquid hujusmodi. » Et energice Tertullianus (2): « Nihil credam nisi nihil esse temere credendum. »

Luculenter quidem ex nostra analysi fidei veritas apparet doctrinæ Ecclesiæ, contentæ in hac propositione: « Rationis usus fidem præcedit, et ad eam hominem ope revelationis et gratiæ conducit » (3). Caveat tamen infirma et superba hominis ratio ne, quod intelligere vel comprehendere nequit, eo ipso respuat aut inter errores reputet.

101. Vicissim ratio fidei postulata omnia approbat.

Postulat fides, ut plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis obsequium præstemus, sed quid æquius? « cum homo a Deo tamquam Creatore et Domino suo totus dependeat et ratio creata increatæ Veritati penitus subjecta sit, » ut loquitur Concilium Vaticanum (4). Quid justius et salubrius? cum ratio nostra, adeo limitata et erroribus obnoxia, magno suo commodo multoties se subdat auctoritati humanæ, cumque præterea multipliciter a fide juvetur. Nam, quot homines, absque fide, in summis tenebris ignorantiæ versarentur, quot etiam veritates, non modo superrationales ac præterrationales, sed mere naturales vel ipsi sapientes ignorarent, vel saltem absque certitudine et claritate cognoscerent, et non solum molesto dubio sed multiplici errore in rebus scitu maxime necessariis vexarentur! Quæ quidem omnia incommoda tollit fides, imo luminis instar dirigit ipsius

(1) 2. 2, q. 1, a. 4, ad 2.
(2) Contra Marcionem, lib. V, c. 1.
(3) Prop. 5 a Bautain et Bonetty subscripta.
(4) Const. de Fide, cap, III.

rationis inquisitionem, ut clarius, certius, plenius veritatem assequatur, et metam indicat quam rationis inquisitio attingere debet; præterea eidem stimulos addit ut et ipsa perveniat quo eam fides perduxit in veritatibus sibi non imperviis, utque in intelligendo, quantum licet, vero revelato sibi impervio proficiat, illudque adversus incredulos propugnandi idonea fiat. Præclare Augustinus: « Qui vera ratione jam, quod tantummodo credebat, intelligit, profecto præponendus est ei qui cupit adhuc intelligere quod credit: si autem non cupit, et ea quæ intelligenda sunt credenda tantummodo existimat, cui rei fides prosit ignorat (1). »

Fides postulat assensum super omnia firmum. Nec potest ratio non probare ut sicut Deum diligere debenus super omnia ex toto corde, ita Deo super omnia credamus ex tota mente.

Postulat fides ne temere scrutemur mysteria. Sed « Quo intellectu Deum capit homo, qui ipsum intellectum suum, quo eum vult capere, nondum capit? » (2)

102. Ast, in re fidei, dicere quis posset, tota difficultas est in probando facto revelationis. Quis enim Deo denegabit fidem, si constet eum revelasse?

Respondemus et hac in re postulatum fidei a ratione probari. Postulat fides ut certitudini morali de facto revelationis acquiescamus. Nec ratio contradicere potest, cum hæc sit certitudo factis propria, et sufficiat ad dirigendam vitam hominum universam. Cæterum, ut supra vidimus, hæc certitudo fere ad metaphysicam indirecte reducitur, cum merito dicamus Deo: si error est, a teipso decepti sumus. Præterea, memores simus fidem esse nobilissimum naturæ rationalis obsequium rationi increatæ exhibitum, adeoque Deum certitudinem quidem, excludentem prudentem erroris formidinem factæ a se revelationis nobis subministrare, sed omnem

(1) Ep. ad Consentium 120 (al. 222), n. 8.
(2) S. Hilarius, *De Trinit.*, l. V. c. 1.

obscuritatem a credendis tollere, omnemque etiam imprudentem formidinem erroris a facto revelationis arcere rationabiliter nec debuisse nec potuisse (1).

103. O Domine Deus, illuminante gratia tua, nunc clarius intellexi fidem vere donum tuum esse, evidentius perspexi præstantiam ac pretium summum hujus doni tui, necessitatem quoque fidei ejusque efficaciam ad meam salutem, et libentissime quidem plenum hoc voluntatis et intellectus obsequium, omnino rationi conforme, infinitæ majestati tuæ, primæ ac summæ Veritati ex corde offero. Credo, Domine, sed adjuva incredulitatem meam. Credo ex tota mente assensu super omnia firmissimo. Sed quid retribuam tibi pro tantis donis tuis? Jam ab ipsa nativitate mea, in baptismo, infudisti mihi ex mera bonitate et amore gratuito habitum seu virtutem fidei, et statim ab usu rationis, excitante gratia tua, et proponente Ecclesia, per parentes optimos, per sacerdotes magistrosque catholicos, cœlestem doctrinam, in actum exiit illa virtus fidei, et fuit fides lux totius viæ et vitæ meæ, ignorantem docens et ducens, errantem ac lapsum revocans et erigens, mala innumera avertens, bona cuncta proponens et provocans. Quid retribuere possum, et quid a me petis, nisi ut reverenter et humiliter donum tuum custodiam, paratus cum gratia tua sanguinem et vitam profundere in testimonium veritatis; quid, nisi ut jam justus ex fide vivam, et quotidie magis magisque te cognoscam ac diligam; quid, nisi ut quos dedisti mihi in fide conservem, innumerosque zelo, oratione, prædicatione, exemplo, eleemosynis ad fidem convertam. Utinam et hæc opella nostra, tam præsentibus quam futuris temporibus aliquid hunc in finem conferre possit, ut sanctificetur nomen tuum, qui es benedictus in sæcula.

(Continuabitur.)

---

(1) De his omnibus cf. Hürter, *S. Patrum Opusc.*, t. VI, p. 91.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Martii

—

I

Expone *ad Colos.* II, 11 : « *In quo* (Christo) *et circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi.* »

II

Quibusnam pœnis cruciantur animæ in purgatorio et quomodo hi cruciatus differunt a cruciatibus inferni.

III

Determina qualitatem ac quantitatem peccati *divinationis* et *vanæ observantiæ.*

IV

Quid censendum de *indole naturali aut præternaturali* hypnotismi?

V

Quid censendum de ejusdem hypnotismi *liceitate?*

VI

In celebratione missæ, cognita alterutrius materiæ panis vel vini ineptitudine quid juxta rubricas agendum est ad integritatem Sacrificii procurandam?

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Decembris 1897 propositas

—

I

Q. Explica IV Reg. V, 18, 19: « *Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo, quando ingredietur Dominus meus templum Remmon, ut adoret: et illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco,* ***ut ignoscat mihi*** *Dominus servo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace* ».

R. Cum à Lapide « Gregorius de Valentia, tract. *De fide et fidei professione*, disp. I, Quæst. III, puncto 2, ad 3, censet hanc petitionem Naaman continere rem illicitam, scilicet professionem idololatriæ; Naaman enim cooperatum fuisse idololatriæ regis in adoratione idoli Remmon, ideoque Eliseum non annuere nec directe respondere, sed permittere, id est negative se habere, quia videbat eum hoc tempore incapacem correctionis, ad deponendam hanc idololatriæ simulationem, ideoque illam in aliud tempus distulisse, ac pro hac vice suffecisse ei, quod Naamanum ad veri Dei cognitionem perduxisset. — Verum si Naaman cooperabatur idololatriæ, debuisset Eliseus eum hac de re docere, nec dissimulare. Nam ex eo quod ait: *Vade in pace*, omnino colligebat Naaman Eliseum suæ petitioni annuere, et concedere ut, rege adorante, adoraret et ipse in templo Remmon; quare Eliseus fovisset et confirmasset Naaman in sua idololatria, quod absit.

Nota ergo adorationem hanc Naaman non fuisse proprie dictam: sic enim fuisset impia et idololatrica, sed impropriam, scilicet incurvationem corporis, vel genuflectionem obsequii causa, ut scilicet regem ex officio sibi commisso fulciret et sustentaret in templo,

uti et alibi facere consueverat; quod facere non poterat, nisi, rege genuflectente, ipse pariter genuflecteret. Est catachresis. Id patet ex Hebræo *shaca*, quod proprie significat, curvare vel incurvare se, uti vertit hîc Arias. Alia ergo fuit adoratio regis, alia Naaman; rex enim proprie adorabat idolum suum Remmon: Naaman vero adorabat improprie, id est curvabat se, ut regi suo se curvanti accommodaret, eumque sustentaret et honoraret. Erat ergo hæc ejus adoratio non religiosa, sed politica et civilis; sicut *Abraham adoravit*, id est reverentiam exhibuit, *filios Heth,* Gen. XXIII, 7, et Jacob *adoravit*, id est veneratus est filium suum Joseph principem Ægypti, Hebr. XI, 21.

Solebat enim rex Syriæ, cum incederet, aut se quacumque de causa prosterneret, inniti aut manibus, aut humeris Naaman: quare necesse erat ut se Naaman ad regis motum, atque habitum accommodaret. Ex quo fiebat ut cum stante staret, cum incedente incederet, et procedente ipse quoque procederet. Hoc enim si omisisset, incivilis et rusticus, imo infidelis habitus fuisset.

Dices: Naaman cooperabatur regi adoranti Remmon; ergo cooperabatur ejus idololatriæ.

Respondeo negando consequentiam. Cooperabatur enim regi ad actionem naturalem, scilicet ad curvationem corporis duntaxat, non autem ad moralem, vel ad intentionem regis, quæ erat curvando se adorare Remmon. Sensus ergo Naaman fuit, *q. d.* Peto, o Elisee, facultatem ut, curvante se rege in templo Remmon ad eum adorandum, liceat et mihi regem sustentanti curvare me, non ad adorandum Remmon, sed ut hoc obsequium et servitium regi meo præstem, ad quod ex officio meo teneor, tam in templo quam alibi, ne gradu et dignitate apud regem excidam. Rex enim innititur super me; quare quocumque ipse se flectit, et vertit, ego pariter me vertere et flectere debeo. Erat ergo actus hic curvandi adiaphoros et

indifferens, eratque cultus non sacer, sed civilis et politicus. Nam sustentare regem sive stantem, sive ambulantem, sive genuflectentem, per se est actus observantiæ; per accidens vero est, quod contingat eum sustentari, dum ille coram idolo incurvatur. Id enim non est idolo, sed regi reverentiam exhibere.

Dices secundo: Naaman dabat scandalum aulicis; putabant enim ipsi eum adorare cum rege idolum Remmon.

Respondeo: nullum fuit scandalum, tum quia sciebant Naaman ex officio teneri ad sustinendum regem in hac corporis curvatione, nec aliud prætendere; tum quia Naaman publice abdicarat idola (v. 17), et profitebatur cultum veri Dei Israëlis, eique altare et sacellum erexerat, in quo totam suam familiam Deum verum secum adorare compellebat. Ita Abulensis, Lyranus, Burgensis, Cajetanus, Serarius, Sanchez, Salianus hic, et Suarez, *De fide*, tract. I, disp. XIV, sect. 4, num. 8 ».

G. V. D. P.

II

Q. *Expone quid intelligendum sit pœna damni, et quo modo hæc cruciet tum quoad ipsam naturam cruciatus, tum quoad ejus intensitatem.*

R. I. Nomine pœnæ damni intelligitur privatio visionis Dei. — Ut melius intelligatur quid veniat nomine pœnæ damni prout hæc pœna distinguitur a pœna sensus hæc notari juvabit: « juxta omnes privatio gloriæ secundum se, ad pœnam damni exclusive pertinere dicenda est, quacumque consideratione facta: et similiter gehenna ignis ad pœnam sensus. Unde non occurrit dubium nisi de *afflictione maxima, quæ oritur* ex privatione visionis Dei, in iis qui personaliter peccaverunt, et in termino viæ jam constituti, sciunt se ad gloriam cœlestem advocatos, sua maxima culpa a tanto bono excludi. Sed sciendum quod sub alia et alia considera-

tione, modo ad pœnam damni, modo ad pœnam sensus recte reducitur. Si enim attendas divisionem pœnæ sensus et pœnæ damni per respectum ad subjectum (prout scilicet ponit in eo, vel puram privationem vel dolorem positivum): sic evidens est quod prædicta afflictio ad pœnam sensus est referenda. Si autem divisio attendatur per respectum ad Deum inflictorem pœnæ, vel ad culpam pro qua pœna infligitur: sic e contra, referri debet ad pœnam damni, ut naturalis sequela ejus. Non enim positiva actione punitiva infert Deus afflictionem hanc, sed ipsa ad subtractionem beatitudinis propter personales culpas sponte sua consequitur; et simili modo in taxatione pœnæ pro aversione a Deo, non sejungitur privatio ab annexa afflictione, sed per modum unius jure meritoque utrumque sumitur. Nunc vero observa quod modus loquendi *plerumque* conformis est huic posteriori considerationi; nam cum pœna damni nominatur, generatim consignificari solet et interior afflictio privationem beatitudinis consequens, ita ut ex parte pœnæ sensus, sola se teneat gehenna ignis. Verumtamen si sermo est de iis qui decedunt in originali absque reatu peccatorum personalium, pœna damni nihil aliud importat quam puram privationem, eo quod pro originali peccato nulla est positiva pœna in futura vita. Vide ergo quomodo ex subjecta materia amplitudo sensus sit semper determinanda. » (P. Billot, *De Natura et Ratione peccati personalis*).

II. De *natura* illius cruciatus qui tamquam naturalis sequela oritur ex privatione visionis Dei, pro illis qui propter personale peccatum damnantur.

1. Cruciatus ille in hoc consistit quod damnatus cognoscens se visione Dei ad quam erat vocatus culpa sua in æternum privari summa tristitia et ira afficitur. Inprimis notandum quod privatio sola non importat cruciatum; ut cruciatum afferat oportet ut cognoscatur carentia rei et præterea ut tamquam vera *privatio* (h. e. carentia perfectionis *debitæ*) agnoscatur. Ita ex

gr. homo pecuniæ cupidus si inscius alqui hæreditate, ad quam jus habet, privatur, de illa privatione non dolet, sed si die quadam se frustrari discit tunc incipit tristari et irasci. Et cæteris paribus quo perfectior est cognitio privationis eo vehementior est tristitia. Quod damnatus propter peccatum personale cognoscet se privari visione Dei evidens est: nam quum homo mortaliter peccat, noscit certo quamvis forsitan omnes mundi se inventa Deo et si mors hominem in statu peccati mortalis inpuerit, ille cognoscet se irreparabiliter mundum in statu peccati permansurum et jam in judicio particulari damnamaledicto obnoxius in æternum a Deo discedet.

Ulterius nunc inquirendum quodnam sit hoc tormentum.

a Hominis natura tota quanta est ordinatur ad finem ultimum a Creatore homini præstitutum: nulla igitur major deordinatio et miseria excogitari potest quam status hominis qui in perpetuum amisit finem ultimum. Jam: ultimus finis est beatitudo seu perfecta felicitas hominis in perfecta summi boni realis, Dei scilicet, possessione per cognitionem et amorem; igitur nulla major hominis excogitari potest miseria quam status hominis privati visione Dei. Homo autem intellectu et voluntate præditus, scienter etiam et libere ad suum ultimum finem tendere debet: quodsi homo rationis usu gaudens libere sese ab ultimo fine vero avertent per peccatum mortale, et in hoc statu mortuus mori, tunc irreparabiliter in hac aversione permanebit, et simul illa naturæ suæ radicalis tendentia ad felicitatem in æternum objecto suo frustrabitur. Ille igitur beatitudinis appetitus vi cujus semper in hac vita bonum quærimus et nihil nisi sub ratione boni volumus, ille appetitus nunquam quiescet. Imo intelliget homo se illo objecto quod solum suæ naturæ appetitui satisfacere potest in æternum frustrari. Si tristitia oritur ex apprehensione mali præsentis, summa igitur afficietur tristitia infelix ille homo qui certo cognoscet se sua ad quam totus

ordinatus erat beatitudine in æternum privari. Si aliquando serio cogitaverimus de hac nobis possibili miseria, trementes facti sumus et timuimus: quanta esset nostra tristitia si de facto hoc malum accidisset nobis. Sic etiam a cogitatione futuræ mortis abhorret natura, sed quanto major adest naturæ repugnantia quando in eo est ut mors jam dissolvat ipsam. Præterea quamdiu sumus in hac vita, quum omnis nostra cognitio a sensibus oriatur et quum natura nostra in sensibilibus rebus valde delectetur et a variis sensuum delectationibus alliciatur easque quærat, ideo fit ut cognitio de rebus mere spiritualibus minus vivida sit, et etiam minus vehemens delectatio de spiritualibus; sed post mortem anima separata « non intelliget accipiendo a sensibus nec erit in actu potentiarum appetitivarum sensibilium : et sic anima separata Angelo conformatur et quantum ad modum intelligendi, et quantum ad indivisibilitatem appetitus... In resurrectione autem corpus sequetur animæ conditionem : et ideo non redibit anima ad statum in quo modo est, in quo a corpore necesse habet accipere, quamvis corporeis instrumentis utetur » (S. Thomas *De Veritate* q. 24, a. 11.); ideo post mortem multo perfectior erit cognitio de ultimi finis ad naturam relatione, et de miseria illius amissionis; et multo magis erit irrequieta voluntas quæ jam circa sensibilia nullo modo agere potest, sed ad ultimum finem solum at frustra tendit; quapropter sive intellectus sive voluntatis conditio in homine damnato inspiciatur, sequitur nos de ejus tristitia adæquatum nunc non habere conceptum et ejus tormentum re esse multo majus quam menti nostræ apparet.

b/ In præcedentibus, cruciatus naturam deduximus ex consideratione amissionis felicitatis *in abstracto* consideratæ; nunc illam felicitatem *in concreto* intueamur, seu *qua in re* consistat illa felicitas. Essentia felicitatis consistit in operatione intellectus qua hic Infinito Vero unitur, illudque possidet; hanc possessionem consequitur

gaudium perfectum et quies voluntatis. Inde in anima separata, nulla jam sensibili cognitione vel appetitu impedita, vehementissimum ardet desiderium cognoscendi Deum : huic autem desiderio in illo qui propter personale peccatum damnatur nunquam satis erit factum, imo cognoscet ille damnatus illud intimum suæ naturæ appetitum nunquam quieturum : unde rursus videmus quanta tristitia damnatus afficiendus sit. Hucusque diximus de eo quod *essentiale* est miseriæ damnatorum : nunc de eo quod tamquam *accidentale* pœnam damni sequitur.

2. Illa etiam cognitio quam damnatus in hoc mundo habuit nedum gaudium afferat, summopere auget cruciatum. Etenim « sicut propter perfectam sanctorum beatitudinem nihil erit in eis quod non sit gaudii materia, ita nihil erit in damnatis quod non sit eis materia et causa tristitiæ, nec aliquid quod ad tristitiam possit pertinere, deerit, ut sit eorum miseria consummata. Consideratio autem aliquorum notorum quantum ad aliquid inducit gaudium vel ex parte cognoscibilium inquantum diliguntur, vel ex parte ipsius cognitionis, inquantum est conveniens et perfecta. Potest etiam tristitiæ esse ratio et ex parte cognoscibilium quæ nata sunt contristare, et ex parte ipsius cognitionis prout ejus imperfectio consideratur, utpote cum considerat aliquis se deficere in cognitione alicujus rei, cujus perfectam cognitionem appeteret. Sic ergo in damnatis erit actualis consideratio eorum quæ prius sciverunt ut materia tristitiæ, non autem ut delectationis causa. Considerabunt enim et mala quæ gesserunt, ex quibus damnati sunt, et bona delectabilia quæ amiserunt, et ex utroque torquebuntur ; similiter etiam torquebuntur de hoc quod considerabunt notitiam quam de rebus speculabilibus habuerunt, imperfectam esse, et se amisisse summam ejus perfectionem quam poterant adipisci. » (S. Th. Suppl. q. 98, a 7.)

Si quæras an et quomodo damnati aliquando de Deo cogitent, respondet Angelicus doctor : « Deus potest

considerari dupliciter : uno modo secundum se et secundum id quod est ei proprium, scilicet, esse totius bonitatis principium : et sic nullo modo cogitari potest sine delectatione ; unde sic nullo modo a damnatis cogitabitur ; alio modo secundum aliquid quod est ei quasi accidentale in effectibus ejus, utpote punire, vel aliquid hujusmodi ; et secundum hoc consideratio de Deo potest tristitiam inducere, et hoc modo damnati de Deo cogitabunt. » (l. c. art. 8.)

Accrescet cruciatus ex hoc quod damnatus sciet se potuisse, imo facile, adipisci ultimum finem, et tamen eo privari ; præterea ex hoc quod sola sua culpa ratio est suæ damnationis : unde summe irascetur in semetipsum ; tandem et maxime ex hoc quod sciet se *in æternum* cruciari : inde summa exoritur desperatio.

III. De *Intensitate* cruciatus qui ex pœna damni sequitur. Ille cruciatus intensior est tormento quod ex igne aliisque pœnis actione positiva a Deo inflictis provenit.

1. Consideremus homines post resurrectionem quando corpora eorum animis unita poterunt etiam sensibiliter torqueri. Dicimus cruciatum ex pœna damni naturaliter sequentem esse intensiorem quolibet tormento sensibili. Sed bene notandum quod cruciatus mere spiritualis sicut ille est qui ex pœna damni sequitur, ejusdem ordinis non est cum cruciatu sensibili : sunt genere diversi illi cruciatus, et ideo quando dicimus intensiorem esse afflictionem spiritus, ex privatione visionis Dei provenientem, omni sensibili tormento, non imaginatione fingendum est illam afflictionem spiritus comparatam ad dolorem sensibilem esse tamquam 100 ad 1 in ratione cruciatus ejusdem generis sicut quando dolor illius qui (cæteris paribus) intensissimo igne uritur comparatur cum dolore illius qui debili igne uritur, sed hoc est intelligendum quod spiritus dolor quamvis alius generis sit ac corporis dolor, tamen rationem doloris absolute considerati magis verificat.

Etenim ratio doloris in hoc est quod ens impeditur a bono quod naturaliter appetit. Porro ens sensibile quà tale appetit sensibiliter bonum sensibile, et ens intelligibile quà tale appetit intelligibiliter bonum intelligibile. Sed sensibile quia materiale minus perfectum est quam intelligibile utpote immateriale. Igitur delectatio sensibilis quæ sequitur conjunctionem entis sensibilis cum bono sensibili est absolute in ratione delectationis minus perfecta quam delectatio intelligibilis, et quia contrariorum eadem est ratio, dolor sensibilis erit in ratione doloris minus perfectus quam dolor intelligibilis. Igitur sivè consideratur bonum quo privatur quidam, sive ipsa perceptibilitas privationis boni, dolor sensibilis minor est quam dolor intelligibilis et consequenter cruciatus qui sequitur ex pœna damni major erit quolibet dolore sensibili.

2. Si consideremus dæmones et animas separatas in quibus nullus esse potest sensibilis dolor, nullus alius in iis inveniri potest cruciatus quam afflictio spiritus sequens ex apprehensione intellectuali mali conjuncti. Sed quidquid sit de modo quo ignis vere cruciet dæmones, evidens est quod hoc malum minus est quam malum amissionis visionis Dei in quo ultimus finis et perfecta felicitas constituitur.

Ergo cruciatus qui ex privatione visionis Dei sequitur, est major omni alio damnatorum cruciatu.

J. V. D. M.

III

Q. *Objicitur. Non expedit votvere: etenim non expedit sponte se exponere periculo gravium peccatorum, quod reapse facit qui per votum novam peccandi materiam sibi constituit; nec sufficit aliquale meriti augmentum ex voto ad tale salutis æternæ periculum compensandum. — Responde.*

R. Dicendum est votum *secundum se* esse expediens et de consilio, minime vero *quodlibet* votum *semper* expedire *cuilibet*. Unde supponimus in emissione votorum

servari prudentiæ leges, perpensis personæ ac materiæ circumstantiis : hæc tamen prudentia « non debet esse tantum secundum hominem, sed secundum Deum, ut non plus de humana fragilitate timeat quam de divina virtute confidat » Suarez, *de relig.* tr. 6, l. 1, c. 18, n. 7. Jamvero qui vovet prudenter, probabili periculo gravium peccatorum se non exponit : nam humana voluntas ipso voto roboratur et in bono firmatur atque divina gratia voventem non deserit : « qui te hortatur ut voveas, ipse adjuvat ut reddas » S. August. in Ps. CXXXI, n. 3. Quodsi sæpe ex defectu hominis per accidens remotum peccati periculum adsit, non ideo votum dici potest periculosum et minus expediens. Nam primo, ut ab absurdo arguamus, nullam jam obligationem ex lege aut præcepto imponi, ex contractu suscipi, expediret ; « oporteret ab omnibus bonis cessare, quæ etiam per accidens ex aliquo eventu possunt esse periculosa » S. Th. 2-2, q. 88, a. 4 ; dicereque possemus : « ergo nemo militet, ne aliquando vincatur : nec pedis utatur obsequio, qui gradiendi periculum reformidat : nec oculi intendat officio, qui concupiscentiæ timet lapsum » S. Ambros. lib. de Viduis, c. 13. Deinde, facile ostendimus (ex S. Th. l. c. a. 6) *longe majori bono* voventis istud *qualecumque periculum* compensari.

Res elucet ex consideratione tum ipsius *actus vovendi*, tum *operis ex voto peracti*. Imprimis ipsa actio vovendi non tantum egregius actus religionis est, sed etiam actus utilissimus nobis, in quantum vovendo firmamus immobiliter voluntatem nostram ad varia virtutum opera. Præterea, opus bonum quod ad votum implendum ponitur, cæteris paribus, melius est et majoris meriti capax quam idem opus sine voto peractum. Primo, quia peculiari modo imperatur ab excellenti virtute religionis ex qua votum elicitur. « Hinc sequitur, actus inferioris virtutis ex ratione voti habere majorem perfectionem majusque meritum coram Deo, quam ex nativa sua bonitate ; actus ejusdem virtutis aut nobilioris,

etsi specificam bonitatem *majorem* non habeant ex voto quam ex suo proprio objecto, tamen ex utroque simul majorem perfectionem habent, imo individualem perfectionem (intensitatis) facillime ex ipso voto majorem accipiunt » Lehmkuhl, I, n. 444. Secundo, quia vovens se Deo subdit non tantum quoad actum, sed quoad potestatem agendi, et ita ex altiori ratione operatur, quando fructum suæ potestatis Deo offert. Tertio, quia, ut diximus, per votum magis firmatur voluntas in bonum : aliquid autem facere ex voluntate firmata in bonum pertinet ad perfectionem virtutis. Et hoc valet etiamsi quis non sine aliqua tristitia ac repugnantia promissum opus arduum adimpleat, dummodo voluntate ex voto firmata has difficultates superet et opus sine tepore ac negligentia exequatur. — Itaque, ex voti emissione simul et impletione apparet præstans votorum utilitas : quum ille qui vovet et votum implet *duos* actus honestissimos ponat, quorum priorem secus *non ponit* et alterum, *si ponat*, per se minus perfecte peragit.

O. E. D.

IV

Q. *An et cur gravior est violatio voti quam violatio a/ juramenti promissorii, b/ præcepti divini aut humani circa eamdem materiam?*

R. *ad 1m*. Gravitas violationis voti ac juramenti promissorii respondet gravitati obligationis per votum ac juramentum promissorium inductæ. At, ne confusa res maneat, loqui omnino debemus sensu formali : nempe de obligatione *formaliter ex juramento* orta. Unde non comparamus a/ obligationem voti cum integra obligatione *voti jurati* : ista sane major est, quum sit ipsa obligatio voti, superaddito vinculo juramenti. Nec comparamus b/ obligationem voti cum integra obligatione *promissionis juratæ* circa eamdem materiam : ista quidem *extensive* major est, utpote duplex (fidelitatis vel justitiæ erga promissarium, religionis erga Deum);

intensiva vero cum obligatione voti stricte conferri nequit, utpote ex duabus diversi ordinis obligationibus oriatur. Sed comparavimus *vinculum religionis ex voto* cum *vincula religionis ex juramento promissorio* circa eamdem materiam.

Jamvero videtur major obligatio voti. Etenim ex voto tenemur exequi quod *ipsi Deo* promissum est, ex juramento promissorio id quod *teste Deo* promissum est hominibus. Jamvero prior obligatio magis directe respicit Deum et consequenter arctius vinculum religionis indicit. « Dicendum quod utraque obligatio, scilicet voti et juramenti, causatur ex aliquo divino; aliter tamen et aliter. Nam obligatio voti causatur ex fidelitate quam Deo debemus, ut scilicet ei promissum solvamus; obligatio autem juramenti causatur ex reverentia quam debemus ei, ex qua tenemur quod verificemus id quod per nomen ejus promittimus. Omnis autem infidelitas irreverentiam continet, sed non convertitur: videtur enim infidelitas subjecti ad Dominum esse maxima irreverentia. Et ideo votum ex ratione sua magis est obligatorium quam juramentum. » S. Thom. 2-2, q. 89, a. 8. Hanc S. Thomæ sententiam sequuntur theologi communiores eamque fuse ac solide tuetur Suarez, *de relig.* tr. 5, l. 2, cap. 3.

Ad 2m. Ut iterum confusionem vitemus, prænotamus hanc comparationem fieri posse *dupliciter*: a quando votum et præceptum cadunt simul in eumdem actum; *ut si voveo servare aliquod jejunium præceptum*, aut *non blasphemare*; b quando ipse actus qui vovetur non præcipitur, sed *alius* in certis adjunctis præcipitur actus similis: ut si voveo jejunare aut audire sacrum *in aliquo die non præcepto*. Responsio nostra valebit utrovis modo comparatio fiat: attamen in secundo comparationis modo adjuncta *omnia* sunt attendenda: et sic non adest paritas inter votum semel ex devotione communicandi et præceptum gravissimum annuæ communionis.

Respondetur jam ad quæsitum: 1° si actus præceptus

sit virtutis dignioris religione, gravior erit violatio præcepti. Ita qui vovit se mansurum in fide catholica et fit hæreticus, gravius peccat ex hæresi quam ex fracto voto. 2 Si actus præceptus sit virtutis inferioris, gravior erit violatio voti. Ita qui vovit jejunium jam præceptum illudque violat, per se gravius peccat contra religionem ex voto quam contra temperantiam, ad quam spectat observantia jejunii præcepti; item per se gravius peccat qui feria quarta violat abstinentiam voto promissam quam qui alia die violat abstinentiam ab Ecclesia præceptam. 3 Si actus præceptus ad eamdem virtutem religionis pertinet jam subtilior fit comparatio et sæpe incertus manet malitiæ excessus, quamvis tunc regulariter læsio præcepti gravior videatur læsione voti. Ita qui vovit se missam dominicalem auditurum eamque negligit, duplicem similis gravitatis malitiam contrahit. Cf. Suarez, *de relig.* tr. 6, l. 4, c. 3.

O. E. D.

V

Q. Quousque possunt parentes irritare vota filiorum suorum?

R. Irritatio votorum alia directa est, alia indirecta. Directa cadit in ipsam voventis voluntatem seu ipsum vovendi actum rescindit. Indirecta cadit in materiam voti seu voto subtrahit rem actionemve promissam. Inde votum irritatione directa annullatur, ita ut reviviscere non possit, irritatione vero indirecta suspenditur tantum, ita ut, remoto obice voluntatis illius cui materia subditur, obligatio voti per se reviviscat.

Jamvero parentes potestatem habent 1° *directe* irritandi omnia vota filiorum suorum impuberum, scilicet puerorum ante 14^{m} et puellarum ante 12^{m} annum completum; 2° *indirecte* irritandi vota suorum filiorum puberum sub sua potestate degentium, emissa circa res aut actiones quæ subsunt administrationi ac regimini parentum.

Explicatur responsum. — Nomine *parentum* veniunt,

præter patrem, *tutor*, itemque *mater*, si tutrix est, aut si pater longe abest, imo etiam probabiliter si pater præsens est et non contradicit. Nomine *filiorum* veniunt suo modo etiam illegitimi.

Dicitur sub 1°: *omnia* vota impuberum, interna et externa, personalia et realia, etiam alias Pontifici reservata, aut emissa in favorem tertii. Non excluduntur a/ *vota quocumque tempore post adeptam pubertatem implenda,* puta votum religionis. Directa enim potestas irritandi respicit, ut diximus, voluntatem voventis ideoque tempus quo votum emittitur: in quo discrimen est cum irritatione indirecta, cui non subjacent vota implenda tantum quando materia jam non erit alteri obnoxia. Neque etiam excluduntur b/ *vota jam prius a parentibus confirmata.* Ipsam enim potestatem irritandi hæc vota sibi adimere noluerunt ac, probabilius saltem, nequiverunt. Sed non valent parentes e contrario vota directe *irritare prius et deinde confirmare:* quia votum, ut diximus, irritatione directa prorsus extinguitur. Denique ex communi sententia c/ potestas directe irritandi remanet etiam post pubertatem filiorum *pro votis ante pubertatem emissis*, dummodo filius, post adeptam pubertatem, conscius infirmitatis horum votorum, eadem non confirmaverit.

Dicitur sub 2°: *circa res aut actiones quæ subsunt...* Unde excluduntur vota personalia et realia relate ad quæ puberes sunt sui juris. Talia sunt vota castitatis, religionis, frequentandi Sacramenta, fundendi preces moderatas (nempe sine præjudicio domesticæ gubernationis); item vota circa res proprias filiorum per eorum emancipationem aut majoritatem administrationi parentum subtractas.

O. E. D.

VI

Q. *Quelles sont les formalités prescrites par la loi pour la location des chaises de l'église?*

R. Cette matière est réglée par les articles 64 et suivants du décret du 30 Décembre 1809.

Le décret prévoit deux modes de location des chaises de l'église : la *régie* et la *mise en ferme*.

La location se fait *en régie*, lorsque la fabrique fait percevoir directement, pour son compte, le prix des chaises, par une ou plusieurs personnes qu'elle prépose à ce service, moyennant un traitement fixe ou une remise proportionnelle à la recette.

La location est *mise en ferme,* lorsque la fabrique concède, par adjudication, à un ou plusieurs individus, le droit de percevoir à leur profit personnel le prix des chaises, moyennant un fermage déterminé à payer à la fabrique.

Il appartient au *conseil* de choisir celui des deux modes qu'il juge le plus convenable et le plus utile, et d'autoriser le *bureau* « soit à régir la location des... chaises, soit à la mettre en ferme ». Art. 66 du décret.

Dans les deux cas, le prix des chaises doit être préalablement « réglé, pour les différents offices, par délibération du bureau, approuvée par le conseil » (art. 64). C'est donc le bureau qui dresse le tarif des chaises, et sa délibération devient exécutoire par l'approbation du conseil de fabrique. (1)

Le prix des chaises peut varier suivant l'importance et la solennité des offices (art. 64), et aussi d'après la forme ou qualité des chaises et la partie de l'église où elles sont placées. En pratique cependant, ces distinctions ne se font que rarement.

---

(1) L'art. 64 du décret de 1809 a modifié le décret du 18 Mai 1806, suivant lequel le prix des chaises devait être arrêté par l'Évêque et le préfet (tit. 1, art. 3).

Les chaises peuvent se louer soit par année (par mois, par dimanche), soit par office.

La délibération règlant le tarif des chaises doit être affichée dans l'église (Art. 64). Cette prescription n'est généralement pas observée.

Voici une formule de délibération relative au tarif des chaises :

Séance du bureau des marguilliers de l'église de.....

Présents : M.M.....

Vu l'article 64 du décret du 30 Décembre 1809,

Le bureau décide :

1° Il sera payé pour chaque chaise

a/ Tous les jours ouvrables { à la messe..... / au salut.....

b/ Les dimanches et jours de fête { à la messe..... / aux vêpres et salut.....

c/ Aux mariages, enterrements et services funèbres...

2° Le prix des abonnements annuels est fixé, par chaise, à.....

Lecture faite du présent procès-verbal, il a été approuvé et signé séance tenante.

(Signatures)

La copie destinée à être affichée à l'église portera en tête cette mention : *Tarif de la location des chaises de l'église, dressé par le bureau des marguilliers dans sa séance du..... et approuvé par le conseil de fabrique dans sa séance du même jour.* Elle portera à la fin cette autre mention :

Pour copie conforme,

Le Secrétaire du Bureau,
(Signature)

Quel que soit le mode de location adopté par la fabrique, les personnes préposées à la garde et à la distribution des chaises et à la perception des prix fixés par le tarif, doivent être agréées par le curé. Art. 30 et 33 du décret.

Lorsque la location des chaises est *mise en ferme*, il y a lieu, en outre, d'observer les formalités indiquées dans l'art. 67 du décret, à savoir :

1° Le conseil de fabrique fait dresser par le bureau et arrête définitivement un cahier des charges auxquelles l'adjudication sera faite. Voici une formule contenant les clauses les plus usuelles.

Cahier des charges relatif à l'adjudication de la ferme des chaises de l'église de.....

Art. 1. La location aura lieu pour un terme de... années consécutives, qui prendra cours le..... pour finir le.....

Art. 2. Le preneur devra se conformer, pour la perception du prix des chaises, au tarif dressé par le bureau dans sa séance du..... et approuvé par le conseil dans sa séance du....., et dont un exemplaire sera joint au présent cahier des charges. Il ne pourra, sous aucun prétexte, percevoir des taxes non prévues par le tarif.

Art. 3. L'adjudicataire aura le choix de ses préposés. Il ne pourra toutefois commettre à la distribution des chaises et à la perception des droits que des personnes agréées par M. le curé. Il devra renvoyer ceux de ses préposés qui lui seraient signalés par M. le curé, comme n'ayant pas, pendant le service, toute la bienséance désirable.

Art. 4. Les chaises, actuellement employées dans l'église, sont au nombre de..... Ces chaises seront remises en bon état de service à l'adjudicataire, à charge pour lui de rendre le même nombre de chaises, également en bon état, à la fin du bail (*ou bien :* La fabrique se chargera de l'entretien de ces chaises, à charge pour le preneur de fournir, tous les ans,..... chaises neuves de mêmes forme et qualité que celles qui lui seront remises par la fabrique).

Art. 5. Le prix de location sera payable anticipativement et par trimestre (*ou bien :* par quarts, à la fin de chaque trimestre), entre les mains et au domicile du trésorier de la fabrique.

Art. 6. Il est interdit à l'adjudicataire de transférer, en tout ou partie, l'effet de son adjudication, ou de prêter les chaises de l'église pour n'importe quelle cérémonie extérieure, sans le consentement exprès du bureau des marguilliers.

Art. 7. L'adjudicataire sera tenu de faire réunir et ranger

les chaises, après chaque office, dans les endroits qui lui seront désignés, et de tenir constamment cet emplacement dans un état satisfaisant de propreté.

Art. 8. Les espaces ci-dessous indiqués seront toujours laissés libres, soit pour la circulation, soit pour que « les fidèles qui ne louent pas de chaises ni de bancs, puissent commodément assister au service divin, et entendre les instructions » (art. 65 du décret). *Indiquer ces espaces.*

Art. 9. L'adjudicataire devra faire balayer et épousseter l'église une fois par semaine, le vendredi (ou un autre jour), à moins que ce jour ne soit un jour de fête; il sera en outre chargé de la faire laver, une fois par trimestre (par mois, par semestre), aux jours à désigner par le bureau (*ou bien :* par M. le curé).

Art. 10. A défaut par le preneur de remplir ses engagements, ou en cas de non payement d'un trimestre dans le mois de son échéance, le bureau pourra, trois jours après un avertissement infructueux, résilier le bail sans formalités judiciaires.

Fait à..... le.....

Les membres du conseil de fabrique,

(Signatures)

2° Le bureau annonce l'adjudication, par trois affiches, placées de huitaine en huitaine, à la porte de l'église, et aux autres endroits affectés à l'affichage.

Ci-joint un modèle d'affiche :

Location des chaises de l'église de.....

Le bureau des marguilliers de l'église de..... porte à la connaissance du public que, le..... 189....., il sera procédé à l'adjudication, par soumissions fermées (1), des chaises de la dite église, pour un terme de....., à prendre cours le.....

Les soumissions devront parvenir à M....., président du bureau, au plus tard le.....

---

(1) L'adjudication doit se faire *par soumission* (art. 67); et nous pensons, contrairement à l'avis de Moulart (*Fabriques d'églises*, 8me édit., p. 583), que les soumissions ne peuvent pas être faites de vive voix. Voir *Revue des fabriques*, 1894, p. 93.

On pourra prendre connaissance du cahier des charges chez M..... président du bureau (*ou* curé de la paroisse).

Par le bureau :

Le secrétaire, *(Signature)* — Le président, *(Signature)*

3° Au jour fixé pour l'adjudication, le bureau se réunit pour ouvrir les soumissions et adjuger la location ; de tout quoi, il sera dressé procès-verbal, comme suit :

Séance du.....

Présents : M.M.....

Vu l'article 67 du décret du 30 Décembre 1809,

Considérant que l'adjudication des chaises de l'église a été régulièrement annoncée par trois affiches apposées, de huitaine en huitaine, les dimanches..... et... 189...,

Le bureau procède à l'ouverture des soumissions déposées ; elles sont au nombre de.....; la plus élevée se monte à la somme de....., et a été déposée par le sieur.....

En conséquence, le sieur..... est déclaré adjudicataire (1). Il sera invité à signer le bail qui sera dressé par le bureau, conformément aux clauses et conditions du cahier des charges.

Lecture faite du présent procès-verbal, il a été approuvé et signé séance tenante.

(Signatures)

4° L'acte de bail est passé entre le bureau et l'adjudicataire.

Cet acte *peut* être reçu par un notaire ; mais cette formalité n'est pas prescrite. Il devra être sur papier timbré et enregistré pour être produit en justice.

Le bail peut être ainsi rédigé :

Entre la fabrique de l'église de..., représentée par M.M...

---

(1) Il est de règle que l'adjudication se fasse au plus offrant (art. 67) ; néanmoins le bureau a le droit d'écarter les offres des personnes qui ne présenteraient pas des garanties suffisantes de moralité et de solvabilité.

Les membres du bureau ne peuvent se porter pour adjudicataires de la location des chaises (art. 61 du décret).

membres du bureau des marguilliers d'une part, et le sieur... d'autre part, est intervenue la convention suivante :

En suite de l'adjudication faite en séance du... le sieur... est déclaré adjudicataire de la location des chaises de l'église, conformément au cahier des charges dressé le....., pour la somme de.....

L'adjudicataire s'engage à observer les clauses et conditions stipulées dans le dit cahier des charges, et notamment à se conformer, pour la perception du prix des chaises au tarif élaboré par le bureau des marguilliers en sa séance du....., et dont expédition sera annexée au présent acte.

Fait en double, à..... le.....

(Signatures des membres du bureau et de l'adjudicataire)

Le décret de 1809 n'exige *aucune approbation* de la Députation permanente ou autre, soit pour la délibération du conseil de fabrique qui arrête le tarif et fixe le mode de location des chaises, soit pour le cahier des charges, le procès-verbal d'adjudication ou l'acte de bail.

C. V. C.

Dom. IV Quadrag.

Prima multiplicatio panum.

Jo. VI, 1-15. Cnf. Matth. XIV, 13-23: Marc. VI, 30-46; Luc. IX, 10-17.

Te dien tijde 1 vertrok Jesus over de zee van Galilea, dat is *het meer* van Tiberias. 2 En eene groote schare volgde hem, omdat zij de teekenen zagen, die hij aan de kranken deed. 3 Jesus ging dan op den berg, en zat aldaar neder met zijne leerlingen. 4 Het Pascha nu, de feest der Joden, was nabij. 5 Jesus dan, zijne oogen opheffende, en ziende dat er eene zeer groote menigte tot hem kwam, zei tot Philippus: Van waar zullen wij brooden koopen, opdat dezen mogen eten? 6 Doch hij zei dit om hem te beproeven: want hij wist zelf wat hij doen zou. 7 Philippus antwoordde hem: Voor twee honderd penningen brood is hunlieden niet genoeg, opdat ieder een weinig krijge. 8 Een van zijne leerlingen, Andreas, de broeder van Simon Petrus, zei tot hem: 9 Er is één jongen hier, die vijf gerstebrooden heeft, en twee visschen; maar wat is dat onder zoo velen? 10 Jesus zei dan: Doet de menschen nederzitten. En er was veel gras op die plaatse. De mannen zaten dan neder, omtrent vijf duizend in getal. 11 Jesus nam dan de brooden, en gedankt hebbende, deelde hij ze uit onder de nederzittenden; desgelijks ook van de visschen, zoo veel zij wilden. 12 En als zij verzadigd waren, zei hij tot zijne leerlingen. Vergadert de overgeschotene brokken, opdat zij niet verloren gaan! 13 Zij vergaderden *ze* dan, en vulden twaalf korven met brokken van de vijf gerstebrooden, die dengenen, die geëten hadden, overgeschoten waren. 14 Die menschen dan, gezien hebbende het teeken, dat Jesus gedaan had,

zeiden: Deze is waarlijk de Profeet, die in de wereld komen moet! 15 Jesus dan, wetende dat zij zouden komen, om hem met geweld te nemen, en hem koning te maken, vluchtte wederom op den berg, hij alleen.

Notationes

A. Secundum Matth. XIV, 15 contigit miraculum hoc in loco deserto, et quidem vespere jam facto, consuetaque hora prandendi præterita: « Vincebat famis necessitatem amor. In hoc tempus distulit Dominus miraculum quod in animo habebat edere, primùm ut discipuli animis essent ad illius considerationem erectis, deinde ne videretur citra necessitatem ad miraculi operationem prosilire, insuper ut turbæ esurientes majori miraculi sensu moverentur, adhæc ut eo illustrius esset miraculum, quo copiosiore cibo opus erat ad sedandam majorem famem, denique ut declararet quam semper habeat in promtu opem, quâ, eorum qui in ipso fiduciam collocant, necessitatibus subveniat ». Luc. Brug.

B. « Omni ex parte miraculum fit manifestum: primò quidem ex eorum saturitate qui epulati fuerant; mox verò ex escarum copia quæ superfuerant; postremo ex eorum multitudine qui ad saturitatem usque manducaverunt ». Luc. Brug. His adde: 1 nonnisi quinque panes et duos pisces Jesu præsto fuisse; 2 Judæos hoc signo adeo commotos fuisse, ut Jesum aperte Messiam proclamarint, Regemque constituere voluerint; 3 hoc solum miraculum a quatuor Evangelistis cum omnibus adjunctis minutim referri.

C. « Majus miraculum est gubernatio totius mundi, quam saturatio quinque millium hominum de quinque panibus. Et tamen hoc nemo miratur: illud mirantur homines, non quia majus est, sed quia rarum est. Quis enim et nunc pascit universum mundum, nisi ille qui de paucis granis segetes creat?... Quinque autem panes,

quibus benedixit Christus, quasi semina erant, non quidem terræ mandata, sed ab eo qui terram fecit multiplicata » St August., *Tract. 24, 1 in Joann.*

D. « Voluit hîc Dominus reipsa confirmare suum illud dictum, *quærite primùm,* etc. sup. Matth. VI, 33. Nam idcirco non negligit eos, qui ipsius causâ sui fuerant obliti, quamquam, non perinde purè, sanitatem magis et signa, quàm Christum sectarentur, Jo. VI, 2. » Luc. Brug. — « Rectè intelligitur Dominus hoc miraculo significare voluisse eis qui sibi adhærent etiam in deserto, hoc est, ubi nullum humanum auxilium adfuerit, nullum necessariorum bonorum defuturum; ac ob id prædicatoribus anxiam sollicitudinem parandi commeatum esse tollendam » Jans. Gand.

E. *Cum gratias egisset:* « Docens adhæc non priùs mensam esse attingendam, quam Deo gratias egerimus pro cibis datis, (meretur enim gratitudo beneficiorum accumulationem) ejusque benedictionem cælitus traxerimus » Luc. Brug.

F. *Colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant:* « Præcepit hoc Jesus, tum ad miraculi commendationem, quò eorum qui interfuerant sensibus tenaciùs infixum hæreret, tum quod nolit Dominus aliquid bonorum suorum inutiliter perire... Docemur hîc, ne reliquias bonorum quibus pasti sumus, suum more perdamus. Admonemur et frugalitatis: neque enim major Dei largitas, luxuriæ irritamentum esse debet » Luc. Brug.

G. *Impleverunt duodecim cophinos fragmentorum:* « In quam fragmentorum multitudinem augeri voluit Dominus exilem commeatum quinque panum et duorum piscium, tum ut et hoc argumento procuraret certitudinem et admirationem miraculi, tum ut doceret non oportere parcam esse in pauperes beneficentiam, et Dei benignitatem largam esse in sibi fidentes, eamque largiter multiplicaturam bona ejus qui in pauperes est beneficus, secundum illud Pauli : *Qui administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstabit, et multiplicabit*

semen vestrum, et augebit incrementa frugum justitiæ vestræ, II Cor. IX, 10 » Jans. Gand. Vide II Cor. IX, 5-11 ; Ps. CXI, 9. — « Vides beneficentiæ exitum prosperrimum. Apostoli enim, qui Domino in communem usum quinque panes ac pisciculos duos impenderant, hos summa liberalitate compensatos recipiunt » Luc Brug. — « Tropologice : Christus hic suo facto docet panes et opes, tam corporales quam spirituales, in eleomosynam datos non minui, sed multiplicari, imo centuplicari et milleplicari. Sic S. Joannes ob liberalitatem cognominatus Eleemosynarius, Patriarcha Alexandrinus, dicebat se quotidiana experientia discere, quod quo plus daret pauperibus, eo plus a Deo reciperet ; unde aiebat : « Videbo, Domine, quis citius deficiat, an tu mihi dando, an ego egenis distribuendo ». Ita Leontius in ejus Vita » a Lapide.

H. *Et facerent eum regem :* « Levissimi beneficii est, alere corpus : majus est sanare : maximum, sacra doctrina animum pascere. Pro doctrina proque sanatis morbis, nemo regnum obtulit Jesu : pro cibo offerre ardent : ejusmodi est crassum vulgi ingenium. Exspectabant Messiam, Prophetam et Regem, ejusmodi, qui mundanum regnum sibi vendicaturus, qui prosperrime acturus, et totum sibi orbem subacturus esset, Prophetarum vaticiniis perperam intellectis. Persuasi itaque hunc esse Messiam illum promissum et exspectatum, cogitant beatos se fore, si primi omnium ipsum sibi in Regem tollant, adducti spe assequendi primos in regno honores, persuasi felicissime omnia atque ex animi sententia successura, annonæ denique copiam, corporis bonam valetudinem, cæteraque omnia vitæ necessaria, sibi polliciti, ut qui facile omnia et abundè suppeditare posset. Ita quod habent de Christo notitiæ conceptum, mox in alienum finem perperam convertunt carnales hominés, terrena sola sapientes, quæ autem vere Christi sunt, et quorum gratia Christus in hunc mundum venit, fastidientes » Luc. Brug.

I. *Fugit iterum in montem ipse solus:* « Verum Dominus quoniam jamdudum à Patre rex erat constitutus, ac natus erat rex Judæorum, ab omnibus non debebat rex fieri aut ordinari, nec adhuc tempus erat ut à populo pro rege coleretur, maximè quod regnum Messiæ isti somniarent regnum esse terrenum et corporale, quale fuit regnum Davidis. Ideoque ut turbarum temerarium, insipiens et seditiosum factum impediret, et regni sui manifestationem suo tempori reservaret, Dominus dimissis discipulis primùm, ac deinde etiam turbâ, abiit in montem secedens è turba, hoc suo secessu docens popularem laudem non esse pastoribus affectandam, sed fugiendam. Non secessit autem Dominus ut inerti vacaret otio, sed ut orationi intentus esset, cui et tempus et locum convenientem delegit pro suo more, nimirum extra turbam, in monte, et in nocte orans, ac docens prædicatorem à prædicatione et externo ministerio ad orationem debere confugere, eaque se ab externis occupationibus in Deo colligere ac munire contra inanis laudis affectationem, et Deo commendare profectum prædicati verbi Dei in auditoribus » Jans. Gand.

Conclusio

1. Animadvertamus hanc multiplicationem panum fuisse præparationem ad promissionem panis Eucharistici. Cnf. Jo. VI, 26-59.

2. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Jo. VI, 54.

3. *Qui manducat, et bibit indigne, judicium sibi manducat, et bibit: non dijudicans corpus Domini.* I Cor. XI, 29. Etenim ***mors est malis.***

4. Contra: *Qui* digne *manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: et ego resuscitabo eum in novissimo die.* Namque: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.* Jo. VI, 55, 57. Igitur ***vita bonis.***

5. Ut autem digne manducemus carnem Christi, ejusque sanguinem bibamus, imprimis necesse est ut *credamus in ipsum* (Jo. VI, 27, 29, 47, 65), atque *nosmetipsos probemus* (I Cor. XI, 28).

6. Dicamus igitur cum Judæis: *Domine, semper da nobis panem hunc.* Jo. VI, 34. Verùm *panem vitæ* semper quam dignissime suscipiamus, præmissis nimirum ferventissimis actibus fidei, spei, charitatis, perfectæque contritionis et humilitatis, ac sequentibus haud minus fervidis actibus adorationis, gratitudinis, oblationis, boni propositi atque petitionis. Hoc pacto fiet ut, quemadmodum olim Elias, *ambulemus in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, et quadraginta noctibus*, id est per totum tempus vitæ nostræ mortalis, *usque ad montem Dei Horeb*, seu usque ad cœlestem patriam nostram. III Reg. XIX, 8.

G. V. D. P.

Dissertationes

I

Refellitur theoria D. Ermoni circa authentiam Pentateuchi

(*Sequitur*. Cf. *suprà*, p. 34.)

—

III

Observandum est christianæ traditionis osores « Rationalistas universim quidem in neganda Moysi auctoritate convenire, in ceteris vero mire dissentire. Etenim lis est inter eos de numero et antiquitate documentorum, de numero auctorum, de tempore scriptionis... Ex his discordiis jam ostenditur debilitas argumentorum, quibus Rationalistæ suum systema stabilire conantur : alioquin enim non tanta incertitudine laborarent » Lamy, *Introd. spec., de Pent.* n. 19. Videlicet discordia Rationalistarum hucusque habita fuit tamquam signum indubium debilitatis atque falsitatis causæ ipsorum. Audiamus **gravissima S. P. Leonis XIII verba, in encycl.** *Providentissimus Deus :* « Illud ipsum quod extollunt genus *criticæ sublimioris*, eo demum recidet, ut suum quisque studium præjudicatamque opinionem interpretando sectentur : inde neque Scripturis quæsitum lumen accedet, neque ulla doctrinæ oritura utilitas est, sed *certa illa patebit erroris nota, quæ est varietas et dissimilitudo sentiendi, ut jam ipsi sunt documento hujusce novæ principes disciplinæ* ».

Attamen, licet periculosum sit sapere contra sapientes Catholicos omnes, censet D. Ermoni discordiam adversariorum nostrorum ipsorummet causæ favere. « Lorsqu'on consulte sur ce point (sur le rôle d'Esdras), ait

p. 892, *les chefs du rationalisme,* on les trouve *profondément divisés; ils ne s'entendent pas entre eux. C'est une note en leur faveur:* car cela prouve que le terrain sur lequel on marche est très-délicat et que l'un, sentant la faiblesse de l'opinion de l'autre, éprouve le besoin de la corriger ».

Ad hæc egregiè Palis, l. c. p. 533: « M. Ermoni reconnait que « les chefs du rationalisme sont profondément divisés et ne s'entendent pas entre eux ». Il serait naturel et logique de voir dans ce désaccord entre les ouvriers de la Babel rationaliste une attestation indirecte mais précieuse de la vérité de la tradition. M. Ermoni pense, au contraire, que « c'est une bonne note en leur faveur... corriger ». Sans m'arrêter aux réflexions que suggère ce curieux morceau au point de vue de la littérature comme à celui de la critique, je demande seulement si l'on peut trouver un effet plus évident de la fascination dont je parlais: *divisions profondes entre les chefs et faiblesse des arguments reconnue de tous sauf du seul intéressé, c'est-à-dire deux signes manifestes d'erreur chez nos adversaires, ce sont les deux titres qui leur valent une bonne note de la part de l'un des nôtres* ».

IV

Quamvis ratio clamet in quæstione de authentia et integritate alicujus libri *primariò* utendum esse argumentis *extrinsecis*, secundarie verò tantùm rationibus intrinsecis, tamen D. Ermoni in quæstione de Pentateuchi origine, posthabitis argumentis externis, fere unice nititur argumentis internis. Quæ methodus quam præpostera ac perniciosa sit, exponit idem R. Pontifex, in encycl. *Provid. Deus:* « Perperam, inquit, et cum religionis damno inductum est artificium, nomine honestatum *criticæ sublimioris*, quo, *ex solis internis*, uti loquuntur, *rationibus*, cujuspiam libri origo, integritas, auctoritas dijudicata emergant. Contra perspicuum est, *in quæstionibus rei historicæ, cujusmodi origo et conservatio librorum, historiæ testimonia valere præ ceteris*, eaque esse quam studiosissime et conquirenda et excutienda: illas vero *rationes internas plerumque non esse tanti, ut in causam, nisi ad quamdam confirmationem, possint advocari.*

Secus si fiat, magna profecto consequentur incommoda. Nam *hostibus religionis plus confidentiæ futurum est ut sacrorum authenticitatem Librorum impetant et discerpant:* illud ipsum quod extollunt genus criticæ sublimioris... (vide sub III).. principes disciplinæ: inde etiam, quia plerique infecti sunt vanæ philosophiæ et rationalismi placitis, ideo prophetias, miracula, cetera quæcumque naturæ ordinem superent, ex Sacris Libris dimovere non verebuntur ».

Sane inficiatur nemo hanc esse solemnem criticorum catholicorum methodum ut, ad adstruendam Pentateuchi authenticitatem, primo loco adhibeant argumenta extrinseca; deinde, ad confirmationem, adducant etiam rationes internas, atque objecta diluant: contrà, internis tantum aut potissimum uti rationibus, easque ceu validiores adversus mosaïcam Pentateuchi originem urgere, ad hoc usque tempus acatholicorum tantum ac Rationalistarum pessima fuit occupatio.

V

Quamvis D. Ermoni argumentis internis ultra modum delectetur, animumque præferat ab omni studio partium prorsus alienum (1), nihilo tamen minus argumenta interna ab auctoribus catholicis ad confirmandam Pentateuchi unitatem atque mosaïcam originem afferri solita, utut egregia et Rationalistarum commentis longe magis persuasoria, nedum urgeat, omnia fere alto ac parum æquo silentio premit.

Contra, Rationalistarum labores, scientiam, argumenta adeo extollit, Catholicorum vero studia ac responsa adeo deprimit, ut illos quidem Pentateuchi authenticitatem fortiter impugnasse, hos vero debiliter propugnasse proclamet atque amarè deploret, nec multùm absit quominus criticæ scientiæ monopolium

(1) P. 674 « Mon étude, ait, est avant tout un travail de critique où je m'applique à peser le pour et le contre *avec la plus extrême impartialité.* »

novellis fidei christianæ adversariis adjudicet. Sic v. g. p. 468: « Observons en dernier lieu, ait, que jusqu'ici, dans le camp des défenseurs du Pentateuque, on n'a pas démontré avec assez de force son authenticité. On a glissé un peu trop vite sur cet important sujet. Fort de l'argument traditionnel, on est quasi allé jusqu'à se désintéresser du reste. Dans bon nombre de cas, on semble avoir tourné le dos à certaines difficultés. C'est là une négligence que pour ma part je déplore amèrement. Faut-il attribuer cela à un manque de préparation dans de fortes études? Faut-il en chercher la raison dans une espèce de répugnance instinctive pour la critique? Il est possible que ces deux causes n'aient pas été sans exercer une fâcheuse influence sur la valeur de la thèse de l'autorité du Pentateuque. — Quoi qu'il en soit, il n'est nullement téméraire de supposer que cette *faiblesse dans la défense* a donné plus de force à l'attaque, et que les objections du rationalisme n'en sont devenues, par ce contraste, que plus impressionnantes ». — Necnon p. 896: « Tenons nous en garde si nous ne voulons pas à bref délai être mis hors la loi par la critique rationaliste. Ne nous laissons pas trop devancer dans l'œuvre scientifique qui s'accomplit aujourd'hui autour du Pentateuque... ».

Equidem fatemur Pentateuchi authenticitatem summâ vi armorum impugnatam fuisse, non tamen ita ut vel unum vulnus letale acceperit, cum, ut supra vidimus, nec ipse D. Ermoni diffiteatur merito dubitari posse utrum adversus eam vel unum argumentum peremptorium hucusque allatum fuerit. Pariter concedimus non omnia et singula Catholicorum responsa talia fuisse ut omnium suffragium obtinuerint, aut etiam promeruerint, aut ut interdum meliora proferri non potuerint: at vero generatim Pentateuchi oppugnationem ceu præclaram admirari, defensionem vero ceu debiliorem traducere, non solum intempestivum ac periculosum est (utpote natum tum scriptorum catholicorum auctoritatem scientificam apud suos minuere, infirmosque in fide inquietare, tum jam nimiam Adversariorum superbiam, insolentiam, confidentiamque fovere atque augere), verum etiam iniquum atque calumniosum.

Ad rem R. P. Brücker, l. c. p. 121 : « Dans une série d'articles... M. l'abbé V. Ermoni a donné un travail considérable, mais qui a dû étonner et même troubler plus d'un de ses lecteurs catholiques. Il commence par se plaindre de l'insuffisance des arguments apportés jusqu'ici par les défenseurs de la tradition judéo-chrétienne sur l'origine mosaïque du Pentateuque. S'est-il assez rendu compte par lui-même de tout ce qui a déja été fait pour cette cause, même en France? Les publications de MM. Vigouroux, Martin, Trochon, de l'abbé de Broglie, du cardinal Meignan et d'autres, auxquels on me permettra d'ajouter nos *Etudes,* sont là pour prouver que les objections de la critique dissolvante *ont reçu l'attention qu'elles méritaient et les réponses qu'il fallait.* Il est vrai que ces réponses ont encore besoin d'être plus généralement connues; car les témérités des Reuss, des Kuenen, des Wellhausen, affinées et vulgarisées par Renan, ne sont plus de ces erreurs que le bon sens natif ou du moins la légèreté de l'esprit français empêchent de se répandre chez nous dans le grand public. Un sérieux examen des assertions de la « nouvelle critique », pouvait donc être entrepris utilement par M. Ermoni, même après tant d'autres. »

Similiter R. A. D. Palis, l. c. p. 531 : « Cette tradition d'ailleurs, on pourrait dire cette croyance, reçue de tout temps dans l'Eglise, a été contrôlée par la science des plus grands maîtres. En expliquant à leurs disciples le contenu du Pentateuque, ils l'ont toujours défendu comme l'œuvre de Moïsé, sauf à varier leur mode de démonstration et de défense selon la diversité des époques et des attaques. *De nos jours, les apologistes chrétiens repoussent avec le même succès les assauts nouveaux livrés à la Bible; pas une objection sérieuse qui reste sans réponse suffisante; ils mettent en évidence l'inanité et les contradictions des preuves intrinsèques, si fréquemment et si audacieusement employées par les rationalistes, et ils leur opposent, outre l'argument de la tradition, des preuves intrinsèques autrement convaincantes que les leurs pour établir l'unité de composition et la mosaïcité du Pentateuque.* On en peut voir un exemple dans *Les Livres saints et la critique* de M. Vigouroux, 4e édit., t. III, p. 17-130. Quel contraste entre cette lumière abondante et douce, qui fait si bien ressortir la vérité des écrits inspirés et l'harmonieuse unité

de ces cinq livres, et les interprétations arbitraires, forcées, incohérentes du rationalisme qui en violentant ou contredisant le sens naturel du texte, inquiètent la raison presqu'autant que la foi du lecteur ! C'est ainsi que l'apologétique continue à maintenir et montre, à notre époque, sous un aspect nouveau, l'accord perpétuel de la science avec les croyances traditionnelles. »

His plane consona habet Leo XIII, in ead. encycl. *Provid. Deus :* « Neque, ex illa demum ætate, desiderata est nostrorum sollertia : quum clari subinde viri de iisdem studiis bene sint meriti, sacrasque Litteras contra *rationalismi* commenta ex philologia et finitimis disciplinis detorta, simili argumentorum genere *vindicarint.*

Hæc omnia qui probe ut oportet considerent, dabunt profecto, Ecclesiam, nec ullo unquam providentiæ modo defuisse, quo divinæ Scripturæ fontes in filios suos salutariter derivaret, atque illud præsidium, in quo divinitus ad ejusdem tutelam decusque locata est, retinuisse perpetuo omnique studiorum ope exornasse, ut nullis externorum hominum incitamentis eguerit, egeat.

... At vero id nimium dedecet, ut quis, egregiis operibus, quæ nostri abunde reliquerunt, ignoratis aut despectis, heterodoxorum libros præoptet, ab eisque cum præsenti sanæ doctrinæ periculo et non raro cum detrimento fidei, explicationem locorum quærat, in quibus catholici ingenia et labores suos jamdudum optimeque collocarint. Licet enim heterodoxorum studiis, prudenter adhibitis, juvari interdum possit interpres catholicus, meminerit tamen, ex crebris quoque veterum documentis, incorruptum sacrarum Litterarum sensum extra Ecclesiam neutiquam reperiri, neque ab eis tradi posse, qui, veræ fidei expertes, Scripturæ non medullam attingunt, sed corticem rodunt. ...

Providendum igitur, ut ad studia biblica convenienter instructi munitique aggrediantur juvenes ; ne justam frustrentur spem, neu, quod deterius est, erroris dis-

crimen incaute subeant, Rationalistarum capti fallaciis apparatæque specie eruditionis. »

(Sequetur) G. V. D. P.

De missa bis de die celebranda ab eodem sacerdote

SEU

DE BINATIONE

(*Sequitur*. Cf. *suprà* p. 43.)

—

ART. II. *De Binatione ob rationem necessitatis.*

Ut dictum est, juxta disciplinam ab Innocentio III statutam, excepto die Nativitatis Dominicæ, non licet bis de die celebrare, *nisi necessitas suadeat*. Jam inquirendum est *qualis necessitas* binationem legitimare possit et *sub quibusnam conditionibus* ob necessitatis causam liceat sacrum iterare.

6. I. *Necessitatis qualitatem* quod attinet olim non parum inter Doctores fuit disputatum circa casus plures in quibus nonnulli binationem licere opinabantur, quos expendit Bened. XIV *De sacrif. missæ,* lib. III, cap. V, n. 3, quales sunt: si iter facientes, aut hospites, aut etiam Princeps vel Episcopus secus die festo missam audire non possent; vel si nuptiæ in alium diem differri nequeant, aut si sepeliendus sit mortuus, nec adsit sacerdos alius quàm qui missam modò celebravit. De istis omnibus casibus aperte pronuntiat Pontifex illos non inducere necessitatem sufficientem ad legitimandam missæ iterationem; addit autem: « Quod vero attinet ad *casum quo moribundus viaticum petit*, neque sacramenti copia est, nec sacerdos ullus potest sacramentum conficere nisi qui jam missam celebravit, si quis rem

bene consideret, facile intelliget non esse verisimile posse id usuvenire; nam aut sacerdos, qui de moribundo viaticum petente certior fit, jam sacramentum sumpsit et ablutionem et tunc non potest amplius secundam celebrare missam quòd non sit jejunus... aut de eo certior fit antequam Eucharistiam perceperit et tunc non est opus secundam celebrare missam, sed satis est particulam abruptam ex hostia servare et ad infirmum deferre. Itaque *ut revera necessarium sit alteram missam celebrare, oportet notitiam ad sacerdotem pervenire inter pauca illa temporis momenta, quæ inter communionem et ablutionem interponuntur;* quod satis est ut intelligamus casum fere esse impossibilem ». Cum tamen casus non sit metaphysicus, si forte contingat, missa iterari posset: quod Bened. non negat et AA. generatim admittunt. Seposito autem hoc casu vix practico, juxta communem hodie sententiam et præsertim ob Bened. XIV const. *Declarasti,* cit. dicendum est:

Necessitatem pro missæ licita iteratione a jure requisitam tunc adesse quando secus populus vel magna ejus pars die dominica vel festiva de præcepto sacro interesse non posset.

Dicitur 1°: *quando populus vel magna ejus pars...* Necessitas igitur sumitur ex parte *populi*, minime vero ex parte celebrantis. Cf. *Instructio S. C. Fidei propagandæ* 24 Maii 1870 (apud *Acta sanctæ Sedis* t. VI p. 545 sqq.) et Bened. XIV const. *Apostolicum ministerium* 30 Maii 1753, § 11. — « Pariter interdicta est Missæ iteratio in eorum commodum, qui vellent præcepto audiendi missam satisfacere in suis privatis capellis. Enarraverat anno 1842 Vicarius Apostolicus Limburgensis consuetudinem in suo Vicariatu inolitam permittendi missæ iterationem in castris magnatorum; quum autem non putaret, his in adjunctis eam necessitatem esse, quæ a Formulis exigitur, petiit tum ratione consuetudinis, tum moralis utilitatis quæ inde proveniebat, ut sibi auctoritas fieret id permittendi. At S. Congregatio Inquisitionis judicavit, *juxta exposita non*

expedire. Quumque subjunxisset Vicarius Apostolicus, nonnullos sacerdotes ex præhabita facultate ab ejus Prædecessore iterationem missæ prosequi, suprema S. Congregatio decrevit, *facultatem esse revocandam, quatenus Vicarius Apostolicus prudenter fieri posse existimet* ». Instr. cit. n. 6.

Bened. XIV (const. *Declarasti Nobis*) magis determinans causam licitæ binationis imprimis pronuntiat juxta unanimem Theologorum sententiam posse permitti missæ iterationem sacerdoti « qui duas parochias obti-
« neat vel duos populos adeo sejunctos ut alter ipsorum
« parocho celebranti per dies festos adesse nullo modo
« possit ob locorum maximam distantiam » ; — dein alterum recenset casum, nimirum : « quando una tantum
« sit ecclesia in qua missa celebratur et ad quam insi-
« mul universus populus convenire non potest. Hi
« quippe duo casus, ait, eodem jure censendi sunt ».

Si autem quæratur quantus esse debeat numerus fidelium qui missa privarentur ut hujus iteratio valeat concedi, respondet S. C. de prop. Fide : « Circa
« hujusmodi dubium, quemadmodum circa ea quæ
« distantiam respiciunt, S. Congregatio in more habuit
« resolvenda hæc esse prudenti Ordinariorum Missio-
« num arbitrio, a quibus facultas pendet ; ipsi enim in
« locis in quibus sunt, recte æstimare possunt concur-
« rentes circumstantias in singulis casibus ». Instr. cit. n. 14 sqq., ubi plura hujusmodi responsa referuntur. — Simile responsum dederat Præfectus S. C. C. die 14 Octobris 1843 Archiepiscopo Cameracensi, Card. Giraud : « De adjunctis Amplitudinis tuæ precibus
« cum ad SS^mum^ Dominum Nostrum relatum fuerit,
« placuit eidem Sanctitati suæ eadem et tibi dare
« responsa quæ ad alios quoque Antistites, per hanc
« Sacram Congregationem Concilii transmissa sunt.
« Ordinariorum scilicet esse de re cognoscere et
« perpendere, num revera necessitas urgeat ut sacerdos
« duas missas celebrare cogatur, nec aliter utendum

« concessa hac iteratione quàm jùxta conditiones ab « ipsis apponendas, habita locorum, pópulorum et « paucitatis sacerdotum, ac proinde veræ necessitatis « ratione de qua legatur Bened. XIV constitutio « *Declarasti* ad Episcopum Oscensem anni 1746 et in « ejus opere *De Sacrificio Missæ*, lib. III cap. V. « Ipsorum vero conscientia oneratur stricte, nec per- « missio concedatur generaliter, quasi privilegium « alicui sacerdoti, sed ob peculiares casus, et necessi- « tatis causa ab ipso (Ordinario) examinata. » (Apud Lucidi *De Visit. SS. Liminum*, editio tertia, t. III, p. 375.) — Ad hanc resolutionem remisit eadem S. C. C. die 22 Febr. 1862 (*Acta S. Sedis*, t. I, p. 9. — Cfr. infra n. 14. — « Hinc, ait Gasparri (1), passim videmus episcopos, scientia canonica et pietate præstantes, deficiente alio sacerdote, permittere Missæ iterationem, ne sanctimoniales, præsertim cum clausura, aut carcere inclusi, aut infirmi vel convalescentes in hospitali, vel juvenes in collegio etc. Missa careant ».

7. Dicitur 2° *Die dominica vel festiva de præcepto*. Hic quæri posset utrum non liceret uti facultate binandi diebus festis olim de præcepto nunc autem suppressis quoad missam audiendi obligationem.

Aperte negat laudata Instructio S. C. de P. F. n. 5: « Non potest iterari missa diebus festis suppressis « quibus populus missam audire non tenetur quemad- « modum monuit S. C. anno 1837 his verbis: *Re « mature perpensa ex ipsius formulæ verbis clare patuit « non posse facultates ad abrogatas festivitates extendi. « Cum enim in memorata formula declaretur facultatem « valere si necessitas urgeat, sequitur ex eo unice titulo « quod dies illi festi olim fuerint non posse missam bis ab « eodem sacerdote celebrari* ». — Ceterum ex supra dictis quisquis facile concludet iis diebus non posse verificari conditionem necessitatis a S. sede ad licitam missæ

(1) *Tract. can. de SSma Eucharistia* t. I, n. 388.

iterationem requisitam. Patet igitur requiri facultatem *specialem* a sede Apostolica obtentam ut Episcopi permittere valeant binationem diebus festis abrogatis: quinimo simile indultum haud facile obtinetur; nam cum Episcopus Namurcensis exposuisset S. C. congregationi a fidelibus suæ diœcesis dies per decretum Cardinalis Caprara 9 Aprilis 1802 abrogatos uti festos observari, peteretque ut sibi concederetur facultas permittendi iterationem Sacrificii illis sacerdotibus quibus pro die dominico vel festo de præcepto hanc ille licentiam dare consueverat, die 11 Sept. 1841 retulit responsum: *Non expedire* (apud *Nouv. rev. théol.* t. XI, p. 23.) — Nihilominus postea indulgentiorem se præbuit S. C. C. eamdem facultatem die 17 Sept. 1859, concedens Episcopo Argentinen., pro die primo anni in festo Circumcisionis, *pro gratia ad quinquennium;* atque eadem congr. die 24 Aug. 1874 hoc idem ob speciales rationes et similiter *pro gratia ad quinquennium* concessit Archiep. Turonensi et Episcopo Lingonensi pro pluribus festis et aliquibus aliis diebus. (Acta S. Sedis t. XII p. 232 sqq.)

8. Dicitur 3° *Sacro interesse non posset.* Nimirum interdicta est sacerdoti Missæ iteratio *quotiescumque alter haberi potest sacerdos* quo satisfiat populi necessitati, uti expresse docet Bened. XIV in cit. const. *Declarasti;* cf. laudata Instr. S. C. P. F. n. 9 et AA. passim. « Igitur, ait Feije, facultate binandi uti non licet, si alius sacerdos sive locum inhabitans sive casu ibi degens possit haberi. Hunc autem opinamur in conscientia teneri ad deferendum parochi petitioni; jus tamen habet exigendi stipendium: si autem, hoc licet oblato, renuat, indubitanter affirmamus negari ei posse Missæ eo die in ecclesia de qua agitur celebrationem ». Diss. autogr. *de binatione*, n. 9.

9. Illa igitur est necessitas ob quam de jure possit binatio permitti, nec aliud motivum, citra indultum Apostolicum, uti validum admittitur: nec facilem se

præbet S. C. C. ad acquiescendum hujusmodi postulatis. Ita Archipresbyter in civitate Aptensi diœcesis Avenionensis in Gallia supplicem libellum obtulerat sequentia exponens: « duas esse in sua parœcia congregationes erectas pro masculis et feminis, quæ a fel. rec. Bened. XIV privilegium obtinuerunt lucrandi semel in mense indulgentiam plenariam, cum in suis capellis ad Sacram synaxim convenerint. Cum ob inopiam sacerdotum, nullus sit qui in præsentiarum Sacrum facere valeat prædictis congregationibus, facultatem petiit binandi bis saltem in mense addens hanc facultatem, illa ex causa sæpe fuisse ab Archiepiscopis Avenionensibus concessam ». — Hanc postulationem commendaverat Archiep. Avenion. exponens: « timendum esse, si gratia non conceditur, ne dictæ congregationes magnum patiantur detrimentum et paululum evanescant, quod valde lugendum esset ». — Postulatum rejecit S. C. C. et die 22 Apr. 1882 respondit: « *Negative et ad mentem. Mens est ut Archiepiscopus referat, an quoad alios duos vel tres sacerdotes, qui Missam iterant, speciale Apostolicum privilegium habeant* ». (apud Nouv. rev. Theol. t. XIV, p. 126 sqq.)

10. Incassum quoque hac in re provocaretur ad consuetudinem alicubi vigentem in contrarium, cum hæc a sede Apostolica aperte ut corruptela rejiciatur, prouti constat ex variis Congregationum Romanarum resolutionibus et vel imprimis const. Bened. XIV *Declarasti* sæpius cit. § *Parochi postremo;* ubi etiam negat consuetudinem hujusmodi *immemorialem* posse fundare titulum præsumptum obtenti privilegii, cum hæc præsumptio tantum valeat « *de illis privilegiis, quæ impetrari potuissent a Sede Apostolica, si quis postulasset, non vero de iis quæ, cum postulantur, negari omnino consueverunt; ne præsumptio plus habeat roboris et momenti quam veritas* ».

« Inde est quod S. Congregatio, quum cognoverit aliquo in loco inolevisse consuetudinem iterandi Missam sine necessitate, non omisit ejusmodi reprobare consue-

tudinem tanquam abusum, zelum Episcoporum excitans ad eam eliminandam ». Instr. S. C. de P. F. cit., n. 7.

(Sequetur) H. V. D. B.

Jurisprudence administrative

Fabrique d'église — legs — condition illégale

—

Une personne avait par testament disposée notamment comme suit :

1. « Je donne à la fabrique de l'église de Saint-Martin, à Duffel, une somme de 1.400 francs, à condition de faire chanter annuellement et à perpétuité quatre anniversaires...

2. « Je donne à la même fabrique d'église de Saint-Martin, à Duffel, une somme de 4.800 francs, pour faire chanter une messe en l'honneur du Sacré-Cœur de Jésus *dans la chapelle de N. D. de Bon-Vouloir*, à Duffel, le premier dimanche de chaque mois à perpétuité ;

3 . . . . . .

4 . . . . . .

5 . . . . . .

« Dans le cas où il y aurait opposition contre ces stipulations, expression de ma volonté, ou si certaines dispositions n'étaient pas approuvées, je révoque l'article y relatif et j'attribue le legs à mon légataire universel ».

Un arrêté royal en date du 24 Novembre 1897 (*Moniteur*, p. 5101) refuse à la fabrique de l'église de Saint-Martin, à Duffel, l'autorisation d'accepter le legs repris sous le n° 2, par les motifs suivants :

« Considérant que la chapelle désignée ci-dessus sous le n° 2, est un *oratoire non reconnu :* que, dès lors, la disposition d'après laquelle les messes prescrites doivent être célébrées dans la dite chapelle devrait être

réputée non écrite, par application de l'article 900 du Code civil ;

« Considérant, d'autre part, que la testatrice a expressément subordonné les libéralités susvisées à la condition qu'aucune modification ne soit apportée aux dispositions qui les accompagnent ; que, dès lors, la libéralité visée sous le n° 2, ne pouvant être approuvée dans sa teneur, il n'y a pas lieu d'en autoriser l'acceptation ;

« Vu les articles 900, 910 et 937 du Code civil... »

Observations. 1° L'arrêté royal précité décide que la disposition d'après laquelle les messes prescrites sous le n° 2 doivent être célébrées dans la chapelle de N. D. de Bon-Vouloir, devrait être réputée non écrite, conformément à l'art. 900 c.c., *parce que la dite chapelle est un oratoire non reconnu.* (1)

Cette décision ne nous semble pas fondée ; en effet, il n'y a, dans l'espèce, qu'un seul établissement institué, c'est la fabrique de l'église de Saint-Martin, à Duffel. C'est la fabrique qui est appelée à recueillir le legs et à acquitter les charges pieuses dont il est grevé. La disposition ordonnant que les services soient célébrés dans la chapelle de N. D. de Bon-Vouloir n'est qu'une simple clause, une modalité de la fondation. Or, cette clause ne paraît contraire à aucune loi. Il n'existe aucun texte prescrivant que les charges religieuses d'une fondation soient acquittés dans les seules églises reconnues ; et l'ensemble de la législation n'apposc pas non plus cette entrave à la liberté du fondateur. D'après la législation canonique et civile, l'Evêque est constitué l'interprète né des intentions du fondateur, et chargé de veiller à ce que toutes les fondations soient bien et fidèlement exécutées : « Le curé ou desservant se conformera aux règlements de l'Evêque pour tout ce

(1) Comp. Orban, *Droit administratif notarial*, p. 420 ; *Revue communale*, T. X, p. 93.

qui concerne... l'acquittement des charges pieuses imposées par les bienfaiteurs » (art. 29 du décret du 30 déc. 1809). Le seul devoir, comme aussi le seul droit des marguilliers, consiste à s'assurer que l'exonération a été réellement faite (art. 26 du décret). Or ce contrôle peut s'exercer alors même que les services fondés sont exonérés dans une église dépourvue d'existence civile; il suffit pour cela que le prêtre qui exonère la fondation en donne décharge au curé de l'église instituée, et que celui-ci en rende compte, à la fin de chaque trimestre, au bureau des marguilliers, conformément à l'art. 26.

2° D'après l'enseignement de certains jurisconsultes (1) et la jurisprudence de la Cour de Cassation (2), l'article 900 du Code civil aux termes duquel « *dans toute disposition entre-vifs ou testamentaire, les conditions impossibles, celles qui seront contraires aux lois ou aux mœurs, seront réputées non écrites* », établit une règle générale et absolue, s'appliquant indistinctement à tous les cas ou une condition ou clause illicite est apposée au legs; c'est une disposition d'ordre public qui n'autorise aucune distinction ni aucun tempérament qui auraient pour effet d'en faire céder l'application devant des convenances privées. « Lors donc que le testateur, après avoir subordonné un legs à une condition illicite, manifeste expressément l'intention de révoquer le legs dans le cas où la condition ne serait pas exécutée, il entreprend ouvertement sur la puissance publique, et la clause révocatoire est nulle aussi bien que la condition illicite dont elle est le complément ». Giron, *l. c.* La nullité dont est entachée la condition apposée au

(1) Voir, p. ex., Laurent, *Principes de droit civil*, T. XI, n° 225; Lentz, *Des dons et legs en faveur des établissements publics*, T. I, n° 74, et T. II, n°s 1 ss., 20, 336; Giron, *Droit administratif*, n° 856, et *Dictionnaire*, T. I, p. 424 ss.

(2) Arrêt du 26 Février 1874 (*Pasier.*, I, 82). La Cour de Cassation de France s'est prononcée dans le même sens. Dalloz, *Périodique*, 1884, I, p. 156 ss.

legs, atteint également la clause additionnelle qui prononce la révocation du legs pour le cas où la condition ne s'exécuterait pas.

Cette théorie est contraire à la doctrine traditionnelle, défendue par les meilleurs auteurs, et aux principes du droit naturel et positif, tant ecclésiastique que civil; elle méconnaît la volonté du disposant qui est la cause, l'essence de l'acte juridique et, sous prétexte d'interpréter cette volonté, elle l'anéantit pour lui substituer la prétendue volonté du législateur. Nous admetterions qu'en cas d'incertitude sur la volonté du disposant de maintenir soit la disposition, soit la condition, la disposition soit maintenue. « Il y a présomption légale que telle est l'intention du testateur. On comprend que cette présomption ne puisse être combattue par des éléments étrangers à la disposition, par des présomptions de fait ou des preuves quelconques extrinsèques au testament. Le testament est, en effet, la source unique où il faut rechercher l'expression de la volonté du disposant; il est présumé la contenir toute entière et la loi veut que la disposition qui en est l'élément principal soit maintenue alors même qu'une condition, qui n'est qu'un élément accessoire, ne pourrait être admise. Mais si le disposant manifeste une volonté contraire, la loi ne peut pas ordonner que ce que le disposant n'a pas voulu soit considéré comme étant sa volonté. Maintenir la disposition sans la condition serait en ce cas fouler aux pieds la liberté de disposer. Ainsi entendu, l'article 900 se concilie à la fois avec cette liberté et avec les nécessités de l'ordre public ». Orban, *Droit administratif notarial*, n° 461. Voir dans le même sens Démolombe, *Cours de droit Napoléon*, édit. fr^se^, T. XVIII, n° 208; Larombière, *Théorie des obligations*, art. 1172-1173, n° 13; Arntz, *Cours de droit civil*, T. II, n° 1713; Maurice Vauthier, *Revue de l'administration*, 1895, p. 297. Comp. *Le Mémorial belge*, an. 1870, p. 789 ss., et an. 1876, p. 711 ss.;

Het Vlaamsch Bestuur, II, bl. 237; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, nº 402. (1)

La jurisprudence administrative en vigueur est conforme à cette doctrine. Le Gouvernement refuse l'autorisation d'accepter des libéralités portant des clauses entachées de nullité, lorsque le disposant a formellement subordonné les dites libéralités à la condition qu'aucune modification n'y serait apportée. Voir, p. ex., outre l'arrêté royal rapporté ci-dessus, les arrêtés du 16 Octobre 1884 *(Rev. de l'adm.*, 1884, p. 546*)*, du 12 Décembre 1885 *(Rev. de l'adm.*, 1886, p. 67*)*, etc.

Conclusion pratique.

L'application de l'article 900 expose au danger de méconnaitre les intentions du disposant. Elle efface, en effet, de la donation ou du testament des clauses que le disposant a peut-être considérées comme essentielles. En ce qui concerne les *donations*, cet inconvénient est aisé à éviter : lorsqu'une donation est grevée d'une condition contraire aux lois, l'Administration en avertit le donateur ; et si celui ne consent pas à modifier la clause irrégulière, il n'est pas donné suite à la libéralité. Ce point est de jurisprudence constante.

Quant aux *legs*, le disposant doit, s'il veut que sa volonté soit entièrement respectée, stipuler en termes exprès qu'il entend subordonner l'efficacité de la libéralité à l'accomplissement de la condition qu'il y a mise, et qu'il révoque toute disposition si la clause qu'il y a attachée n'est pas approuvée.

C. V. C.

---

(1) Nous laissons entière la question de savoir quelle est, au for de la conscience, relativement aux héritiers, légataires ou exécuteurs testamentaires, la valeur des dispositions réputées non écrites par la loi ou la jurisprudence civile, principalement en ce qui concerne les causes pies. Cfr Ill. Waffelaert, *De jure et justitia* T. I, nº 471 ss., nº 545 ss., nº 592 ss.

Fabriques d'église

Séance légale du mois de Mars

Les conseils de fabrique doivent se réunir le premier dimanche du mois de Mars, à l'effet de vérifier et d'arrêter le compte annuel, que le trésorier est tenu de leur présenter à cette séance. Art. 5 de la loi du 4 Mars 1870.

Nous recommandons instamment aux administrations fabriciennes de ne pas perdre de vue les diverses observations et instructions que nous avons données, à la même occasion, les années précédentes. Voir les *Collationes*, T. I, p. 81 et T. II, p. 90.

Le compte de la fabrique doit être transmis par le conseil avant le 10 Avril, en quadruple expédition, avec toutes les pièces justificatives, au conseil communal, qui en délibère dans sa plus prochaine séance. Art. 6 de la loi du 4 Mars 1870.

E Sacra Congregatione Rituum

Non innovetur circa Decreta respicientia cultum exhibendum Reliquiis Passionis D. N. J. C.

Rmus P. Commissarius Generalis Fratrum Minorum Observantium de Provincia Calabriæ Sacræ Rituum Congr. ea quæ sequuntur humillime exposuit, nimirum: — In Conventu Fratrum Minorum Franciscalium de Observantia prope Petiliam Policastrum ac de Provincia Calabriæ, abhinc tribus sæculis una colitur Spina Coronæ D. N. J. C. sanguine conspersa et quondam a Rmo Archiepiscopo S. Severinæ, in cujus diœcesi situm est oppidum, juridice recognita et approbata. Hæc autem S. Reliquia cum exponitur fidelium venerationi, super tabernaculum collocari solet in quo SSmum Sacramentum asservatur, et ante ipsam

transeuntes utrumque flectunt genu; et ipsi Sacerdotes ante eam expositam celebrantes omnia peragunt, quæ ante SSmum Sacramentum expositum fieri solent. Idem vero Rmus P. Commissarius Generalis sua canonica visitatione hæc omnia nonnisi SSmæ Eucharistiæ ratus convenire ex ecclesiastica institutione, jussit ab his abstineri et omnia peragi ad tramitem Decretorum Sacræ Rituum Congregationis. Quod ægre ferentibus quibusdam, ut efficacius, in casu, omnis abusus eliminetur, et debitus honor sacræ Spinæ D. N. J. C. tribuatur, prædictus Orator ab eadem Sacra Congregatione enixe postulavit:

I. Utrum præfati usus approbari, vel saltem tolerari possint?

II. Et quatenus negative, quis sit legitimus cultus eidem S. Spinæ tribuendus?

Et Sacra ipsa Congregatio, referente subscripto Secretario, attentis expositis, utrique postulato rescribendum censuit: « Stetur Decretis, præsertim decreto in *Tridentina* d. d. 12. Martii 1836, aliisque respicientibus cultum exhibendum ac præscriptum pro Reliquiis vivificæ Crucis aliorumque instrumentorum Passionis Dominicæ ».

Atque ita rescripsit. Die 17 Septembris 1897.

L. M. Card. PAROCCHI

D. Panici, *Secret.*

Adnotatio. Decretum 12 Martii 1836, quod superius citatur, sequentis est tenoris: « Quum juxta decretum S. R. C. pridie kalendas Aprilis 1821 eliminanda sit consuetudo apponendi Sanctorum Reliquias, pictasque imagines super tabernaculo, in quo SS. Eucharistiæ Sacramentum asservatur, adeo ut ipsum tabernaculum inserviat pro basi, quæritur an hoc decretum valeat etiam pro Reliquiis SS. Crucis vel alterius Instrumenti Passionis publicæ venerationi expositi ». Sacra autem Congregatio respondendum censuit: *Affirmative atque ita servandum esse mandavit.* Jamvero responsa data in hoc altero decreto citato anni 1821 fuerunt approbata et confirmata a SS. Domino Pio VII, qui « ut cunctis pateant, decretum generale desuper expediri typisque

evulgari mandavit die 3 Aprilis 1821 » et inter illa responsa habetur : « Assertam consuetudinem *(superimponendi Sanctorum Reliquias, pictasque imagines tabernaculo in quo SS. Sacramentum asservatur) tanquam abusum* eliminandam omnino esse ». Hoc autem per decreta 12 Martii 1836 et per præsens 17 Sept. 1897 declaratur valere etiam pro Reliquiis SS. Crucis et aliorum Instrumentorum Passionis. — Quoad reverentias debitas vide De Herdt tom. II, nº 199.

H. V. D. W.

Ex S. Congregat. Indulgentiarum

I

DECRETUM URBIS ET ORBIS

De erectione et aggregatione Piarum Unionum seu Societatum, etc.

Cum hisce temporibus pœne innumeræ exortæ sint in Ecclesia piæ Uniones seu Societates, quæ etsi quandoque Confraternitatum nomine decorentur, nihilominus inter veras et proprie dictas Confraternitates minime sint recensendæ; merito dubitatum est, an leges, quæ a Constitutione Clementis VIII, quæ incipit : « *Quæcumque* », pro Confraternitatibus et Congregationibus jussæ sunt, novis istis piis Unionibus seu Societatibus forent applicandæ. Quæstio insuper mota est pro nonnullis Confraternitatibus ad Regulares Ordines pertinentibus, quoad consensum Ordinariorum, cum illæ in Ecclesiis eorumdem Regularium Ordinum erigantur. Quare huic Sacræ Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ sequentia dubia dirimenda sunt exhibita :

I. — *An Piæ Uniones seu Societates, quæ sub Confraternitatum et Congregationum nomine minime veniunt, comprehendantur sub sanctionibus Constitutionis Clementis VIII, quæ incipit* « Quæcumque »?

II. — *An ad erectionem Confraternitatum, puta Sanctissimæ*

Trinitatis, Sanctissimi Rosarii, B. M. V. de Monte Carmelo, vel a Virgine Perdolente, aliarumve hujusmodi, quæ a Religiosis Ordinibus in suis respectivis Ecclesiis eriguntur, necessarius sit Ordinarii consensus?

Et Emi Patres in Vaticanis Ædibus in generali Congregatione coadunati sub die 5 Augusti 1897 ad proposita dubia responderunt:

Ad I^um^: Affirmative, *quoad erectionem seu institutionem, quoad approbationem statutorum, quoad aggregationem et quoad publicationem Indulgentiarum.*

Ad II^um^: *Si agatur de Confraternitatibus proprie dictis, id est ad modum organici corporis et cum* sacco *constitutis,* Affirmative: *si de Confraternitatibus late acceptis, satis provisum per consensum præstitum ab Ordinario pro erectione Conventus Ordinis in Diœcesi.*

De quibus omnibus facta SSmo Dno Nostro Leoni Pp. XIII relatione, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Præfecto die 25 Augusti 1897, Sanctitas Sua resolutiones Emorum Patrum approbavit.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. C. die 25 Augusti 1897.

Fr. HIERONYMUS MARIA Card. GOTTI, *Præfectus.*

L. S.

† A. Archiepisc. Antinoen., *Secretarius.*

II

DECRETUM URBIS ET ORBIS

Adscriptiones Defunctorum Confraternitatibus, Piis Unionibus, Piisque Operibus, non sustinentur

Cum, post editum Decretum a S. R. et U. Inquisitione sub die 6 Decembris 1876, (1) nec non resolutionem S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ d. d. 14 Augusti 1889 (2), Moderatores piarum Unionum et piorum

(1) Cf. ap. Mocchegiani a Monsano. *Collectio Indulgentiarum* n. 1798.

(2) *Ibid.* n. 1799: « An fideles qui ex hac vita migrarunt alicui Sodalitati adscribi valeant ad effectum ut ipsi suffragiis potiantur, quibus post obitum gaudent ceteri fideles, qui adhuc viventes alicui Sodalitati nomen dederunt? » « Negative, juxta decreta a Suprema Universali Inquisitione edita sub die 6 Decembris 1876. »

Operum perexerint defunctos hisce piis Unionibus piisque Operibus ad cribere, ab hac S. Congregatione Indulgentiarum exquisitum est:

An, stante Decreto S. R. et U. Inquisitionis diei 6 Decembris 1876 et Resolutione hujus C. Congregationis sub die 14 Augusti 1889, valuerit valeant adcriptiones defunctorum piis Unionibus piisque Operibus?

Et Emi Patres in generalibus Comitiis ad Vaticanum habitis sub die 5 Augusti 1897, rescribendum duxerunt:

Negative.

In Audientia vero habita ab infrascripto Cardinali Praefecto, die 25 Augusti 1897, SSmus Dnus Noster Leo Pp. XIII Emorum Patrum resolutionem confirmavit.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 25 Augusti 1897.

Fr. HIERONYMUS MARIA Card. GOTTI, *Præf.*

L. ✠ S.

† A. Archiepisc. Antinoen., *Secret.*

Consultationes

I

In delatione corporis defuncti e domo ad ecclesiam quibusnam paramentis utuntur celebrans et assistentes clerici?

Resp. Rituale (*Exequiarum ordo,* nº 1) habet: « Parochus indutus *superpelliceo* et *stola nigra*, vel etiam *pluviali* ejusdem coloris, clerico praeferente crucem, et alio aquam benedictam, ad domum defuncti una cum aliis procedit... Ordinatur processio... sequitur clerus regularis et sæcularis per ordinem etc. »

Clare ergo indicatur quibus paramentis Parochus seu celebrans indui debeat, scilicet superpelliceo et stola nigra; quibus superimponi potest etiam pluviale

nigrum (1). S. R. C. proposito dubio « utrum parochus *(in elatione corporis)* induere possit albam loco superpellicei, ut mos est, si immediate post officium mortuorum, quod ipse parochus facit, missam sit celebraturus », respondit in *Briocen.* 21 Julii 1855 : *Negative.*

Quoad assistentes, Rituale loquitur de clericis, qui parochum vel celebrantem comitantur et in his functionibus censentur induti superpelliceis, sed nulla fit mentio Diaconi et Subdiaconi paratorum. Sacra autem Congreg. Rituum interrogata, an in sepultura defunctorum, dum cadaver e sua domo defertur ad ecclesiam, possit *sustineri consuetudo*, ut ministri sacri superimponant dalmaticam et tunicellam soli cottæ vel superpelliceo; vel cogendi sint ministri sacri, ut simul cum dalmatica et tunicella induant amictum, albam et cingulum, respondit 23 maii 1846 *in Tuden.*: « Servandam dispositionem Ritualis Romani, quod in casu excludit sacras vestes ibi non memoratas ». Insuper dubio proposito ab Episcopo Montispessulano : « Utrum in ipsis exequiis defunctorum *extra missam peractis* adhiberi possint Diaconus et Subdiaconus sacris indumentis parati », die 6 febr. 1857 rescribendum censuit : *Negative.* Ex quibus concludendum, in exequiis Diaconum et Subdiaconum paratos juxta Rituale et decreta non admitti, nisi in missa necnon in Absolutione ac Sepultura si missam sequuntur. (Cfr. De Herdt tom. III, n° 242 ; Ill. Vanderstappen *de admin. Sacr.* q. 253).

H. V. D. W.

II

Quæritur utrum in exequiis, postquam corpus defuncti introductum est in ecclesiam, relinquenda sit crux processionalis ad feretrum?

Resp. Sacra Congregatio Rituum interrogata : « Utrum servanda sit *antiquissima consuetudo* collocandi crucem

(1) Hoc autem retineri vel assumi potest ad canendum officium defunctorum, juxta decr. *in Briocen.* 12 Aug. 1854.

ad caput feretri vel tumuli, dum cantatur missa et perdurat officium emortuale, » rescribendum censuit: « *Serventur* rubricæ ». *(Decr. in Urgellen. 30 dec. 1881).*

Jamvero quid præscribunt rubricæ? Rituale Tit. VI, Cap. III *Exequiarum Ordo,* nº 1 dicit: « ordinatur Processio (ad domum defuncti)... binique procedunt *prælata cruce* ». Et ad n. 7: « Finita missa... Subdiaconus *accipit crucem et accedit ad feretrum* et se sistit ad caput defuncti cum cruce ». Cap. autem V, *de officio faciendo in exequiis absente corpore defuncti,* idem ordinatur: « Post missam celebrans... *præcedentibus Subdiacono cum cruce* et clero... accedit cum Diacono a sinistris ad locum tumuli et cantatur *Libera me Domine etc* ». Missale *Ritus celebrandi missam* tit. XIII, nº 4 ita disponit: « Finita missa... Subdiaconus medius inter duos acolythos cum candelabris accensis *defert crucem* sicut in processionibus,.. sequitur celebrans.. Subdiaconus cum cruce sistit se ad pedes tumuli seu lecticæ mortuorum contra altare (supponitur corpus absens)... Celebrans... dicto per cantores *Requiescat in pace,.. præcedente cruce* redit ad sacristiam ». Ex illis rubricis, quas S. Congr. servandas rescripsit, sequitur crucem præferendam esse a clerico in delatione corporis ad ecclesiam, et post missam pro absolutione eam deferri a Subdiacono ab altari ad tumulum seu feretrum et a tumulo vel sepulcro ad sacristiam; consequenter eam non esse relinquendam vel collocandam prope feretrum vel tumulum tempore officii et missæ. Hæc est doctrina auctorum (Vide De Herdt, tom. III, nº 247; Martinucci lib. III, cap. XI, nº 8 et libro IV, cap. VIII, nº 11) quam jam proponit Cavalieri, tom. III, *decr. 240 ad 5:* « Sunt qui ad tumulum crucem statuunt, dum divina peraguntur officia, sed quam aberret usus iste a recto tramite, dilucide demonstrat rubrica, quæ ad tumulum crucem deferri mandat, quando ad illum pro absolutione pergitur ». (Cfr. etiam Cavalieri *decr. 173 ad 5*).

H. V. D. W.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra tom. III, pag. 65.)

Scholion de scientia fidei.

104. Jam de scientia fidei, quæ est ipsa theologia proprie dicta seu supernaturalis, de qua nonnulla in proœmio diximus, quædam utiliter addimus ita ut, explicata natura fidei, etiam scientiæ fidei propria natura ac indoles, necnon utilitas, præstantia atque necessitas intelligatur, eo vel magis quod tota hæc nostra tractatio ad fidei scientiam pertineat.

Merito quidem hæc scientia fidei vocatur: nam et a fide distinguitur, vel hoc solo quod scientia est, et tamen principia alia non habet quam fidei principia, quibus tota innititur, ita quidem ut, præcisione facta ab hujusmodi principiis, nulla a theologo tradi possit doctrina seu tractatio vere theologica, abjectis vero iisdem principiis, neque subjective verus theologus neque objective de re quacumque revelata propria theologiæ veritas sed merum duntaxat theologiæ simulacrum habeatur.

Hinc colligitur manifestum discrimen inter duplicem habitum duplicemque assensum, fidei alterum, et alterum quem theologicum vocant. Habitus principiorum theologiæ est fides; habitus conclusionum, quatenus specifice seu in propria specie theologicæ sunt, est proprie theologicus; principia assensu fidei, conclusiones theologicæ, ut tales, assensu theologico tenentur, adeoque et alia certitudo inest assensui ac habitui theologicis, alia assensui ac habitui fidei, hanc quidem

absolutam ac summam supra explicavimus, alteram vero statim postea intelligemus.

Ut jam theologiæ habitus et porro scientia theologica seu fidei propius definiantur, distincta tum ratione certitudinis a ratione ordinis ad quem aliqua veritas pertinet, tum ratione principiorum quibus theologiæ habitus innititur a ratione mediorum quæ adhibet, organi instrumentique, quo in suo explendo munere utitur, intelligitur habitus theologiæ esse generice unus itemque supernaturalis, a Deo infusus, licet idem mediis quoque ac instrumento utatur ordinis naturalis, ratiociniis nempe ac veritatibus ordinis naturalis, rationeque naturali, et circa vera conclusionesque versetur, quæ certitudinis plane diversæ existunt; intelligitur idem habitus ab habitu fidei intime dependens eique nexus, eoque pertinens ut, tum assensus debitus præbeatur veritati cum fide nexæ, quæ tamen fide divina credi nequit, tum fidei cognitio ac intelligentia, ut par est, comparetur perfectior, hinc revelata fidei doctrina pro tota vi atque amplitudine, quo fieri possit, accuratius explicetur, stabiliatur firmius et contra suos aggressores validius defendatur, uno verbo, ut etiam scientia theologiæ acquiratur. Ex quibus colliges, secundum communem Providentiæ ordinem, ejusmodi habitum ac theologiam, quoad rei substantiam, non quidem omnibus ac singulis Christi fidelibus esse necessariam, attamen omnibus utilem, et in Ecclesia Dei semper non modo utilem esse sed etiam necessariam.

Quod porro certitudinem veritatemque attinet, quæ theologicis conclusionibus inest, discrimen fiat inter rationem ac vim quæ in eas refunditur ex materia, et eam quæ ex forma institutæ expositionis sive discursus. Ex argumenti formâ possunt esse veræ vel falsæ, idque constare potest evidenter, ita ut sint certæ, vel minus evidenter ac probabiliter tantum. Quoties autem argumenti forma logice recta non est, et objective falsæ sunt conclusiones, habitus theologicus non operatur,

sed merus error est rationis. Considerata vero materia, secundum varios certitudinis gradus, quos habent præmissæ, conclusiones itidem aut immediate et in se revelatæ sunt, aut non. Sunt revelatæ, si instituta explicatio rationalis non fuerit nisi declaratio ipsius verbi divini, id est, ejus quod formaliter et in se, sive expresse, sive virtualiter, revelatum est; et tunc hujusmodi conclusiones aut fide divina eaque catholica credendæ sunt, quum scilicet ab authentico Ecclesiæ magisterio, sive ordinario sic docentis Ecclesiæ, sive extraordinario definientis solemniter Pontificis vel Concilii generalis, ad credendum sunt propositæ, aut sin minus, ab illo proponi possunt, intereaque sunt non modo credibiles, sed etiam pro explorata de iis certitudine credendæ fide divina, licet non catholica. Quodsi conclusiones theologicæ non sint revelatæ, fide quidem divina credi non possunt, sed, quum sint, pro natura præmissarum, cum divina revelatione propinquius vel remotius connexæ, ideo pro gradu hujusmodi vinculi, theologica pollent veritate, et ob eamdem connexionem authentico fidei magisterio subjiciuntur, adeoque pro ea qualitate eoque gradu sive veritatis ac certitudinis, sive censurarum quas theologicas vocant, sunt tenendæ aut rejiciendæ, pro qua qualitate ac gradu per infallibile Ecclesiæ magisterium probantur vel rejiciuntur. Unde, præter alia, liquet catholicam veritatem et doctrinam Ecclesiæ infallibilem latius patere quam semet fides divina atque catholica porrigit. Ex his item intelliges habitum supernaturalem theologiæ, licet non omnibus ac singulis necessarium, esse tamen necessarium ac a Deo infundi cuicumque fideli in ordine ad assensum theologicum, statim ac veritas proprie theologica tamquam ab Ecclesia proposita ipsi innotescit.

105. Præterea habitum theologiæ eo pertinere diximus ut acquiratur scientia theologiæ, quam asserimus esse fidei scientiam. Revera, ex usu loquendi christiano scientia est dicenda, et merito quidem dicitur: spectata

enim objective, quatenus unum quoddam veritatum corpus constituit, talem systematis perfectionem præ se fert, quæ propriam scientiæ formam ac speciem habeat; spectata subjective, quoad rationes functionesque quibus excolenda est ac perficienda, nullæ in ipsa veræ scientiæ partes desiderantur. Quodsi relative consideretur ac comparate ad alias scientias, apparet, communem quidem, eamque ab Aristotele acceptam definitionem scientiæ in illam non plene convenire, hoc tamen non esse ab insita ipsi imperfectione, sed potius ab eminenti ejusdem perfectione. Apparet porro, defectum evidentiæ veritatis quoad ejus principia, per horum certitudinem evidentiamque credibilitatis abunde suppleri; quinimo theologiam tam sui habitus excellentia ac singulari suæ certitudinis firmitatisque prærogativa, quam sui objecti supernaturali præstantia, nobilitate atque amplitudine, reliquas superare humanas scientias omnes, adeo ut manifesto ostendatur theologiam sic esse propriæ rationis propriique ordinis scientiam, ut sit reliquarum scientiarum princeps atque regina, licet ad futuram suam beatamque perfectionem adspiret. Quæ quidem præstantia in procemio latius, nominatim ex S. Bonaventura, exposita fuit (1).

106. Sicut supra, cap. I, naturam cognitionis humanæ in ordine naturæ exposuimus, ita in hoc cap. II plures species explicavimus cognitionis supernaturalis, quæ cum cognitione mere rationali generatim simul stat vel imo eam prærequirit. Et primo quidem egimus de cognitione prophetica in illo qui immediate percipit Deum loquentem, deinde latius de fide divina, quæ quidem distinctæ sunt cognitiones, non vero se invicem excludunt, ut ex earum notione patet: nihil enim impedit prophetam credere Deo revelanti, cum revelatio, quantumvis evidens, præter ipsam Dei visionem, fidem non evacuet. Et reapse nobis dubium non est Apostolos,

(1) De his vid. *Theses* P. Schrader, ex quibus hæc pleraque hausimus

prophetico spiritu afflatos, simul tamen credidisse, non tantum mysteria, sed et veritates rationi non impervias tamquam divina auctoritate firmatas (1). Præterea addidimus habitum theologicum infusum, quo assensus præbetur veritati theologicæ, non credibili fide divina, cum fide connexæ ; necnon theologiam seu scientiam fidei acquisitam, quæ, positis fide et habitu theologico, ab iis acquiritur qui credunt ac ratiocinantur ut intelligant. Perspicuum autem est fidem, quamvis non includat habitum theologiæ et scientiam fidei, eadem tamen non excludere, imo vicissim scientiam theologicam habitum theologiæ prærequirere, et utraque prærequirere fidem. Tandem adverte scientiam fidei, quæ acquiritur nec per se aliter haberi potest, per accidens infundi supernaturaliter posse a Deo, quæ scientia theologica infusa vocatur. Hæc habitum theologiæ complectitur, et fidem prærequirit, nec, ex integro saltem, evacuat ; hujusmodi scientiam infusam non excludit cognitio prophetica, quæ proin habitum theologiæ non excludit, nec etiam necessario scientiam theologiæ acquisitam.

Denique scientiæ theologicæ, sive acquisitæ, sive infusæ, perfectio, sicut et fidei consummatio, est beata Dei visio, quæ fidem, habitum theologiæ, omnemque scientiam theologicam evacuat.

(Continuabitur.)

(1) Vid. supra hujus tom. III, pag. 7-9, n. 90 et seq. An vero Apostoli etiam fide tenuerint veritates a priori demonstrabiles, ipsisque qua tales evidentes sive ratione sive infusa scientia, quæstio est quam, sicut supra, ita et nunc relinquimus disputationi.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Aprilis

I

Compone I Paralip. III, 5 « *In Jerusalem nati sunt ei* (Davidi) *filii Simmaa, et Sobab, et Nathan, et Salomon,* QUATUOR DE BETHSABEE *filia Ammiel* » cum Prov. IV, 3 « *Nam et ego filius fui patris mei, tenellus, et* UNIGENITUS CORAM MATRE MEA ».

II

Quid tenendum de duratione pœnarum purgatorii et de intensitate earum comparata ad pœnas hujus terræ?

III

Summatim expone conditiones in omni martyrio, sive adultorum sive parvulorum, requisitas; easdem illustrando exemplis ex Breviario desumptis.

IV

Summatim expone conditiones proprias martyrio adultorum.

V

Breviter declara privilegia seu peculiares effectus martyrii.

VI

La déchéance de la fabrique d'église en vertu de l'article 15 de la loi du 4 Mars 1870, entraîne-t-elle déchéance pour le curé du droit au logement ou de l'indemnité qui en tient lieu? Justifiez brièvement votre réponse.

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Januarii propositas

—

I

Q. Expone *ad Philip.* I, 28-30 : « *Et in nullo terreamini ab adversariis : quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, et hoc a Deo : quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini : idem certamen habentes, quale et vidistis in me, et nunc audistis de me* ».

R. *Et in nullo,* in nulla re, ob nullam rem *terreamini* terreri (seu consternari, πτυρομενοι) vos patiamini *ab adversariis*, a Judæis aut Gentilibus Christianæ religioni infensis.

Quæ, ἥτις, quippe quæ. « Relativum ἥτις logice quidem referendum est ad oppugnationem sive vexationem aut insectationem, quæ ex præcedenti illo *in nullo terreamini ab adversariis* intelligitur, grammatice autem pertinet ad sequens ενδειξις (Vulg. *causa*) » Beelen. — *Est illis causa,* ενδειξις, ostensio, indicium, argumentum (pro *ostensio* Interpres vertit *causa*, quia causa ostendit suum effectum, producendo et exhibendo ipsum) *perditionis,* futuri interitùs, damnationis æternæ, *vobis autem salutis* æternæ aliquando obtinendæ. Sensus est : Quòd vobis adversantur, quod vos persequuntur propter fidem Evangelii, id indicium est æternæ perditionis ipsorum, et vestræ salutis.

Aliter Van Steenkiste : Non terreri ab hostibus, indicium est victoriæ de iis referendæ ; seu intrepiditas vestra argumentum erit, adversarios vestros in prælio cessuros et perituros, vos autem salvos futuros esse et victores.

Et hoc, sc. quòd patimini persecutionem pro Christo,

et sic vestram operamini salutem, *à Deo* est, Deo acceptum referendum est. Nota « pati pro Christo esse singulare Dei donum, non tantum eatenus, quatenus Deus objicit homini occasionem, sicuti fidei, ita et martyrii similiumque afflictionum pro fide et Christo tolerandarum, sed etiam hoc ipsum pati pro Christo est donum Dei, quia Deus patienti affectum, desiderium et fortitudinem patiendi pro Christo aspirat » a Lapide.

Quia vobis donatum est... patiamini = nam ex gratuito Dei dono vobis obtigit, non tantum ut credatis in Christum, verum etiam ut ejus causa patiamini.

« Itaque docet, adversa illa tolerare atque ita sibimet causam salutis ponere, id ideo *à Deo esse*, quia *donum* Dei est, i. e. quia non fit nisi divinæ ejus gratiæ auxilio » Beelen.

« Difficultatem movet *τὸ pro Christo;* non enim cohæret sequenti, *ut in eum credatis;* nec enim credimus in Christum pro Christo... Dico esse hyperbaton; cum enim vellet Apostolus tantum dicere: *Vobis donatum est pro Christo pati*, subiit mentem ejus, quod etiam donatum esset eis in Christum credere, illudque inseruit, ac mox ad id quod primo intenderat redit, subdens: *Sed etiam ut pro illo patiamini* » a Lapide.

« Manifeste contra Pelagium ostendit hic locus, fidem, qua in Christum creditur, et patientiam, qua pro Christo tolerantur adversa, Dei dona esse » Estius.

Idem certamen habentes, quippe qui cum adversariis fidei simile certamen habetis. « Hæc pars confirmat quod præcesserat: *vobis donatum est pro Christo pati*. Quod dicit *idem certamen*, intellige *simile*, *tale*, ob similitudinem causæ; nam sequitur *quale* (οἷον). Ceterum *certamen* vocat hic, per analogiam, ipsam illam malorum ab adversariis illatorum tolerantiam; quæ scilicet sine certamine non erat, quum vexati quasi *certarent*, ne quando per impatientiam fracti, hostibus suis veluti victas darent manus. Eratque illud certamen simul etiam *certamen* quoddam pro fide *objective* sumpta, h. e.

pro Religione Christiana, eoque sensu accipi velim, quod supra (v. 27) dixit Apostolus: συναθλουντες τῇ πιστει του ευαγγελιου » Beelen.

Quale et vidistis in me, quale et olim me habere vidistis (Cf. Act. Ap. XVI, 16-25; I Thess. II, 2), *et nunc audistis* (ακουετε, *auditis*) *de me* (εν εμοι, *in me*), et nunc auditis me iterum subire. « Certamen Pauli, quod *nunc audire* hic dicuntur Philippenses, carcerem intelligas, in quem Romæ hoc tempore erat conjectus. De quo certamine Apostolus dicere poterat, *nunc audiri* illud a Philippensibus, quia, quamquam jam antea (Cf. v. 12. sqq.) sparsa erat inter ipsos ejus rei notitia, necdum tamen de eâdem re audire desinebant. Et verò in ipsa hac epistola (v. 7. 13) Paulus ea de re cum Philippensibus suis quasi *præsens erat locutus;* et qui eam epistolam attulerat Epaphroditus, illius certaminis veluti testis ocularis, non paucas ejusdem retulerit circumstantias, quas Philippenses adhuc ignorarent. Itaque dici potest Tempus præsens ακουετε hic includere Præteritum, uti fit sicubi sermo est de statu aut actu continuo » Beelen.

G. V. D. P.

II

Q. *Demonstra ex S. Scriptura pœnas damnatorum esse æternas, et expone quomodo pœnarum æternitas non repugnet bonitati Dei.*

R. I. S. Scriptura testatur Christum Dominum aperte docuisse æterna reservari tormenta damnatis dæmonibus et hominibus. Etenim legimus in Evangelio Matthæi XXV, 41. « Tunc dicet et his qui a sinistro sunt: discedite a me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo et angelis ejus ». Affirmat igitur Christus æternum esse supplicii instrumentum, nec ulla ratio est cur vox *æternum* hic non sumatur sensu proprio, designante durationem sine fine. Præterea v. 46 legitur: « et ibunt hi in supplicium æternum,

justi autem in vitam æternam » « quibus verbis æternitas pœnarum evidenter adstruitur. Nam ne quis fortasse dicat ignem æternum solum esse paratum diabolo et angelis et homines reprobos juberi discedere in ignem qui sit æternus pro diabolo et angelis ejus, non autem inde sequi eum esse æternum quoque pro hominibus, nunc verba illa sine ulla dubitatione ita explicantur ut reprobi dicantur ire in supplicium æternum, sicuti justi in vitam æternam, ergo in supplicium quod eodem modo æternum est et æternum dicitur quo vita beatorum est æterna et nulla unquam duratione finienda ». (Knabenbauer, *Commentarius in Evangelium secundum Matthæum*).

II. Bonitas Dei relativa seu benignitas Dei est constans ejus voluntas communicandi felicitatem suis creaturis; eademque dicitur misericordia quatenus tendit ad opitulandum creaturarum miseriæ eamque depellandam. Hoc igitur propositum est ut quantum fieri potest explicetur quomodo summa Dei benignitas et misericordia non incompossibilis sit cum inflictione *æternæ* pœnæ.

Pœna a judice inflicta dupliciter considerari potest: vel ut denuntiata seu comminata vel ut actu illata. Et siquidem sumatur ut comminata sic semper medicinalis est utpote habens pro fine ut homo retrahatur a peccato; et sub hoc respectu bonitati certe pœna non officit quippe quæ ordinatur ut medium in hominis bonum et felicitatem ex servato ordine manantia. Si autem sumatur pœna ut actu illata sic non semper est medicinalis *iis qui eam subeunt* sed esse potest pure in vindictam violationis ordinis justitiæ. Et tales sunt pœnæ quæ inferuntur post mortem; specialis ergo datur ratio quærendi quomodo *æternæ* pœnæ actu damnatis illatæ in vindictam violationis ordinis justitiæ, nullam in Deo quasi crudelitatem arguant et summæ benignitatis ac misericordiæ conceptui non contradicant. Fundamentum solutionis præbent nobis hæc S. Thomæ

verba « Deus quantum in se est miseretur omnium. Sed ejus misericordia sapientiæ ordine regulatur » (S. Th. Suppl. q. 99. a. 2). Sapientiæ enim est cognoscere et etiam dirigere omnia secundum ultimas rerum rationes, et si sapientiæ ordini aliquid conforme est hoc eo ipso bonitati non repugnet necesse est: quia ipsa bonitas a sapientia regulari debet: ita optimi patris bonitas non minuitur si *sapienter* filium castigat. Conemur ergo elucidare quomodo in æternis pœnis infligendis misericordia Dei sapientiæ ordine reguletur.

1. Æterna pœna damni et sensus infligitur homini quem mors arripuit in statu peccati mortalis versantem h. e. in statu aversionis a Deo fine ultimo. Sed si propter hanc deordinationem pœna infligitur, quamdiu manet illa deordinatio a statu justitiæ, tamdiu reordinatio per pœnam duret necesse est; atqui deordinatio illa est sempiterna. Ergo et pœna sempiterna erit. Ut intelligatur illa necessaria voluntatis obfirmatio attendendum est quid sit adhærere alicui bono tamquam ultimo fini. Etenim amor quo aliquid amatur ut summum diligibile semper est *per se* definitivus et irrevocabilis eo quod amor summi diligibilis revocari non potest per aliquod amatum magis. Et ideo illa per peccatum mortale aversio a Deo fine ultimo et conversio ad creaturam tamquam ad finem ultimum est *per se* irreparabilis. *Per accidens* tamen contingit ut voluntas quædam mobilis sit quoad ultimum finem et ita a statu aversionis a Deo ultimo fine sese convertere possit ad Deum tamquam ad ultimum finem. Et hæc mobilitas habetur ratione conjunctionis ipsius intellectus et voluntatis cum corpore eis deserviente ad proprias operationes; ex mobilitate enim corporis præsertim phantasiæ et appetitus sensibilis movetur et dispositio animæ fitque ut recedat ab eo in quo prius fixa permanebat et vice versa. At puri spiritus nequaquam retrahi possunt a fine ultimo quem primo amplexi sunt, nec animæ humanæ ab eo cui vel actualiter vel habitualiter in-

hærebant *in instanti separationis*, dicente Damasceno: « Hoc est hominibus mors quod angelis casus ». (Cfr. S. Thom., l. 4 c. Gent. c. 95 et P. Billot, *De Natura et ratione peccati personalis*. Thes. VII). Ergo ex ipsa natura peccati mortalis et humanæ voluntatis sequitur quod homo in statu lethalis peccati moriens ne per accidens quidem iterum sese ad Deum convertere valeat, et summa illa deordinatio qua voluntas malo fini ultimo adhæret immobilis in æternum remanet, et huic connaturaliter æterna debetur pœna.

2. Porro Deus sapientissimus rationem agendi ipsi naturali rerum conditioni accommodans, quamdiu liberum hominis arbitrium remanet naturaliter flexibile a malo ad bonum, misericorditer illud movet per gratias actuales ad conversionem, et quanta sit Dei erga peccatorem misericordia ipse Deus sæpe declaravit et præsertim quando parabolam de filio prodigo et de ove deperdita ennarravit; sed quando liberum arbitrium naturaliter amplius non est mutabile ab uno fine in alium finem, sicuti est post separationem voluntatis a corpore, tunc absolute subtrahitur motio gratiæ.

Ergo perpetua obstinatio est ratio æternæ pœnæ et obstinatio ista a Deo non procedit qui neminem a se avertit. Quapropter infinitam Dei sapientiam et misericordiam confitentes dicamus « omnia in mensura et numero et pondere disposuisti ». (Sap. XI, 21).

J. V. D. M.

III

Q. *Da definitionem juramenti et expende singula hujus definitionis verba.*

R. Jurare est invocare seu appellare Deum alicujus rei testem; unde recte definitur juramentum: *testimonii divini invocatio.*

I. Dicitur *testimonii* divini invocatio. Ubi nempe deficit humana ratio, quia de factis contingentibus

agitur; ubi insuper deficit humanum testimonium, quia labilis est hominis veracitas et cognitio: testis invocatur Deus, ipsa Veritas, ad confirmandam alicujus facti assertionem, aut rei præstandæ propositum vel promissionem. Jurans quidem non postulat absolute ut Deus hic et nunc sensibiliter testetur veritatem, sed quando et quomodo Ipse voluerit, saltem *quando illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium*, 1 Cor. IV, 5. Attamen hæc invocatio inservit ad statim faciendam fidem inter homines, quia non facile censetur quis adeo perversus ut Deum testem falsitatis faciat seque ipse divinæ objiciat vindictæ. Unde differt juramentum a) ab *oratione*, etiam illa qua petimus ut Deus veritatem patefaciat aut fidem audientium nobis conciliet; b) ab *allegatione verbi Dei scripti* in confirmationem alicujus doctrinæ; c) a simplici *interpositione omniscientiæ aut omnipræsentiæ divinæ*: ideo per se juramentum non erit dicere: « coram Deo loquor; Deus scit me vera loqui » etc.; aliud tamen erit si talia non enuntiative sed invocative proferuntur, ut locutus est Apostolus, ad Gal. I, 20: *ecce coram Deo quia non mentior*; d) a *comparatione* veritatis assertæ cum veritate evidenti aut etiam veritate Fidei. Huc spectant locutiones satis consuetæ nostratibus: « 't is Evangelie; 't is zoo waar als dat er een God is » etc. In his et similibus per se nullum est juramentum; et quamvis ordinarie non desit aliqualis irreverentia in Deum aut res sacras, nullo pacto adest blasphemia hæreticalis, quasi certitudo verbi divini et humani diceretur æqualis: de hoc enim sensu non cogitant fideles, sed quærunt sibi formulas hyperbolicas ad certitudinem asserti exaggerandam. Tandem differt e) a simplici *pœnæ cujusdam sponsione*. V. gr. « spondeo caput meum; occidar, suspendar, si falsum »; item: « moriar, diabolus me auferat, si falsum. » Sed in ultimis hisce formulis et similibus *inesse poterit* juramentum execratorium, quo Deus ut testis veritatis et magis explicite ut vindex falsitatis

invocatur. An insit *de facto*, judicandum erit ex intentione loquentis simul et communi apprehensione hodierna regionis. *Signum* erit animum jurandi adfuisse, si pœna, quæ spondetur, communiter spectatur tanquam a divina providentia ac justitia specialiter procedens (fulgur de cœlo me percellat, descendam in infernum, si...) et præsertim si Deus nominatur (Deus me puniat, morte corripiat si...). Contra, non habetur juramentum quando tales execrationes proferuntur absolute et non sub conditione falsitatis asserti vel promissi, imo quin ulla assertio aut promissio adsit; qualis vero et quanta malitia his imprecationibus non juratoriis insit, quæstio est prolixior alibi pertractanda.

II. Dicitur testimonii *divini* invocatio. Juramus enim per solum Deum, qui tanquam *absolute major* omnibus creaturis supereminet et tanquam *ipsa Veritas* plenam fidem dictis conciliare omnique controversiæ finem imponere valet. Cf. Hebr. VI, 13-16:... *Homines enim per majorem sui jurant: et omnis controversiæ eorum finis, ad confirmationem, est juramentum.* Ideo juramentum constanter in S. Scriptura exhibetur ut actus latriæ (Deut. VI, 13, Ps. LXII, 12 etc.). — Sed Dei testimonium duplici modo invocari potest: tum directe et expresse; tum etiam indirecte et implicite, jurando per creaturas. Nimirum quadrupliciter hic considerari potest creatura: a/ ut falso creditur aliquod numen divinum: et sic foret juramentum idololatricum, quod vere juramentum non est, quamvis taliter jurans obligari possit ex conscientia erronea, aut aliunde ex justitia vel saltem fidelitate; — b/ ut in se est, et per se capax reddendi testimonii: et sic invocans creaturas non jurat, etiamsi Angelos aut Sanctos testes appellet, sistendo in ipsorum testimonio; — c/ ut ad suum Auctorem pertinens et relata, ejusque summam veritatem et majestatem repræsentans: et sic expresse quidem et directe contestamur creaturam, implicite vero et indirecte invocamus creatorem quem in suis operibus relucentem

apprehendimus; — d' ut aliquid ad nos pertinens quod Deo justo falsitatis vindici obligamus seu offerimus: et sic exprimitur creatura tanquam materia execrationis in juramento sed implicite saltem invocatur testis et vindex ipse Deus (cfr. S. Th. 2-2, q. 89, a. 6). — Ita *juramentum contestatorium* emittere quis potest: per cœlum, quasi thronum Dei, per terram, quasi scabellum pedum ejus (Mat. V), per crucem quasi per Deum-hominem crucifixum, per Evangelia quasi per eorum Auctorem, per Sanctos eorumve reliquias quasi per Eum cui assistunt et servierunt. Item *juramentum execratorium* præstare quis potest per suam suorumve vitam ac salutem, eam quasi oppignorans Deo omniscio et summe veraci. Interdum formula eadem utrumque sensum patitur: sic Joseph (Gen. XLII) jurare potuit « per salutem Pharaonis » et fideles priorum sæculorum « per salutem Imperatorum » non solum execratorie, sed etiam contestatorie quasi per Eum a quo omnis potestas.

III. Dicitur testimonii divini *invocatio*. Hic dubium moveri potest an essentia juramenti salvetur in invocatione Dei testis 1° *mere interna*; 2° *mere externa*, qua quis sine intentione jurandi profert deliberate verba ex sese et adjunctis vere juratoria; 3° *materiali tantum*, qua quis formulam juratoriam profert indeliberate, vel in adjunctis ex quibus suam veræ invocationis significationem amittit.

Jamvero respondemus ad 1m: talis invocatio constituit juramentum *mentale*, quod valet coram Deo, sed effectum firmandi asserta et promissa coram hominibus non obtinet et ideo incompletum dici potest. — Ad 2m: hæc invocatio non est juramentum, sed fictio juramenti. Id probatur tum communi AA. consensu, tum ratione. Nam actus humani non operantur ultra voluntatem agentis. Atqui agens in casu non vult invocare Deum testem sed vult tantum significare externe invocationem. Ergo. Atqui rursus, juramentum est invocatio divini

testimonii et non tantum significatio invocationis. Ergo (vide hoc argumentum evolutum apud Ill^m ac Rev^m Waffelaert, étude sur le serment avec restriction mentale, p. 80-83). — Ad 3^m: manifeste deest juramentum. Ita non jurat qui profert verba juratoria quorum sensum ignorat aut non advertit; vel qui ea profert in schola, theatro etc. docendi aut repræsentandi causa.

O. E. D.

IV

Q. *Demonstra juramentum sub debitis conditionibus esse actum naturali legi conformem et tum lege veteri tum lege Christiana probatum.*

R. Demonstratur 1^a pars ex eo quod juramentum de se multum deserviat ad honorem divinum et humanum commercium: hinc enim continet insignem agnitionem omniscientiæ et providentiæ divinæ; hinc præbet medium efficax obtinendi in humanis negotiis, maxime in contractibus et judiciis, necessariam securitatem. « Juramentum, ait S. Thomas, q. 89, a. 2, secundum se est licitum et honestum. Quod patet ex origine et ex fine. Ex origine quidem, quia juramentum est introductum ex fide qua homines credunt Deum habere infallibilem veritatem et universalem omnium cognitionem et provisionem. Ex fine autem, quia juramentum inducitur ad justificandum homines et ad finiendum controversias, ut dicitur Hebr. VI. »

Demonstratur 2^a pars facillime ex S. Scriptura: « Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies, ac per nomen illius jurabis. » Deut. VI, 13; item X, 20. « Et jurabis (Israel): Vivit Dominus, in veritate, et in judicio, et in justitia. » Jer. IV, 2. « Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?.. qui jurat proximo suo, et non decipit. » Ps. XIV, 1, 5. « Laudabuntur omnes qui jurant in eo (Deo). » Ps. LXII, 12. Nec proscribitur nisi abusus juramenti: Deut. XX, 7; Lev. XIX, 12; Eccli. XXIII, 9-14.

Demonstratur 3ª pars: a) ex Epistolis S. Pauli, qui tum ipse pluries, scribens sub divina inspiratione, juramentum adhibet (Rom. I, 9; 2 Cor. I, 23; Gal. I, 20; Philipp. I, 20, etc.), tum etiam fidelibus honestum finem ac necessitatem juramenti proponit (Hebr. VI, 13-18). b) Ex praxi constanti tum fidelium, tum ipsius Ecclesiæ, in prioribus etiam sæculis. Fideles nempe ex causa necessitatis jurabant: quod, sæc. III, testatur Tertullianus (*Apolog.* c. 32): « sed et juramus, sicut non per genios cæsarum, ita per salutem eorum; » sæc. IV, S. Hilarius (*de Trinit.* l. 5, n. 30): « Omne enim os credentium te, Christe, Deum loquitur. Omnis credentium fides te Deum jurat »; sæc. V, S. Cyrillus Alex. (*in Isaiam,* c. 65, v. 16-18: « Sique opus ususve fuerit jurisjurandi confirmatione in re quapiam, jurant (*Christiani*) per Deum verum ». Atque ipsi præsules Ecclesiæ exigebant juramentum. Ita in Concilio Ephesino idem S. Cyrillus a Theodoto et Acacio juramentum postulavit, ibique et alia juramenta recepta sunt (Harduin. t. I, col. 1398, 1519 sqq.); item S. Gregorius Magnus pluries juramentum imposuit ac recepit (Epistol. l. II, 33, VI, 61, VII, 18, XIII, 34, Append. X, edit. Maur.). Insequentibus autem sæculis, praxis et doctrina Ecclesiæ evidenter patet ex dispositionibus Juris et decretis latis adversus hæreticos negantes liceitatem juramenti (cf. Denzinger, *Enchirid.*).

Additur in propositione: *sub debitis conditionibus*, quæ reducuntur ad *judicium*, *veritatem* et *justitiam*. Non solum requiritur in materia juramenti veritas et justitia seu honestas, sed etiam in jurante judicium seu discretio, supponens aliqualem jurandi necessitatem. Etenim juramentum non est propter se appetendum sed tanquam medium et ex necessitate, ut ostendit S. Thomas. q. 89, a. 5: « Id quod non quæritur nisi ad subveniendum infirmitati vel defectui, non numeratur inter ea quæ sunt per se appetenda, sed inter ea quæ sunt necessaria; sicut patet de medicina quæ quæritur ad subveniendum

infirmitati. Juramentum autem quæritur ad subveniendum alicui defectui, quo scilicet unus homo alteri discredit. Et ideo juramentum non est habendum inter ea quæ sunt per se appetenda, sed inter ea quæ sunt huic vitæ necessaria, quibus indebite utitur quicumque eis utitur ultra terminos necessitatis ». Ideo deficiente vel solo judicio, juramentum fit malum et cadit sub præcepto negativo : Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Qua observatione facta, facile solvuntur objectiones quæ contra 3m partem propositionis ogge-runtur.

Nempe objiciuntur 1o ex S. Scriptura, verba Christi, Mat. V, 33-37 : « Audistis quia dictum est antiquis : non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis : non jurare omnino, neque per cœlum... neque per terram... Sit autem sermo vester : est, est ; non, non ; quod autem his abundantius est, a malo est ». Quibus consonant verba S. Jacobi, V, 12. — Responsum, quod evolvitur apud commentatores hujus loci, huc redit : Christus non prohibet absolute omne juramentum, sed prohibet usum juramenti, etiam indirectì per Dei creaturas, in communi conversatione vitæ ; et vult discipulos suos, quantum necessitas sinit, abstinere omnino a juramento, quod sæpe malum est ac semper suum ortum et necessitatem habet a malo (id est ab infirma et corrupta natura humana, vel ab ejusdem corruptore diabolo). Talis interpretatio textui Evangelico nullam vim infert et aliunde exigitur, tum ex diserta Ecclesiæ traditione, tum ex aliis ipsius Scripturæ locis supra citatis. Pulchre S. Augustinus (*de mendacio*, c. 15) : « Juravit ipse Apostolus in epistolis suis, et sic ostendit quomodo accipiendum esset quod dictum est, *Dico vobis non jurare omnino :* ne scilicet jurando ad facilitatem iurandi veniatur, ex facilitate ad consuetudinem, atque ita ex consuetudine in perjurium decidatur. Et ideo non invenitur jurasse nisi scribens, ubi consideratio cautior non habet linguam præcipitem. Et hoc utique a malo,

sicut dictum est, *quod autem amplius est a malo est:* non tamen suo, sed eorum infirmitatis quibus etiam sic fidem facere conabatur. »

Objici possunt 2° ex quibusdam SS. Patribus et scriptoribus ecclesiasticis, præsertim ex S. Joanne Chrysostomo, plura loca, ubi Christianis juramentum prorsus interdici videtur. — Respondemus: quidam Patres et Scriptores revera interdum exaggerant conditiones ad licitum juramentum requisitas, non autem damnant omne prorsus juramentum; sed verba eorum interpretanda sunt sicut citata statim verba Christi et Apostoli Jacobi, nec nimis premi possunt, ne discordent cum communi antiquæ Ecclesiæ praxi et doctrina, tum aliunde nota, tum ab iisdem scriptoribus alibi proposita. Ita ipse S. Chrysostomus, qui, dum acerrime impugnat juramentorum abusum, usum omnem juramenti indiscriminatim proscribere videtur (vide loca citata a cl. Bouquillon, *de virt. Relig.* I, n. 500), in aliis homiliis (hom. in Rom. I, 9, Gal. I, 20, Philipp. I, 8, etc.) indubie admittit interdum licere juramentum.

O. E. D.

V

Q. *Dijudica liceitatem juramenti amphibologici et mentaliter restricti.*

R. I. Præmittimus notionem amphibologiæ et restrictionis mentalis simul ac principia de moralitate assertionis amphibologicæ et mentaliter restrictæ.

Amphibologia, sive amphibolia, est locutio habens plures significationes, plus minusve usitatas et rei de qua agitur aliquousque convenientes. — Jamvero 1 amphibologia non est mendacium. Ipsa enim, in aliqua sua significatione, conformis est interno judicio loquentis. 2 Amphibologia tamen, absente justa causa, illicita est, infringens nempe præceptum positivum veracitatis, seu obligationem sincere loquendi; urgente de facto causa proportionata, omnino fit licita.

Restrictio mentalis est limitatio quodammodo in mente retenta alicujus absolutæ affirmationis vel negationis. Vocatur *pure mentalis*, seu interna, quando nullo modo externe apparet; *late mentalis,* seu externa, realis, quando ex circumstantiis rerum, personarum, locorum, colligi potest. — Jamvero 1/ assertio cum restrictione pure mentali reapse mendacium est. Habetur enim vere oppositio seu discordia inter judicium internum et expressionem. 2 Assertio cum restrictione late mentali, adhibita ex proportionata causa, nec mendacium continet, nec sinceritatis defectum. Adsunt enim circumstantiæ consignificantes, quæ sicut verba realia locutioni adduntur et mentem sufficienter manifestant; et simul oritur ex his circumstantiis justa causa veritatem non propalandi clarius et permittendi deceptionem quæ ex tali reticentia sequi potest. Diximus: adhibita ex proportionata causa, communem loquendi modum auctorum servantes; si tamen stricte distinguimus restrictionem late mentalem seu realem ab amphibologia, etiam dicere possumus simpliciter restrictionem realem esse licitam, quia includit justam causam ex qua præcise habet ut vere realis evadat.

II. His ergo suppositis: 1/ amphibologicas et restrictas locutiones, hic et nunc vere licitas, juramento confirmare, erit etiam licitum, dummodo justa causa ad jurandum adsit. Adesse interdum causam justissimam taliter jurandi, evidens est. Nam si quis juramentum expostulat circa factum quod ipsi celari potest aut debet, alter plerumque juramentum recusare non poterit, quin sese gravi damno objiciat, vel suum secretum eo ipso prodat.

2/ Cum restrictione pure mentali jurare perjurium est. Sunt quidem graves auctores qui ita jurantem a proprie dicto perjurio, non tamen a gravi peccato, excusant, ducti hac ratione: juramentum pendet a voluntate jurantis. Atqui jurans in casu non vult attestari suum dictum absolute, sed sub limitatione quam

mente tenet et sub qua verum est. Ergo reipsa verum jurat (ita Laymann, *de juram.* c. 14, n. 7, Billuart, *de relig.* diss. 9, a. 3, dico 6, aliique). At respondemus distinguendo maj.: juramentum pendet a voluntate jurantis: ita ut non juret nisi jurare velit, *Conc.* (cfr. Resp. III); ita ut, si juramentum internum simul et externum præstare velit, possit jurare aliud quam id quod ex verbis et circumstantiis exprimitur, *Nego.* Posset quidem *mentaliter* jurare suum conceptum, in quo actu abesset sane perjurium, sicut abesset mendacium et restrictio. Sed quando externe seu oraliter invocat Deum testem assertionis suæ, medium nullum datur: vel fictum juramentum erit, vel stricte dictum perjurium.

3 Amphibologias justa causa carentes jurare illicitum est. Abest quidem perjurium, quia mendacium abest, ut in prænotatis dictum est; at manifeste malum est juramentum, idque leviter tantum si talis usus amphibologiæ solum præceptum sinceritatis lædit, graviter autem si ipse graviter repugnat justitiæ commutativæ, justitiæ legali, aliisve vertutibus, puta in judiciis et contractibus.

Videsis plenius explicatam quæstionem in opere Ill^mi ac Rev^mi Waffelaert: Dissertation morale sur la malice du mensonge et sur l'emploi de la restriction mentale et de l'amphibologie; suivie d'une étude sur le serment avec restriction mentale ou amphibologie. Confer etiam Bouquillon, *de virt. Relig.* I, n. 534-545.

O. E. D.

VI

Q. *Déterminez le droit des bureaux de bienfaisance de faire des quêtes dans les églises.*

R. La loi du 7 Frimaire au V (27 Novembre 1796), qui a organisé les bureaux de bienfaisance, porte, à l'article 8, que « chaque bureau de bienfaisance recevra les dons qui lui seront offerts ».

Après que l'exercice public de la religion catholique avait été rétabli par le Concordat, le gouvernement, par application de l'art. 8 de la loi de Frimaire an V, autorisa les bureaux de bienfaisance « à faire quêter dans les temples consacrés à l'exercice des cérémonies religieuses, et à confier la quête, soit aux filles de charité voués au service des pauvres et des malades, soit à telles autres dames charitables, qu'ils jugeront convenable ». Art. 1er de l'arrêté du Ministre de l'intérieur du 5 Prairial au XI (25 Mai 1803).

L'exécution de cette mesure donna lieu à des abus. Les Evêques, dans les règlements pour les fabriques que Napoléon, par décision du 9 Floréal an XI (29 Avril 1803), les avait autorisés à faire, avaient tous inséré un article qui, réglant les quêtes à faire dans les églises tant au profit des pauvres qu'à celui de la fabrique, interdit toutes les quêtes pour lesquelles ils n'auraient pas donné permission expresse. Les bureaux de bienfaisance ne tinrent généralement pas compte de cette disposition; ils se crurent autorisés, en vertu de l'arrêté du 5 Prairial, à se passer de la permission des Evêques et à se refuser à leur demander de régler convenablement les quêtes qu'ils faisaient dans les églises. Cette manière d'agir provoqua des réclamations de la part des fabriques et des curés, qui soutinrent le droit acquis aux Evêques par leurs règlements, approuvés par l'Empereur lui-même, et postérieurement à l'arrêté du Ministre de l'intérieur.

C'est en vue de mettre fin à ce conflit, et pour éviter la confusion qui en résulterait si, sans le concours des Evêques, « une autre institution avait le droit arbitraire de disposer des églises, d'y faire des incursions quand et comme elle le voudrait.... » (Rapport de Portalis, du 10 Sept. 1806), que fut porté le décret du 12 Septembre 1806, ainsi conçu :

Art. 1er. Les administrateurs des bureaux de bienfaisance sont autorisés à faire, *par eux-mêmes*, des quêtes, et à placer un tronc dans chaque église paroissiale de l'empire.

Art. 2. Les Evêques.... détermineront le nombre de ces quêtes, les jours et les offices où elles se feront.

Toutefois l'article 2 du décret de 1800 fut postérieurement modifié par l'article 75 du décret du 30 Décembre 1809, qui compléta les dispositions antérieures et régla définitivement la matière des quêtes dans les églises.

Voici le texte de cet article :

Tout ce qui concerne les quêtes dans les églises sera régie par l'Evêque, sur le rapport des marguilliers, sans préjudice des quêtes pour les pauvres, lesquelles devront toujours avoir lieu dans les églises toutes les fois que les bureaux de bienfaisance le jugeront convenable.

Il résulte des dispositions précitées :

1° Que les bureaux de bienfaisance *ont le droit de faire des quêtes* (et de placer un tronc) dans les églises.

Nous ferons observer en passant que ce droit des bureaux de bienfaisance (pas plus que celui des fabriques d'église) n'est pas exclusif de celui des Evêques, de permettre ou d'ordonner dans les églises des quêtes dans un but quelconque de *religion* ou de *charité*. De tout temps, le droit des Evêques a été très étendu sur ce point ; et il n'existe dans la législation actuelle de texte qui l'ait limité. Un doute cependant s'est élevé en ce qui concerne les quêtes pour les *pauvres*. Mais aucune des dispositions qui règlent les droits des bureaux de bienfaisance n'établit en leur faveur un privilège exclusif ; aucune ne porte atteinte au droit antérieur et ancien des Evêques. Un bureau de bienfaisance est donc sans qualité pour revendiquer le produit d'une quête faite dans une église au profit des pauvres par des personnes agissant sur l'ordre ou avec l'autorisation de l'Evêque ou du curé. (1)

(1) Voir Delcour, *Revue catholique*, T. VII, p. 500, et T. XV, 415 ; Lauwers, *Des droits des Evêques en matière de quêtes*, lettre de Mgr Malou au bourgmestre de Bruges, du 3 Août 1857 (*Coll. épist. part.*, T. IX, p. 55 ss.) ; *Mon. belge*, T. I, p. 385 ss. ; T. III, p. 89 ss. ; Brixhe, Vo *Quêtes* ; Moulart,

Toutefois la Cour de Cassation de Belgique, par son arrêt du 24 Juillet 1862, a décidé que les bureaux de bienfaisance sont les seuls représentants légaux des pauvres de la commune, et ont exclusivement le droit en cette qualité de faire *pour la généralité des pauvres*, des quêtes publiques dans les églises; que par conséquent les bureaux de bienfaisance ont qualité pour demander compte du produit des quêtes faites dans les églises paroissiales et leurs annexes, non au profit d'une œuvre spéciale ou d'une institution particulière de piété ou de charité, ou même au profit d'une certaine catégorie de pauvres, mais au profit de la généralité des pauvres de la commune. (1)

2° Que les bureaux de bienfaisance ne peuvent collecter que dans les églises *paroissiales* ou autres *pourvues d'une fabrique d'église*, dans lesquelles se célèbre le culte paroissial. Art. 1 du déc. du 12 Sept. 1806, et art. 75 du déc. du 30 Déc. 1809.

3° Que les administrateurs des bureaux de bienfaisance doivent quêter par *eux-mêmes*. Ils ne peuvent déléguer cet office à des personnes tierces, à moins qu'elles ne soient agréées par le curé, qui a la police intérieure de l'église. Arrêt de la Cour de Liège du 6 Décembre 1862 (*Pasicr.*, 1863, II, 88).

4° Que, *d'après le texte* de l'article 75 du décret du 1807, le droit des bureaux de bienfaisance de faire des collectes dans les églises est *absolu quant au temps et au nombre*. Cette latitude toutefois, doit avoir des *limites*. « Quelqu'absolue que soit cette dernière disposition, elle ne saurait être séparée ni de l'article 1er du Concordat (confirmé par l'article 14 de la Constitution

Des fabriques d'églises, 8me édit., p. 446 ss.; Soenens, *Des fabriques d'églises*, p. 163 ss.; Caulet, *L'avocat du clergé*, Paris, 1897, p. 353 ss. et p. 703 ss. — Comp. Lentz, *Des dons et legs*, etc., I, n° 196 ss.; Giron, *Dictionnaire de droit administratif*, V° Bureaux de bienfaisance, n° 11.

(1) La Cour de Cassation de France, par arrêt du 2 Août 1897, a décidé la question en sens contraire. *Rev. de l'adm.*, 1898, p. 80.

belge), qui proclame la liberté des cultes et de leur exercice, ni de l'ensemble des dispositions du décret de 1809 (voir notamment les articles 1er, 20, 30 et 33), qui, par une conséquence et comme garantie de cette liberté, reconnaissent au curé un droit de police ecclésiastique et d'ordre intérieur ; ... si l'autorité ecclésiastique n'a plus le droit de fixer souverainement le nombre des quêtes, les jours, heures et offices pendant lesquels elles se feront, et l'ordre dans lequel elles auront lieu, *les bureaux de bienfaisance ne peuvent*, de leur côté, *faire les collectes de façon à gêner l'exercice du culte* ; il y a là deux droits de nature absolue qui coexistent et qui se limitent l'un l'autre, comme tous les droits en conflit, dans la mesure qui implique l'exercice raisonnable de chaque droit et qui détermine la valeur respective des droits opposés ». Arr. roy. du 8 Nov. 1863 (*Moniteur*, p. 3517).

L'intérêt religieux, le droit de police du curé, et les convenances exigent donc que les commissions administratives des bureaux de bienfaisance s'entendent avec le curé sur les jours, heures et offices où les quêtes pourront avoir lieu, et sur l'ordre dans lequel elles se feront (1). Si les exigences des bureaux de bienfaisance étaient exagérées, il conviendrait de faire régler le différend par l'autorité administrative de concert avec le chef diocésain.

C. V. C.

(1) Suivant la pratique généralement adoptée, le quêteur de la fabrique d'église précède celui du bureau de bienfaisance.

Dom. III post Pascha

Modicum, et iterum modicum. Jo. XVI, 16-22.

—

Te dien tijde, zei Jesus tot zijne leerlingen: 16 Een tijdeken, en gij zult mij niet meer zien; en wederom een tijdeken, en gij zult mij zien: want ik ga tot den Vader.

17 Sommigen dan van zijne leerlingen zeiden tot malkander: Wat is dit, dat hij ons zegt: Een tijdeken, en gij zult mij niet zien; en wederom een tijdeken, en gij zult mij zien; en: Want ik ga tot den Vader? 18 Zij zeiden dan: Wat is dit, dat hij zegt: Een tijdeken? Wij weten niet wat hij zegt.

19 Jesus nu wist dat zij hem wilden ondervragen, en zei tot hen: Daarover vraagt gij onder elkander, dat ik gezeid heb: een tijdeken, en gij zult mij niet zien; en wederom een tijdeken, en gij zult mij zien. 20 Voorwaar, voorwaar zeg ik u: gij, gij zult schreien en weenen, maar de wereld zal blijde zijn; gij, gij zult bedroefd zijn, maar uwe droefheid zal in blijdschap veranderen. 21 Eene vrouw, wanneer zij baart, heeft droefheid, omdat hare ure gekomen is; maar wanneer zij het kind gebaard heeft, gedenkt zij hare benauwdheid niet meer, om de blijdschap, dat er een mensch ter wereld geboren is. 22 En gij dan hebt nu wel droefheid; maar ik zal u wederom zien, en uw herte zal blijde zijn, en uwe blijdschap, niemand en zal ze u ontnemen.

*
* *

Notationes

16. *Modicum* etc. « Totus hic locus dupliciter tractatur à D. August. et ab aliis. Altero modo, ut tempus quo se Christus dicit non videndum, et quo suos dicit contristandos, mundum autem gavisurum, intelligatur

tempus passionis, mortis et sepulturæ illius : tempus verò quo se dicit rursum videndum, et suorum tristitiam convertendam in gaudium sempiternum, intelligatur tempus a resurrectione ipsius. Secundum quam intelligentiam totus hic locus proprie et solum pertinet ad Apostolos. Altero modo, tempus luctus, intelligatur totum tempus præsentis sæculi : tempus vero gaudii, tempus futuri sæculi, in quo ab oculis justorum qui in hoc nunc lugent sæculo et affliguntur, Deus omnem absterget lacrymam. Secundum quam intelligentiam totus hic locus non ad Apostolos tantum, sed ad universos pertinet fideles, proinde ea hujus loci tractatio magis convenit, cum hic locus coram populo tractandus est, quando pro Evangelio legitur in officio Ecclesiastico Dominicæ tertiæ post Pascha... Prior totius hujus loci tractatio simplicior est, et præcipuæ aut primæ intentioni Domini convenientior. Ita tamen Dominus in sequentibus suum temperavit sermonem, ut quod dixit pro mitigatione præsentis ob suam mortem tristitiæ in Apostolis, etiam ipsis omnibusque fidelibus valeret pro mitigatione malorum omnium et afflictionum quæ in hac vita erant perpessuri, quorum malorum principium quoddam fuit, planctus ille et dolor, quem Apostoli de Domini crucifixione et morte conceperunt : sicuti gaudii sempiterni, quod in cœlis manet justos post hujus mundi afflictiones, initium quoddam et typus fuit Apostolorum gaudium de Christi resurrectione conceptum : quare etiam posterior illa totius hujus loci tractatio non est aliena ab intentione Domini, sed per accommodationem intentioni ipsius convenientem etiam illa hic recte adhibetur ad fidelium ædificationem et instructionem » Jans. Gand.

17. *Dixerunt ergo...* « Porro ut Apostolorum arguit ruditatem, quòd ex his quæ frequenter Dominus eis dixerat de morte sua et resurrectione, non intellexerint præsentem sermonem, sed tolerandam plane ruditatem, pro illo tempore quo eos mœstitia totos occupavit, et

rerum inopinatarum immanifestatio, necessariam attulit verborum obscuritatem : ita mutua illorum de intelligentia sermonis inquisitio declarat quantum in eis fuerit discendi studium, quantique apud eos præ reverentia erga Dominum fuerit etiam non intellectus sermo. Non enim despondent animum, non abeunt indignabundi, non rident non intellectum sermonem, sed nec eumdem veluti otiosum aut intellectum prætereunt : verùm credentes grande aliquod subesse mysterium, et ignorantiam suam confiteri non erubescentes, præ discendi aviditate inter se conferunt, disquirunt, disputant, quod sane ingenuorum discipulorum est ingenium. Contrà verò præ ignavia quidam verbum auditum nec satis intellectum vento tradunt. Alii præ fastu et superbia ea quæ nesciunt se scire simulant, ne ignari videantur. In quos dictum est illud Satyricum, *Turpe est, nescisse fateri*. Sunt insuper qui quicquid non intelligunt, aut quicquid eorum non respondet opinionibus, fortiter mox rejiciunt et irrident... At hi omnes ut ab ingenio discipulorum longe absunt, ita procul sunt a cœlestis sapientiæ participatione » Jans. Gand.

19. *Cognovit autem Jesus...* « Cum ex discipulorum inter se collatione, sed magis suo spiritu cognosceret Dominus quòd cuperent eum interrogare, suo more interrogationem quam reverentia aut verecundia retrahebat, prævenit præoccupatque : adeo est ad docendum promptus pastor et magister optimus. De Sapientia enim dictum est (Sap. 6) : *Præoccupat eos qui se concupiscunt, ut prior se illis ostendat*. Non tamen plane explicavit eorum, de quibus dubitabant discipuli, verborum intellectum, sed etiam hìc suo more novam subintulit adjectionem, qua quod dixit firmius asseveravit, et ex qua intelligendum reliquit quod dixit, *non videbitis et videbitis*. Nam quod dixit, *modicum et iterum modicum*, nunc non explicat, quod res ipsa mox esset illis declaratura, cùm post aliquot horas ab illis esset separandus et occidendus, quando videntes impletum

quod dixit, *modicum et non videbitis me*, expectare etiam merito debebant implendum quod sequitur, *et iterum modicum, et videbitis me*. Novit Magister quæ et quantum discipulis commode traderet, nec jam ei adeo fuit curæ ut quæcunque diceret intelligerent, quam ut præsentem eorum tristitiam et crucis scandalum imminueret.

Amen, amen, inquit, *dico vobis*, etc. quasi dicat: quod dixi verissimum est, et ex his quæ modò dicam utcunque intelligere potestis: Ecce jam adest tempus *quo præ nimio mœrore vos plorabitis et flebitis*, ob ademptam, scilicet, hanc meam vobiscum consuetudinem, et crucis ignominiam mihi irrogatam: contrà *mundus* me capto et occiso tanquam victor, suique voti compos effectus, *gaudebit*, gestiet, et exultabit, sed brevi commutabuntur rerum vices: vestra enim tristitia vertetur in gaudium, cùm me videbitis à morte redivivum, et contrà mundi gaudium vertetur in mœrorem. Discruciabit enim eum et conturbabit mèa resurrectio, sicuti vos gaudio afficiet. Aperte autem tantùm dicit, tristitiam discipulorum vertendam in gaudium, non autem mundi gaudium vertendum in tristitiam, quia illud dicere sufficiebat ad consolationem discipulorum, ob quam hæc dicuntur...

Cæterum, sic Dominus hunc suum temperavit sermonem, ut per eum non tantum Apostoli munirentur contra instantem ipsis tunc mœrorem, sed et ipsi et tota fidelium Ecclesia contra omnes præsentis vitæ afflictiones et angustias. Itaque hac sententia totum Ecclesiæ et omnium justorum statum pulchre delineavit Christus Sapientia Patris, nempe quòd eorum sit ut mundanis hominibus gaudentibus de eorum oppressione, ac de bonis præsentis vitæ, ipsi lugeant, afflictiones ferant, seseque voluptatibus præsentibus subtrahant, hoc ipso se consolantes, quòd eorum tristitia mox sit vertenda in gaudium, quod non solùm fit post hanc vitam quando tamen id fit certissime et perfectissime, sed etiam frequenter in hac vita, in qua subinde Deus justis concedit ab impiorum oppressione refrige-

rium, quemadmodum Ecclesiæ suæ frequenter post gravissimas tyrannorum et hæreticorum persecutiones concessit tranquillam pacem cum summo Ecclesiæ gaudio, summoque impiorum mœrore. Huc facit quod dicitur: *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia* (Ps. 29). Et Isaias (34): *Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te.* Et (Matth. 5): *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* » Jans. Gand.

21. *Mulier cum parit etc.* Dolori parturientis recte comparatur dolor discipulorum: *Primò*, quia uterque fuit acerbissimus. *Secundò,* quia uterque est brevis. *Tertiò,* uterque est periculosus. *Quartò*, uterque vertitur in gaudium, ille nativitatis pueri, hic resurrectionis Christi. *Quintò*, sicut idem puer natus est causa doloris dum paritur, et gaudii dum natus est: sic idem Christus morte sua magnum dolorem creavit discipulis, resurrectione vero sua magnam lætitiam. *Sextò*, utriusque gaudium est mirificum et summum, quod omnem præcedentem dolorem absorbet » a Lapide.

22. *Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis,* mox habebitis, in passione et morte mea, post prius scilicet illud modicum, quando non videbitis me. *Iterum autem videbo vos*, post alterum scilicet istud modicum, *et gaudebit cor vestrum* « gaudebitis ex intimo corde, ob me scilicet receptum vivum, sanum et immortalitate donatum, magis etiam quàm antea contristatum fuerat cor vestrum ob me ereptum. Hinc scriptum est infra 20. v. 20: *Gavisi sunt discipuli viso Domino... Et gaudium vestrum nemo,* nulla vel Dæmonum vel hominum vis *tollet*, auferre poterit *à vobis*. Quasi dicat: Et ne timeatis recidere aliquando in similem tristitiam, erit gaudium illud vestrum de me perpetuum, quod nulla adversitas turbare queat: quia nec miseriis hujus vitæ nec morti ero amplius obnoxius, quippe resuscitatus ad vitam immortalem ac beatam... Si dicas, per adscensionem in cælos etiam Christi redivivi conspectum Apostolis

ablatum; verum est, conspectum ad tempus ablatum, sed non gaudium: credentes enim, etiamsi carnem non videntes, exsultaverunt lætitia inenarrabili et glorificata, donec reportarent finem fidei suæ, salutem animarum, in perpetua Christi contemplatione et fruitione consistentem, I Pet. 1. v. 8. Gaudium ergo eorum hac in vita inchoatum, postea consummatum in cælo fuit » Luc. Brug.

Conclusio

« Quatenus hic locus per accommodationem etiam ad universos extenditur justos et totam fidelium Ecclesiam, probe etiam huic loco convenit exemplum parturientis mulieris. Singuli enim justi et tota fidelium Ecclesia, similes sunt mulieri parturienti. In præsenti enim sæculo tempus est partus bonorum operum, tempus est ut Ecclesia multos Deo filios progignat. Cui partui dum insistunt justi, graves patiuntur a carne et a mundo dolores et afflictiones, verùm non solùm post dolores istos momentaneos, sed etiam per illos succedet in vita æterna gaudium et maximum et sempiternum, quo unusquisque se gaudebit per illos dolores natum in regnum cælorum, aut etiam alios per ipsum natos in novum illum mundum. Nec enim, inquit Beda, novum debet videri, si natus dicatur qui ex hac vita migraverit. Sicut enim consuete nasci dicitur, cùm quis de utero matris procedens in hanc lucem ingreditur, et particeps fit hujus vitæ: ita potest natus appellari, qui solutus à vinculis carnis ad lucem æternam sublimatur, et cælestis fit particeps vitæ; unde Sanctorum solemnia non funebria, sed natalitia vocantur. Est autem Sanctorum gaudium simile gaudio puerperæ, quæ non meminit amplius pressuræ: quia nihil in eis remanet mœroris præsentis et malorum: qui ad cælestem transferuntur felicitatem, non eos contristat malorum memoria, sed inde potius voluptatem concipiunt. Et illis ergo omnibus nunc dicitur: Vos quidem nunc tristamini, quoniam

ablatus est a vobis sponsus, et ab illo in doloribus et laboribus multis derelicti. Iterum autem videbo vos in novissimo die, et tunc ex contemplatione præsentiæ meæ gaudebit cor vestrum in æternum... Dicit autem potius *iterum videbo vos*, quàm, iterùm videbitis me, ut a suiipsius exhibitione et manifestatione intelligeretur pendere quòd eum rursùm fideles essent visuri. Neque enim Apostoli post resurrectionem Christum potuissent videre, nisi se illis videndum exhibuisset : ac similiter est de justis respectu futuræ visionis Christi. Jam et alia ratione illud, *videbo vos* Christi insinuat benignitatem, ne putari posset ipsum jam ad sublimiorem translatum conditionem, dedignaturum aspicere suos, quemadmodùm fere in hominibus accidere solet.

Reliquum est ut hinc discamus, tempus præsentis vitæ esse tempus luctus, sed luctum hunc momentaneum esse, et fortiter nobis tolerandum, si consideremus gaudium vitæ futuræ, quod proculdubio æternum et maximum obtinget lugentibus in præsenti sæculo, quemadmodum id infinitæ docent Scripturæ » Jans. Gand.

« Pios in hac vita adversis affligi, impios in prosperis exultare, docet sæpe sacra Scriptura, ut *Job* XXI, 7 ; David, *Psalm.* LXXII, vers. 2, 3, 4 ; *Habacuc* cap. XIII ; *Jerem.* XII, 1. Idem docet nos quotidiana experientia. Sed eadem docet in exitu et morte pios gaudere, impios lugere, ut patet *Luc.* VI, 25 ; *Jacobi* V, 2 et 3 ; *Rom.* VIII, 18. Difficile, imo impossibile est, ait S. Hieronymus, epist. 34 *ad Julianum*, ut et præsentibus quis et futuris fruatur bonis, ut et hic ventrem et ibi mentem impleat, ut de deliciis transeat ad delicias, ut in utroque Sæculo primus sit, ut et in cœlo et in terra appareat gloriosus » a Lapide.

G. V. D. P.

Dissertationes

I

Refellitur theoria D. Ermoni circa authentiam Pentateuchi

(*Sequitur*. Cf. *suprà*, p. 105.)

VI

Tandem theoria D. Ermoni nobis valde *suspecta* est, utpote *ex rationalismo biblico nata*, ejusque filia maxime desiderata. (1) Quo vero pacto hujusmodi monstrum etiam in quibusdam Catholicorum lucubrationibus prodire potuerit, opportune et egregie explicat R. A. D. Palis, l. c. p. 531 :

« Il manquerait quelque chose à cette critique si je n'essayais pas, en terminant, de résoudre un problème psychologique que soulèvent la position prise par M. Ermoni

(1) Libenter tamen concedimus Richardum Simonem systemati Rationalistarum nonnihil prælusisse. Quâ de re minus gloriatus fuisset R. P. Lagrange (Revue biblique, 1 Janvier 1898, p. 12 : *Les sources du Pentateuque*. Lu au congrès scientifique des catholiques à Fribourg, Août, 1897) si meminisset opera R. Simonis huc spectantia non solum semper malè audiisse apud Catholicos, sed etiam *in Indicem* relata existere. Cf. Cornely, *Intr. in S. Script.* t. I, p. 692, necnon Hurter, *Nomenclator* II, p. 731-740. Insuper idem R. P. Lagrange in eodem Congressu varias emisit propositiones quibus Rationalistarum nemo subscribere recusaret, recusasset forte ipse R. Simon, v. g. p. 21. « La formule : *Dieu dit à Moïse* signifie donc simplement : voici une loi émanée de l'autorité divine dans l'esprit du premier législateur » ; p. 22. « Il n'y a pas lieu de prendre plus à la lettre la formule : *Moïse a écrit*, que la formule : Dieu a dit à Moïse » ; p. 31. « Un cas de conscience, avec tous les détails les plus précis, contient-il une histoire vraie ? et ne peut-on pas dire, par exemple, que l'histoire des filles de Salphaad ressemble à une série de *casus ?* Num. XXVI, 33 ; XXVII, 1-7 ; XXXVI, 6-10 ». Etc. — Valdè autem delectari videtur formulâ : *l'histoire idéalisée*, quâ semel admissâ, historiam populi Dei longe facilius destrui quam ædificari posse ducimus.

dans la question d'Esdras et la manière dont il s'affranchit, pour défendre sa thèse, des règles de la logique. Comment expliquer que cet écrivain et d'autres prêtres catholiques, intelligents et savants, rejettent l'enseignement traditionnel et les conclusions si bien motivées de la science chrétienne, pour embrasser une opinion nouvelle ayant pour premiers auteurs les ennemis de la Bible et n'offrant pour sa défense aucun argument capable de produire la conviction ?

Cette préférence si étonnante chez des hommes dont personne ne conteste le zèle pour la défense des saintes Ecritures, ... me paraît avoir deux causes principales.

La première, d'une portée plus générale, serait le libéralisme qui envahit aujourd'hui tous les domaines de la pensée. Il remplit l'homme de confiance dans ses propres lumières et le porte à s'affranchir de toute autorité intellectuelle. De là une secrète prévention et une sorte de dédain à l'égard des opinions anciennes et de la tradition qui les transmet, et cette exagération du goût naturel à l'homme pour le nouveau, qu'on appelle le *modernisme ;* on ne parle que de critique nouvelle et l'on dirait, en lisant certains auteurs modernes, qu'ils ont découvert dans la Bible des régions inexplorées jusqu'à eux, ou qu'ils possèdent, pour la comprendre, un don de seconde vue dont nos pères étaient privés. De là encore cette vogue des conceptions libérales : on se fait gloire d'appartenir à l'école large ; on ne veut pas être soupçonné d'étroitesse d'esprit : « Dans la question des origines du Pentateuque, apportons le plus de largeur d'esprit possible et même la plus grande indépendance » (p. 896).

La seconde cause est le prestige inoui de la science allemande et la lecture assidue de ses productions. Quelle que soit la supériorité de plusieurs de ses maîtres, ils ne sont pas dispensés, quand ils prétendent combattre les conclusions de la science chrétienne, d'apporter des arguments suffisants. Ils s'en dispensent néanmoins : leur ton tranchant, leur assurance tiennent lieu de preuves, et c'est bien en parlant d'eux qu'on peut dire avec Joubert qu' « une assertion hardie trompe avec autorité. » Les leurs sont reçues sans examen comme ayant, en vertu de leur provenance, une valeur scientifique, tandis que cette valeur est refusée aux meilleurs arguments de nos apologistes.

Une si choquante partialité, un tel défaut de logique ne s'expliqueraient pas toutefois par le seul prestige des maîtres et par l'engouement qu'ils excitent. Ils sont dus encore plus à la lecture des ouvrages allemands, lecture qui a un double résultat. D'abord on ne fréquente pas impunément les sophistes, surtout lorsque l'on goûte leurs idées : notre philosophie moderne nous montre assez tout ce que peut perdre la raison vulgaire dans la compagnie de la haute région hégélienne, c'est-à-dire de la sophistique moderne. Nos néocritiques à leur tour ont ressenti l'influence de cette sophistique, qui fait le fond de la haute critique, et leur dialectique porte les traces très reconnaissantes des dommages qu'ils ont éprouvés dans ce commerce littéraire.

Ensuite, plusieurs des rationalistes allemands possèdent un art vraiment redoutable de produire des vraisemblances ou des invraisemblances en accumulant les objections, les rassemblant et les présentant sous un jour défavorable à l'enseignement traditionnel ; et en même temps ils disposent les matériaux de leurs théories avec l'habilité des prestidigitateurs ou le talent des rapporteurs qui arrivent, par un savant groupement des chiffres, à transformer en excédent le déficit d'un budget. Pour des yeux justement défiants, cette fantasmagorie s'évanouit par la seule confrontation avec le texte sacré. Mais si l'on n'a pas réagi contre le charme, l'illusion sera produite inévitablement ; car la vision intellectuelle de celui qui aura voulu le subir se trouvera altérée par ces préjugés critiques, et lorsqu'il lira la Bible, ce prisme magique lui fera voir de brillantes mais trompeuses couleurs au lieu de la simple lumière du texte. »

Hæc omnia in D. Ermoni theoriam quadrare R. A. D. Palis ipsiusmet ostendit verbis, illis nominatim quibus contendit jam meliorem esse conditionem novæ criticæ, utpote possidentis, necnon illis quibus vel ipsam Rationalistarum discordiam ipsismet favere proclamat. Tandem concludit : « Citons encore un passage qui offre plus de gravité que le précédent, tant par les idées qu'il exprime et qui font voir où nous en sommes déjà venus, que par son caractère pratique : « Ne nous laissons pas trop devancer dans l'œuvre scientifique qui s'accomplit autour

du Pentateuque » (p. 896). Ce conseil rappelle celui du pasteur Cruvillié : « L'unique moyen de conjurer les périls du mouvement irrésistible qui entraîne le monde moderne loin du christianisme, c'est d'y entrer. » (Le *lien* de Mars du 15 Mars 1862). L'œuvre scientifique qui s'accomplit autour du Pentateuque, ce ne sont pas les beaux travaux de l'apologétique chrétienne pour la défense des livres de Moïse ; ce sont, au contraire les systèmes rationalistes combattus par elle ; on les propose à l'émulation de notre jeune clergé : « Tenons nous en garde si nous ne voulons pas à bref délai être mis hors la loi par la critique rationaliste » (Ibid). Les marques d'humble admiration et de crainte révérentielle pour la haute critique ne font pas défaut dans les écrits de certains catholiques ; mais je doute qu'aucun d'eux ait encore dit rien d'aussi fort. Un prêtre qui se met si aisément en dehors du concert universel des Pères et des docteurs, mais qui, par contre, redoute et veut faire craindre aux autres l'excommunication des rationalistes, en vérité voilà une nouveauté tout à fait opposée à l'idée qu'on se fait communément d'un théologien et d'un apologiste catholique.

Au demeurant il y a, au moins, un avantage pour le lecteur dans cette phrase malheureuse : c'est sa clarté. Placée à la fin de l'article et de toute l'étude sur le Pentateuque, comme ces feux qu'on allume le soir à l'arrière d'un train, elle indique la voie dans laquelle se sont engagés les tenants catholiques de la nouvelle critique ; elle montre, en même temps et le chemin déjà parcouru, et la direction dans laquelle ils marchent, et le terme où cette méthode doit logiquement les conduire ».

Jam fas esse videtur concludere theoriam D. Ermoni prorsus rejiciendam esse, utpote (I) constanti et unanimi Judæorum et Christianorum traditioni in re maximi momenti contrariam, (II) nullo fulcimento satis firmo innixam, (III) ipsis fautorum suorum internis dissidiis labefactatam, (IV) præpostera methodo propugnatam, (V) internarum rationum momentis obrutam solidaque defensione repulsam, necnon (VI) ex impurissimo rationalismi biblici fonte progenitam.

Superest ut particulares quasdam D. Ermoni conclu-

siones breviter tractemus, examinemusque quid tandem valeant internæ rationes quibus innituntur.

(Sequetur) G. V. D. P.

II

Examinatur sententia R. P. Mertens circa authentiam Vulgatæ

Quatuor abhinc annis in *Nouvelle Revue théologique, tom. XXV, p. 428, et tom. XXVI, p. 71*, septem argumentis impugnavimus severiorem doctrinam Cardinalis Franzelin ejusque sectatoris A. S. *(Nouv. Rev. théol. tom. XXIV, p. 71)* circa authentiam locorum dogmaticorum Vulgatæ. Reclamantem audivimus neminem, donec nuper (*Nouv. Rev. théol. tom. XXIX, p. 453* sqq. ac 619 sqq.) R. P. Mertens, occasione decreti S. Congr. Inquisitionis circa authenticitatem textûs S. Joannis Ep. I, V, 7 (1), litem instaurare sententiamque Card. Franzelin ceu præfati decreti fundamentum vindicare aggressus est.

Nolumus hic indagare causas recentis illius decreti S. Congr. Inquisitionis (2), aut examinare qua ratione laudatus Auctor singula argumenta à nobis adversus doctrinam C. Franzelin allata devius recti dijudicaverit; sed demonstrare tantum volumus quomodo doctissimus Pater, dum sententiam C. Franzelin contra nos tueri studuit, nostram potius ambabus ulnis amplexus sit.

Et re quidem vera, censet Franzelin decreto Tridentino declaratam esse conformitatem *editionis vulgatæ* in omnibus textibus per se dogmaticis, adeo ut *dogma expressum in vulgata*, dicendum sit *expressum etiam fuisse*

(1) Vide *Collat. Brug. t. II, p. 354.*

(2) Si verum esset decretum hoc unice inniti sententiâ C. Franzelin, opinionem nostram circa authentiam Vulgatæ statim ac libenter retractaremus.

in Scriptura primitiva (*De div. Trad. et Script. p. 535*). « Unde dicimus, ait, a/ dogma quod expressum exstat in editione veteri vulgata, non deerat *in Scriptura primitiva;* b/ adeoque non erat expressum aliud dogma in textu, et aliud *in loco respondente editionis vulgatæ;* c/ multo minus dogma quod in vulgata affirmatur, ibi erat negatum, aut vicissim ».

Nos vero opinamur decreto Tridentino declaratam esse tantùm authentiam substantialem *editionis vulgatæ*, seu 1/ Vulgatam esse generatim conformem Scripturæ primitivæ ; 2/ eamdem esse prorsus immunem ab omni errore dogmatico ; adeoque fieri posse a/ ut dogma quod expressum exstat in Vulgata, defuerit *in Scriptura primitiva ;* b/ ut expressum fuerit aliud dogma in textu, et aliud *in loco respondente editionis Vulgatæ ;* non tamen fieri posse c/ ut dogma quod in Vulgata affirmatur, ibi fuerit negatum, aut vicissim. Ut autem hanc opinionem nostram comprobaremus, varia citavimus loca dogmatica ubi haud pauci catholici Interpretes, pace omnium fratrum suorum censent aut a/ dogma in Vulgata expressum defuisse *in Scriptura primitiva*, aut b/ aliud dogma expressum fuisse in textu, aliud *in loco respondente editionis Vulgatæ.*

Jam vero, nobiscum plane sentit R. P. Mertens, *l. c. p.* 464 : « Ainsi, *ait*, tout en défendant la doctrine de l'authenticité des textes dogmatiques de la Vulgate, *on peut fort bien accorder* que par exemple le verset 3 du psaume XIII « *sepulcrum patens,* » etc., *n'appartient pas à ce psaume.* Leur inspiration reste tout à fait intacte. Autre est la question de l'inspiration, autre la question de savoir si quelques versets inspirés sont ici *à leur place originale ou non.* Si le savant professeur de Bruges avait fait attention à cette distinction essentielle, il n'aurait pas allégué les paroles de Jansénius de Gand, De Muis, Allioli, Schegg, Van Steenkiste, Wolter, qui ont rapport à ce verset 3e ».

Si igitur R. Pater essentiale discrimen inter senten-

tiam Franzelin ac nostram attendisset, non tam nobis, quam illi adeoque et sibimetipsi se contradicere facile animadvertisset. Non enim sufficit Cli Franzelin dogma in Vulgata expressum *alicubi* inspiratum esse, sed omnino necesse est idem expressum fuisse *in loco respondente Scripturæ primitivæ*. Nos id negamus, negatque pariter R. Pater dum dicit: « *On peut fort bien accorder* que par exemple le verset 3 du psaume XIII « *sepulcrum patens* » etc., *n'appartient pas à ce psaume* ». — Utrum autem omnes loci dogmatici dubii aut spurii Vulgatæ dicendi sint *alicubi Scripturæ inspirati*, an vero simpliciter quomodocumque *revelati*, quæstio est minoris momenti, inter solos adversarios sententiæ Franzelin tractanda, nequaquam vero soluta ex iis quæ R. Pater asseverat p. 462, in *Nota*.

Porro essentialis differentia inter sententiam Franzelin ac nostram in hoc consistit quod justa ipsum omnes textus dogmatici Vulgatæ habendi sunt tamquam authentici *eo quod* Vulgata longo tot sæculorum usu in Ecclesia probata est, juxta nos vero *eo quòd* et *quatenus* Vulgata eodem usu probata est, adeo ut non sufficiat usus qualiscumque, sed omninò requiratur usus dogmaticus. Ut autem hanc sententiam nostram illustraremus, adhibuimus verba R. P. Cornely (p. 436), quæ R. P. Mertens et ipse citat et approbat, adeo ut totum id quod petimus rursùm nobis concedat. Ait enim p. 476:

« Le P. Cornely écrit aussi fort justement: « Ad textus *critice dubios* quod attinet, Vulgata ideo aliis editionibus latinis prælata est, quia *longo tot sæculorum usu in Ecclesia probata est;* ergo etiam *quatenus* eodem usu probata est; tam late patet authentia quam patet usus, nec usus qualiscumque sed usus dogmaticus, ad quem solum attenderunt Patres ». La conclusion légitime de ce principe est nécessairement que, quand l'usage dogmatique d'un verset de la Vulgate est constant, la Vulgate est déclarée en cela authentique, « *quatenus* eodem usu probata est », même quand le texte, d'après

le père critique, serait douteux. « Illi igitur textus, *conclut le même savant Jésuite*, qui, quia critice erant critici, non eodem modo in scholis theologicis adhibebantur, aut omnino relinquebantur, etiam post Concilium Tridentinum dubii manserunt ». Cette conclusion est légitime, en tant que *l'usage dogmatique* de ces textes, condition exigée par le Concile, n'existerait pas, la raison critique n'étant ici qu'un élément tout à fait secondaire. Ces textes restent d'une valeur douteuse, non parce qu'ils sont critiquement douteux, mais parce qu'on peut positivement démontrer que l'usage dogmatique n'existe pas. Ita prorsus sententiam Cornely ac nostram a R. Patre adoptatam, sententiam vero Franzelin repudiatam !

Nihilotamen minus idem R. Pater sententiam nostram carpendam curavit, seu potius ei substituit nobisque imposuit sententiam quam et nos vehementer improbamus. Scripsimus enim l. c. p. 435 : « Nos adversaires même accordent que l'unique fondement du Décret fut l'usage neuf fois séculaire de l'Eglise : « *Quæ longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesiâ probata est* ». Or, l'usage de l'Eglise permettait depuis neuf siècles le doute au sujet de certains passages dogmatiques de la Vulgate ». Ad hæc respondet R. Pater, p. 476 : « Oui, nous l'accordons : mais de ce que l'Eglise n'a pas approuvé par l'usage dogmatique tel ou tel passage, peut-on inférer logiquement que les autres passages, *bien approuvés* par l'usage dogmatique de l'Eglise latine, peuvent être mis sur la même ligne que ceux-là ? » Respondemus : Profecto non ! Imo locos usu dogmatico Ecclesiæ latinæ probatos locis eodem usu non probatis neque æquiparavimus neque æquiparabimus unquam ! Quo igitur jure R. Pater nobis tam absurdam illationem attribuit ?

Nos plane distinximus textus usu dogmatico Ecclesiæ latinæ probatos à textibus tali usu non probatis, clamat universa dissertatio nostra, ac in primis locus à nobis

p. 75 allegatus ex Melch. Cano, *De locis theol.* l. II, c. 14, n. 12, ubi, occasione famosi textûs I Cor. XV, 51, sic disserit:

« Ad aliud argumentum... breviter respondetur, eum locum ex priori epist. ad Corinthios (15, 51) bifariam apud Græcos legi, et ut Vulgata habet editio: (*omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*), et in hunc modum: (*omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur*)... Neutra autem lectio à viris Ecclesiæ reprobata est. Quin admonuere semper, lectionem dubiam et variam esse; nec alterutram ex eis ut certam et exploratam amplexi sunt. *Neutram igitur lectionem recipere cogimur, quia neutram partem doctores Ecclesiæ tamquam exploratam et catholicam asseruere. Quod idem in alia particula qualibet latinæ editionis fieret, si idem penitus contigisset. At ubi doctores catholici unam et eamdem lectionem sine varietate tenuerunt, nec ancipitem assertionis libraverc sententiam, nobis non licet latinam editionem in quæstionem vertere* ».

Limpidissimis hisce verbis subjunximus: « Il nous serait impossible de formuler plus nettement l'opinion que nous défendons ».

Ex his liquet laudatum Auctorem sententiam nostram ita impugnasse ut in eam bis ipse inciderit, aliamque aperte erroneam eidem substituerit. Unde et ad ipsum spectare videntur quæ scripsimus circa Cano, p. 76: « Pourquoi donc ne pas permettre à l'éminent théologien ce qu'on pardonne si volontiers aux probabilioristes et aux équiprobabilistes, c'est-à-dire, de rabattre quelque peu, dans la pratique, de la sévérité de ses principes, voire même de se rallier dans une certaine mesure à la théorie de ses adversaires, au risque de se trouver peu d'accord avec lui-même? Tel est l'empire de la vérité sur un esprit droit, qu'elle le contraint de reculer devant les dernières conséquences d'un faux principe ».

Supervacaneum igitur foret omnia argumenta nostra

instaurare atque vindicare. Quàm verò præposterè argumentationem nostram intellexerit, vel ex eo manifestum est quòd pp. 479, 643, ridiculam hanc nobis affinxerit opinationem, *sententiam nostram referre doctrinam communem Veterum*, cum tamen die medio clarius sit nos *sexto* argumento nostro nihil aliud probare voluisse quàm *sententiam Franzelin non referre doctrinam communem Veterum*. Hæc est enim severa conclusio Franzelin : « In re autem tam gravi à doctrinâ et interpretatione communi non est recedendum ». Conclusio verò nostra, p. 97 : « En voilà déjà assez, ce nous semble, pour persuader au lecteur le moins crédule, que nous sommes bien loin de professer une doctrine contraire à l'enseignement unanime des auteurs ». Quamvis autem nonnullos ex allegatis auctoribus nobis (parum feliciter) subducere conetur R. P. Mertens, ipse tamen contra Franzelin concludere cogitur p. 643 : « Il paraît que, loin d'être conforme au sentiment commun des auteurs, l'opinion soutenue par M. Van de Putte est celle *de la petite minorité* des théologiens catholiques des âges précédents ». Quidquid sit de numero Veterum nobis faventium, abunde tamen sufficit ad concludendum nos hac in re nequaquam à doctrina et interpretatione *communi* recedere. *Communior* forte fuit doctrina Franzelin, non tamen *communis ac necessariò tenenda*. Damnabitne R. P. Mertens totum illud agmen Interpretum catholicorum quorum sententiam ceu saniorem ac veriorem recens (In *La science catholique, Janvier* 1898, p. 105) laudavit approbavitque Ill^mus D. Lamy : « Beaucoup d'exégètes catholiques, *ait*, n'admettent pas ce principe (de Franzelin), bien qu'ils soutiennent l'authenticité du verset des trois témoins célestes. On trouve en effet des passages dogmatiques où la Vulgate ne rend pas exactement le texte original... Le professeur Martin se jette dans un excès contraire... » ? Viâ illa mediâ nihil nobis verius, nihil tutius apparet.

Præter verò *doctrinam* Auctorum, allegavimus eorumdem *usum*, ex quo collegimus sententiam nostram non quidem referre *doctrinam communem* Veterum, sed esse saltem *probabilem ac practice tutam*. Sic enim disputavimus p. 98 :

« 7me ARGUMENT : *Pratique des auteurs.*

L'usage est le meilleur interprète des lois. Or l'usage des auteurs qui ont écrit depuis le Concile de Trente est entièrement conforme à notre interprétation du Décret du Concile. Donc notre interprétation est la meilleure.

D'abord, la Vulgate porte certains passages dogmatiques réellement différents de l'original, mais inoffensifs au point de vue de la foi et des mœurs.

Ensuite, depuis le Concile de Trente, les exégètes catholiques ne se font aucun scrupule de révoquer en doute l'authenticité de quelques-uns de ces passages, voire même de les regarder comme apocryphes.

En troisième lieu, les adversaires même de notre système sur la Vulgate, n'osent pas en condamner l'application. Ceux qui l'ont taxée de téméraire, notamment Catharinus et Sotus, ont encouru eux-mêmes cette qualification de la part de Suarez, Estius, etc.

Donc les auteurs sont généralement d'accord pour admettre que notre opinion est au moins *probable, et sûre dans la pratique :* on peut en nier la certitude, mais on a mauvaise grâce d'affirmer qu'elle est *contraire à l'enseignement unanime des auteurs, et qu'il n'est pas permis de la suivre*. L'Eglise elle-même, qui surveille constamment l'interprétation et l'application de ses Décrets, n'a jamais élevé la voix pour censurer l'interprétation pratique sur laquelle nous appuyons notre opinion. Il nous semble donc plus sage de regarder l'usage constant et universel des auteurs comme une règle sûre d'interprétation, que d'alarmer sans nécessité les consciences catholiques. Il est peu prudent d'imposer comme certaine une opinion contraire à l'usage commun, et

c'est une illusion de croire que la vérité est l'inséparable compagne de la sévérité ».

Septimum hoc argumentum nostrum R. P. Mertens penitus omisit, aut fortasse tacite concedere voluit quando scripsit: « On peut fort bien accorder que *par exemple* le verset 3 du psaume XIII « *sepulcrum patens* » etc. n'appartient pas à ce psaume ». — Quæcumque autem fuerit hujusce omissionis ratio, ex hucusque disputatis concludere licet doctissimo Adversario nostro jam superesse ut argumenta nostra ipse adoptet, aut iis meliora sufficiat, aut sententiam nostram cum doctrina Franzelin componat, aut nostræ denique sententiæ minus ambigue contradicat.

G. V. D. P.

De missa bis de die celebranda ab eodem sacerdote

SEU

DE BINATIONE

(*Sequitur*. Cf. *suprà* p. 111.)

—

11. II° Veniamus jam ad *conditiones* observandas ut, existente causa necessitatis supra descriptæ, sacerdos valeat missam iterare. — Nimirum:

1° *Obtinenda est Ordinarii licentia*. — « Certissimum « illud est Missionariis tantum a sede Apostolica « potestatem aliquando fieri ut uno die sacrificium bis « operentur ; reliquis vero sacerdotibus opus esse ut « hac de re facultatem ab Episcopo consequantur, « etiamsi causa necessitatis intercedere videatur, cujus « sane judicium ad ipsos sacerdotes nequaquam « pertinet ». Bened. XIV const. cit. § *Tui præterea*. Cf. Instr. S. C. P. F. cit. n. 11. — Excipiendus est casus necessitatis subito exortæ pro quo recursus ad

Episcopum non pateret : cui tamen casui plerumque ipsi Episcopi suis statutis aliquatenus provident delegando aliis, puta decanis, facultatem hujusmodi licentiam concedendi. Ita in diœcesi Brugensi delegat Episcopus Decanos ad effectum « *concedendi facultatem binandi diebus dominicis et de præcepto festivis, in ecclesiis sui districtus, in casu* SUBITANEO ET IMPROVISO *qui moram non relinquat recurrendi ad Episcopum* ». Stat. (ed. 1890) p. 68.

Quando vero binandi necessitas prævidetur diutius perduratura vel est permanens, non statim poterit Episcopus petitam licentiam concedere, sed ipsius est examinare utrum non possit aliis remediis canonicis dictæ necessitati subveniri. Ac primo quidem succurrendum est, si fieri possit, per adjunctionem parocho vicarii coadjutoris, juxta Trid. sess. XXI, c. 4 *de ref.* ; dein cogi potest parochus « ad eleemosynam alteri sacerdoti elargiendam, qui Missam diebus dominicis et festivis celebret in alia dissita ecclesia, vel etiam in eadem, ad quam universus populus simul convenire nequit » (Secr. S. C. C. in *Derthonen.* 20 Aug. 1768; n. 20); si vero Parochus ob inopiam istam eleemosynam præstare nequeat, ad hoc cogi possunt parochiani seu potius ecclesiæ fabrica ad formam Trid. sess. XXIV cap. 13 et sess. XXI cap. 4 et 7 *de ref.* ; quodsi nec illud fieri possit, Episcopi esset de sua mensa supplere (Instr. S. C. P. F. n. 9) ; vel etiam videat Episcopus utrum procedere non valeat ad parochiæ dismembrationem, ad tramites Trid. sess. XXI cap. 4 *de ref.*

12. 2° Omnibus istis remediis deficientibus, Episcopus concedere poterit licentiam *duas missas* celebrandi, minime vero plures permittere posset, *etiamsi graves concurrerent causæ quæ majorem numerum celebrare suaderent*, uti colligitur ex pluribus S. C. P. F. resolutionibus, quas refert ejusdem Congregationis instructio cit. n. 3. Hanc doctrinam nuper firmavit S. C. C.: nam cum Episcopus S. Josephi in Costarica exposuisset in

sua diœcesi esse parochias nonnullas habentes quinque millia ad octodecim millia incolarum, quibus duo tantum præsunt sacerdotes, et postulasset ut casu, quo unus ex iis impeditus esset ne missam celebraret, alter etiam ter litare posset, S. C. die 6 Maii 1893 respondit: « Pro gratia ut in præfatis parœciis, ubi duo tantum adsint sacerdotes, alteruter binare possit, ad decennium, *excluso tamen*, QUOCUMQUE IN CASU, *ut quisque e sacerdotibus tertiam missam celebrare possit* ». — Quapropter omnino contradicendum Editori periodici *Acta S. Sedis*, t. VI, p. 568, necnon Lehmkuhl *Theol. mor.* t. II, p. 158 (ed. 1886) et Palmieri *Opus theologicum morale* vol. IV, p. 755, n. 302 opinantibus *de jure communi* parochum qui tribus aut quatuor parochiis præest ter vel quater (!) celebrare posse aut etiam debere, quatenus necesse sit ut diversi illi populi obligationi Missæ audiendæ satisfacere queant. Quod enim Episcopi facultate binationem concedendi muniti indulgere non valent, a fortiori solo jure communi permissum dici nequit. Cf. Feije, l. c. n. 11; Gasparri, l. c. n. 379.

Ut quis igitur extra Nativitatem D^ni^ *tres aut plures* Missas celebrare valeat, omnino requiritur *speciale* indultum S. Sedis. Hujusmodi indultum S. C. C., 20 Decemb. 1879, impertivit Archiepiscopo Mexicano, concedens ei ut « certi et determinati Sacerdotes ab Ordinario designandi, possint diebus dominicis ac festivis de præcepto tres missas celebrare »: tenor autem indulti fert: *Pro gratia ad quinquennium facto verbo cum SS^mo^, et ad mentem*. Mens autem Archiepiscopo patefacta erat: « Ut ultra tertiam missam nunquam nullaque de causa iterationem permittas; necnon ut concessionis tempore durante, ea qua præstas prudentia ac solertia res componere satagas ad tramites disciplinæ vigentis, qua scilicet plebis necessitati audiendi sacrum satis consulatur per binationem ». Nuper apud eumdem Archiepiscopum institit S. C. ut res ad tramites juris communis componerentur; cum tamen ipse graves

admodum protulit rationes ad obtinendum indulti renovationem, eadem S. C. 28 Martii 1896 reposuit: *Pro gratia ad quinquennium in forma et terminis rescripti 20 Dec. 1879, facto verbo cum SS^mo*. Cf. Gasparri l. c. n. 379.

13. 3° Licentia obtenta Sacrificium iterandi uti non potest sacerdos nisi sit *jejunus*. — « Semper a S. Congregatione Missionariis fuit præscriptum atque ab ipso Bened. XIV, eum, qui Missam iterat, consuetas calicis ablutiones sumere non debere ob jejunium, *ita ut, si in prima Misa post receptionem Corporis et Sanguinis profusionem acceperit, non debeat secundam Missam in prædictis casibus celebrare* (1) id est, etiam in iis casibus, in quibus populus Sacrificio diebus festis secus privaretur. » S. C. P. F. instr. cit. n. 19 cf. supra n. 6. — Ceterum communis est sententia non posse sacerdotem haud jejunum Missam celebrare hanc solam ob rationem ut populus præcepto sacri audiendi satisfacere queat; secus esset si concurreret ratio scandali etc. cf. Lahousse *De Euchar* p. 231; Lehmkuhl, l. c. n. 162, aliosque passim Moralistas.

14. *Nota*: — A Potestatem ad præfatam licentiam binandi concedendam in casu necessitatis habent Episcopi *de jure communi;* quam potestatem ordinariam non coarctat, sed illustrat et ampliat, illa eisdem delegari solita a S. C. de P. F. per facultates quinquennales pro foro externo, sub n. 15, sequenti formula, qua confirmantur observationes supra n. 11 sqq. positæ: « Celebrandi *bis* de die, *si necessitas urgeat, ita, tamen* « *ut in prima missa non sumpserit ablutionem*, per « unam horam ante auroram, et aliam post meridiem, « sine ministro, sub dio, et sub terra, in loco tamen « decenti, etiamsi altare sit fractum, vel sine reliquiis « Sanctorum et præsentibus hæreticis, schismaticis,

(1) (Conc. Nemaus. 1284, apud Bened. XIV. De SS. Sacrif. Missæ. lib. III cap. 5, n. 4).

« infidelibus et excommunicatis, si aliter celebrari non « possit. Caveat vero ne prædicta facultate seu dispensa- « tione celebrandi *bis* in die, aliter quam ex gravissimis « causis et rarissime utatur, in quo graviter ipsius con- « scientia oneratur. Quod si hanc eamdem facultatem « alteri sacerdoti juxta potestatem inferius apponendam « communicare, aut causas ea utendi alicui, qui a « S. Sede hanc facultatem obtinuerit, approbare visum « fuerit, serio ipsius conscientiæ injungitur, ut paucis « duntaxat, iisque maturioris prudentiæ ac zeli et qui « absolute necessarii sunt, nec pro quolibet loco, sed « *ubi gravis necessitas tulerit, et ad breve tempus*, eamdem « comunicet aut respective causas approbet. » — Admodum severas esse clausulas isti indulto appositas patet, indeque concludere licet quanta cum prudentia et cautela hac in re procedi velit S. Sedes: attamen in praxi usuvenire possunt et, servata proportione locorum et circumstantiarum, nostris regionibus applicari ea quæ pro locis missionum circa similis indulti clausulas observat cit. Instr. C. de P. F. n. 12 sqq., allegatis pluribus Sedis Apostolicæ responsis ; ex quibus eruitur: a' prudenti arbitrio Ordinariorum relinqui judicare utrum adsit necne necessitas binandi, quin verborum rigore anxie commoveantur, neque oportere ut illa necessitas sit absoluta sed *moralem* sufficere. Sic 9 Maii 1848 rescriptum est ad Episcopum statuum Americæ fæderatorum: « Venio ad postulatum tuum circa modum interpretandi necessitatem quæ requiritur ad licitum usum facultatis bis in die missam celebrandi... Noverit ergo Amplitudo Tua necessitatem hujusmodi de qua sermo est, *veram quidem sed moralem intelligi*, non autem absolutam, de qua proinde dijudicare de singulis casibus pendet a prudenti judicio, inspectis circumstantiis. Caveas ergo oportet hac in re ab anxietate nimia in dijudicando, *ne frustra concessa aut pene in nullo casu ad actum reducenda facultas prædicta videatur.* » — b' « In causis considerandis quæ usum facultatis sua-

deant magnam rationem habendam esse omnium conditionum statusque fidelium; easque causas quæ per se atque proinde multis in locis graves non sint, graves evadere posse in alliis locis ob circumstantias quæ casum concomitentur. » Ita quamvis 28 Jan. 1688 S. C. Inquis. responderat *non licere* missam iterare pro quindecim vel viginti personis qui secus sacro adesse non valerent, eadem Congregatio eodem anno *reliquit charitati et conscientiæ* Vice-Præfecti Missionis Tripolitanæ, ut permitteret binationem in favorem decem aut duodecim *servorum*, qui ob hanc suam conditionem peculiarem indulgentiam merebantur, quum unicum fortasse solatium eis esset S. Sacrificium. (*ibid.* n. 17).

15. B/ Consentiunt omnes, extra casum necessitatis supra determinatum, *sub gravi* prohibitam esse missæ iterationem, et contravenientes ab Episcopo gravi pœna plecti posse; imo nonnulli sentiunt hujusmodi delinquentem fieri irregularem, saltem, ut aliqui limitant, si missam iteret lucri causa seu ad duplex stipendium percipiendum: at probabilius censent alii nullam pœnam determinatam de jure esse statutam in sanctionem præfati delicti nude spectati; atque irregularitatem de qua variæ SS. Congregationum resolutiones pronuntiant, explicari debere per infamiam juris aut facti ex delicto contractam in casu. Cf. Feije l. c. n. 14 sqq.

(Sequetur) H. V. D. B.

Fabriques d'église

Séance légale du mois d'Avril

Aux termes de l'article 10 du décret du 30 Décembre 1809, le conseil de fabrique doit se réunir en séance ordinaire le premier dimanche du mois d'Avril.

L'avertissement de cette séance sera publié, le dimanche *précédent*, au prône de la grand'messe.

Le principal objet à porter à l'ordre du jour sont les diverses élections ou nominations que le conseil est appelé à faire dans cette réunion.

D'abord il pourvoit, s'il y a lieu, au remplacement des membres décédés, démissionnaires, etc. Art. 6 de l'arrêté royal du 12 Mars 1849.

Le conseil ainsi complété, procède ensuite à la nomination ou au renouvellement de son président et de son secrétaire. Art. 9 du décret de 1809.

Il réélit enfin ou remplace le marguillier le plus ancien en exercice. Art. 11, 15 et 17 du décret.

Ces élections doivent se faire dans l'ordre indiqué ci-dessus, en présence d'au moins 4 ou 6 membres suivant que le conseil compte 7 ou 11 membres, au scrutin secret, et à la majorité des membres présents. Il doit être dressé procès-verbal des élections faites; ce procès-verbal doit-être consigné au registre des délibérations, et signé par tous les membres présents.

Le même dimanche, les membres du bureau des marguilliers nomment ou renouvellent également leur président, leur secrétaire et leur trésorier.

Il est à remarquer que personne ne peut être élu membre du bureau, à moins qu'il ne fasse actuellement partie du conseil; — que personne ne peut occuper une dignité au conseil ou au bureau, à moins qu'il ne soit

respectivement membre de l'un ou de l'autre corps; — que le même membre ne peut cumuler deux dignités dans le même corps; mais que rien ne s'oppose à ce que celui qui est revêtu d'une dignité au conseil en occupe également au bureau des marguilliers, si l'on excepte toutefois celle de trésorier qui paraît incompatible avec toute autre charge.

Nous rappelons aux administrations fabriciennes et aux curés du diocèse que le résultat des élections faites, ainsi que l'état complet de la composition du conseil et du bureau, avec indication de la date de nomination de chaque membre, doivent être transmis à l'autorité diocésaine, en déans la quinzaine qui suit le premier dimanche d'Avril. Voir *Epistola circularis ad clerum diœc. Brugen.* 6 Febr. 1897 et *Calend. liturg.* an. 1898, p. 37.

Cfr. *Collationes Brugenses*, T. I, p. 206, et T. II, p. 143 ss.

Ex S. Congregat. Indulgentiarum

DECRETUM SQUILLACENSIS

De Indulgentia altari privilegiato adnexa

Episcopus Squillacensis huic S. Congregationi Indulgentiarum sequentia dubia enodanda proposuit:

I. — *An Indulgentia Altaris Privilegiati separari possit ab applicatione seu fructu Sacrificii, quando Sacrificium est celebrandum pro defunctis?*

II. — *An eadem Indulgentia Altaris Privilegiati separari possit, quando celebratur Sacrificium pro vivis, ita ut Indulgentia prædicta applicari possit pro defunctis ad libitum Celebrantis?*

III. — *Quomodo intelligenda sit inscriptio, quæ reperitur in aliquibus Altaribus, hujus tenoris: « Altare Privilegiatum pro vivis atque defunctis »?*

Et in generali Congregatione habita in Palatio Apostolico Vaticano, die 5 Augusti 1897, Emi Patres rescripserunt:

Ad I^{um} et II^{um}: *Negative.*

Ad III^{um}: *Interpretanda est ita, ut tam pro vivis, si in Altari, de quo agitur, Missa Sacrificium pro vivis applicetur, quam pro defunctis, si pro his S. Sacrificium applicetur, intelligatur concessa Plenaria Indulgentia: pro vivis ad modum jurisdictionis, pro* ***defunctis ad modum suffragii.***

Et facta per me infrascriptum Card. Præfectum SSmo D. N. Leoni Pp. XIII de his relatione, in Audientia habita die 25 Augusti 1897, Patrum Cardinalium responsiones Sanctitas Sua ratas habuit et confirmavit.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 25 Augusti 1897.

Fr. H. M. Card. GOTTI, *Præf.*

L. ✠ S.

† A. Archiepisc. Antinoen., *Secret.*

Adnotanda.

I. In hoc decreto potissimum inculcatur in missa privilegiata, indulgentiæ beneficium non posse separari a sacrificii fructu. Anteriora responsa auctorumque sententiam jam communem (cf. *Collat. Brug.* II, p. 599) S. Congregatio hodie sigillo decreti generalis confirmat **ut nullus jam dubitandi locus habeatur.**

II. Sed movetur et alia quæstio, quomodo nempe intelligendum sit *altare privilegiatum pro vivis et defunctis.*

1. Quanquam indulgentia altaris privilegiati vi vocis et de se non magis indicat indulgentiam defunctis applicandam quam vivis, tamen ex stylo curiæ et usu apud auctores universim (1) et quasi exclusive recepto intelligitur indulgentia plenaria missæ celebrationi adnexa et uni defuncto applicanda. Nonnisi ita solet Ecclesia eam concedere et ubicumque in documentis S. Sedis occurrit locutio « altare privilegiatum » sine addito, intelligenda est de altari privilegiato pro solis defunctis.

---

1) Quamplurimi auctores ne verbulum quidem habent de altari privilegiato pro vivis.

Quoad hoc privilegium consuetum nihil præsente decreto mutatur. Perperam quis ex responso ad II concluderet, in altari simpliciter privilegiato, jam posse acquiri indulgentiam pro vivis, si sacrificium pro vivis celebretur: hoc enim in casu nec vivo nec defuncto indulgentia applicatur.

2. Attamen certum est extare quædam altaria privilegiata sive *pro vivis* sive *pro vivis et defunctis*, licet extra Urbem raræ, imo rarissimæ exceptiones esse videantur. (1) Hujusmodi privilegia explicanda sunt juxta verba ipsius concessionis. Ita privilegium « pro vivis » interdum unice consistit in hoc ut fideles, sive determinati sive universi, lucrari valeant indulgentiam, dictum altare debitis conditionibus visitando (2). Qua de re nulla hic movetur quæstio.

Sed quomodo interpretandum privilegium quando altare conceditur et legitime inscribitur « privilegiatum *pro vivis et defunctis* » absque ulteriori explicatione? Ita Gregorius XVI, die 17 Junii 1836, « altare subterraneum SS. Apostolorum Petri et Pauli Vaticanæ Basilicæ... privilegiatum *tam pro vivis quam pro defunctis* » declaravit (3). De solo hujus generis privilegio extraordinario agit dubium III hujus decreti.

a Si in hujusmodi altari Missæ sacrificium applicetur *pro defunctis* serventur omnia principia et regulæ de altari privilegiato consueto.

b Si autem *pro vivis* celebretur, indulgentia nequit applicari pro defunctis (ad II), sed intelligitur concessa plenaria indulgentia pro vivis (ad III.)

Hæc tamen ultima solutio non caret difficultate. Est enim omnino contra usum Ecclesiæ ut concedat fideli-

(1) Cf. R. P. Hilgers: *Manuel des Indulgences* (1897) p. 143; *Nouv. Revue Théolog.*, X, p. 222; et præsertim *Analecta Juris Pontificii* ser. VIII col. 2060 sqq. ubi plura hujuscemodi decreta citantur.

(2) Exemplo sint concessiones factæ a Pio II, Benedicto XIV, Gregorio XVI (29 Jan. 1833) ap. *Anal. Jur. Pont.* col. 2061 sqq.

(3) Ap. *Anal. Jur. Pontif.* col. 2065.

bus indulgentias quas quis non sibi sed *aliis viventibus* applicare queat. Merito ergo quæri potest utrum indulgentia altaris privilegiati pro vivis possit applicari sine discrimine cuicumque vivo pro quo celebratur.

Certe in hoc altari *pro seipso celebrans* indulgentiam sibi acquirere potest. Nec negandum est quod possit eam sibi lucrari, ille *qui facit* (1) *celebrare pro se* (dummodo de cetero adimpleat conditiones quæ forsan adjiciantur) (2). Ita intelligenda est antiqua inscriptio quam referunt *Anal. Jur. Pontif.* col. 2066: « Una missa celebrata in hoc altari liberat animam e purgatorio (privilegium pro defunctis). Applicata vero *pro persona vivente communicata et confessa* eam liberat ab omnibus peccatorum pœnis ». Ita etiam intelligendum videtur breve Julii III, diei 25 Jun. 1554, quo eædem indulgentiæ conceduntur tam presbyteris celebrantibus « quam universis fidelibus qui missas celebrari fecerint » et ad consuetas intentiones oraverint (3).

Sed si Missæ sacrificium applicetur pro persona vivente quæ plane v. g. ignorat missam pro se celebrari, salvo meliori, censemus ei applicari non posse indulgentiam ad quam lucrandam ipsa nihil contulit. Verba decreti non cogunt nos ad tam latam interpretationem contra quam clamat prædictus Ecclesiæ constans usus.

3. Tandem in fine responsi ad III in mentem revocatur doctrina de modo diverso quo indulgentiæ applicantur vivis et defunctis.

In omni peccato adest præter reatum culpæ reatus et pœnæ: honor enim Dei peccato læsus reparationem exigit. Hæc autem, deleta culpa, fieri potest non tantum satisfactione ipsius peccatoris, sed etiam satisfactione

---

(1) Ponimus in singulari, quia etiamsi plures sint, censemus tamen indulgentiam nonnisi *uni* posse applicari: conceditur enim ad modum indulgentiæ altaris privilegiati consueti quæ *uni* tantum defuncto suffragari potest. Cf. *Collat. Brug.* II, p. 600.

(2) Cf. *Nouv. Rev. Théol.* l. c.

(3) Ap. *Anal. Juris Pont.* col. 2061.

ab alio debitis conditionibus pro reo præstita. Jamvero in indulgentia, Ecclesia illam compensationem Deo exhibet desumendo ex thesauro suo partem satisfactionum Christi et Sanctorum æquivalentem pœnæ remittendæ, eamque offerendo Deo acceptandam in pœnæ solutionem.

Diversimode autem pro vivis et pro defunctis fit hæc pretii exhibitio et pœnæ solutio. In viventes enim fideles exercet Ecclesia veram jurisdictionem et quidem talem ut, ipsa solvente super terram, Deus solvat in cœlis. Ideo si agatur de indulgentia pro vivis, Ecclesia utens sua jurisdictione, vivos sibi subditos et opus quoddam præscriptum præstantes, vera judiciali sententia absolvit a pœna temporali, in cujus compensationem Deo offert satisfactionum Christi partem, quam Deus infallibiliter acceptat, si debitæ ponantur conditiones. Unde omnis indulgentia *pro vivis* dicitur concedi *per modum absolutionis* seu *jurisdictionis*.

Sed in animas purgatorio detentas Ecclesia non gaudet jurisdictione: unde non potest illas judicialiter absolvere. Non restat proinde nisi ut pro illis offerat Deo de thesauro suo satisfactionem æquivalentem, simulque Eum deprecetur ut hanc compensationem pro benignitate sua acceptet, animamque purgantem a reatu pœnæ solvat. Ideo dicitur indulgentia *defunctis* applicari *per modum suffragii*.

C. C.

E Sacra Congregatione Rituum

BUGELLEN.

Privilegium cantandi Missam de Requie bis in hebdomada, præter dies liberos, non extenditur ad Missas lectas.

In Actis Synodalibus diœceseos Bugellensis, pag. 3 legitur: « Missa etiam in pauperum funeribus, præsente cadavere, si fieri potest, cani debet: legatur autem, si cani nequit, diebus per decreta S. Rituum Congregationis permissis ».

Hinc ab ipsa Sacra Congregatione expetitum fuit: Utrum concessio facta die 4 Aprilis 1878 Ecclesiis vel Oratoriis publicis prædictæ diœceseos celebrandi biduo in qualibet Hebdomada, exclusis duplicibus primæ et secundæ classis, festis de præcepto servandis, feriis, vigiliis, octavisque privilegiatis, missam cantatam de Requie, extendatur etiam ad missam de Requie sine cantu, seu lectam?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicæ, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit: « *Negative, nisi agatur de Missa, die obitus seu depositionis pro paupere defuncto* ».

Atque ita rescripsit, die 28 Ianuarii 1898.

C. Card. MAZELLA, *Præf.*

D. Panici, *Secret.*

Adnotatio. Simili indulto celebrandi, bis vel ter in hebdomada et sub iisdem exceptionibus, missas cantatas in duplice gaudent plures diœceses inter quas pro ecclesiis parochiabus et duabus diebus in hebdomada diœcesis Brugensis *(ex decr. 27 Junii 1867)*.

Per præsens decretum rescribitur concessionem datam diœcesi Bugellensi extendi non posse ad missam de Requie sine cantu seu lectam. Quæ declaratio applicanda est aliis similibus indultis propter paritatem rationis. Ceterum ipsa concessio data pro diœcesi Bugellensi, sicuti etiam indultum Brugense, expresse limitationem

ad *missam cantatam* continet et consequenter per se excludit missas privatas.

Sed in responsione ad petitionem pro diœcesi Bugellensi factam additur: « *nisi agatur de missa, die obitus seu depositionis pro paupere defuncto* ». An ex hoc concludi debet missam privatam de *Requiem*, in die depositionis pauperis qui solvere non valet expensas missæ cantatæ, non pernitti, nisi ubi habetur indultum et quidem vi hujus indulti bis vel ter in hebdomada celebrandi missas *cantatas de Requie*, ac consequenter non nisi bis vel ter in hebdomada, recurrente sepultura pauperum, hanc missam lectam licere? Hæc conclusio certe non est admittenda. Sacra enim Congregatio per anteriora decreta, præsertim *in Adrien.* 2 Sept. 1871, declaravit modo generali, in funeribus pauperum, præsente corpore, *legi* posse missam de Requie, loco cantatæ, in festis duplicibus etiam majoribus, non tamen primæ et secundæ classis, neque infra octavas privilegiatas, neque in Dominica, neque iis diebus quæ excludunt festa duplicia. Talem esse sensum decretorum tenent plerique auctores recentiores inter quos Aertnys (*Compend. liturg.* nº 151), Schöber (*de Cærem. Missæ*, append. IV, cap. III, nº 11) et *Ephemerides liturgicæ* (III, p. 277; V, p. 11; IX, p. 14), nec hanc facultatem celebrandi missam privatam in exequiis pauperum S. C. R. restrinxit sed potius, ut nobis videtur (1), per decr. generale 8 junii 1896 (2) et decr. *in Romana* 12 januarii 1897 (3), extendit ad omnes dies quibus, juxta hæc decreta, licitum est missas privatas de Requie addi missæ exequiali in die vel pro die obitus. Jamvero admitti non potest Sacram Congregationem nunc per illa verba in responso particulari: « nisi agatur de missa, die obitus seu depositionis pro paupere defuncto », voluisse significare nonnisi vi indulti specialis et diebus in indulto comprehensis licitum esse

(1) Vide *Coll. Brug.* tom. II p. 283 — (2) Vide *Coll. Brug.* tom. I, p. 474 — (3) *Coll. Brug.* tom. II p. 281.

celebrare missam lectam in exequiis pauperum ; sed, ut nobis videtur, S. Congr. innuere voluit quod, quamvis indultum cantandi missas in duplici extendi non possit ad missas privatas, jura tamen salva manent celebrandi missam lectam in funeribus pauperum juxta concessiones et decreta anteriora. Hæc explicatio suadetur ex expositis in petitione proposita. Citatur enim ex actis synodalibus diœceseos ordinatio, qua statuitur ut in pauperum funeribus, præsente cadavere, canatur missa; si autem cantari nequeat, ut legatur diebus a S. Congr. permissis. Hinc quæritur utrum concessio facta cantandi biduo in hebdomada missam de Requie extendatur etiam ad missas sine cantu seu lectas. Evidenter in intentione petentis spectatur funus pauperum; desideratur extensio ut facilius et frequentius missa lecta de Requie celebrari possit, occurrente die depositionis pauperis. Quod liquet ex præmissa ordinatione prosynodali. Sacra autem Congregatio respondet non extendi concessionem, de qua quæritur, ad missas privatas, sed addit limitationem seu explicationem : « nisi agatur de missa die obitus seu depositionis pro paupere defuncto », acsi diceret : si agitur de die depositionis pauperis, nihil impedire quin celebretur missa lecta illis diebus duplicibus de quibus in indulto. Quod autem hæc missa permittatur etiam aliis diebus in concessione non contentis, nec affirmat nec negat, quia directe de hoc non interrogatur.

H. V. D. W.

Consultationes

I

On nous demande de divers côtés si l'acceptation des libéralités faites aux fabriques d'église doivent être l'objet d'une délibération du CONSEIL, ou bien si la délibération du bureau des marguilliers est suffisante ?

R. Aux termes de l'article 59 du décret du 30 Décembre 1809 :

« Tout acte contenant des dons ou legs à une fabrique, sera remis au trésorier, qui en fera son rapport à la prochaine séance du *bureau*.

« Cet acte sera ensuite adressé par le trésorier, avec les observations du *bureau*, à l'Archevêque ou Evêque diocésain, pour que celui-ci donne sa délibération s'il convient ou non d'accepter.

« Le tout sera envoyé au ministre des cultes, sur le rapport duquel la fabrique sera, s'il y a lieu, autorisée à accepter. L'acte d'acceptation, dans lequel il sera fait mention de l'autorisation, sera signé par le trésorier au nom de la fabrique ». (1)

C'est donc le BUREAU des marguilliers qui est spécialement chargé de délibérer sur l'opportunité de l'acceptation des libéralités que la fabrique est appelée à recueillir.

Cependant, d'après Giron, « l'article 59 doit être combiné avec l'article 12, qui soumet à la délibération du *conseil* de fabrique tout acte excédant l'administration ordinaire des mineurs.

« L'acceptation des libéralités doit donc être délibérée par le *conseil* de fabrique ». *Le droit administratif de la Belgique*, n° 1104, et *Dictionnaire de droit administratif*,

(1) Ce dernier alinéa a été modifié par l'art. 76 de la loi communale combinée avec l'art. 2 de la loi du 30 Juin 1865.

V° Fabriques d'église, n° 45. de Corswarem *(Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, n. 406), pense que l'intervention du conseil est requise lorsqu'il s'agit de libéralités faites à la condition de certaines *charges* à acquitter par la fabrique intéressée, parce l'acceptation de semblables libéralités ne rentre pas dans l'administration journalière du temporel de la paroisse (art. 14 du décret).

Nous ne saurions admettre ces théories ; nous croyons qu'en aucun cas l'intervention du conseil n'est exigée par la loi. Voici nos motifs :

1° L'article 59 nous paraît décisif. Cet article énumère en détail et dans l'ordre toute la série des formalités à remplir ; il détermine nettement la part d'intervention des divers pouvoirs (trésorier, bureau des marguilliers, Evêque, ministre des cultes); et il ne fait aucune mention de la délibération du conseil de fabrique. Mais il y a plus. Alors que partout dans le contexte l'intervention du conseil est spécialement mentionnée toutes les fois que le législateur la requiert, même lorsqu'il s'agit d'objets déjà prévus par l'article 12 (voir les art. 47, 62, 63, 64, 66, 70, 71, 72, 77, 85); ici la rédaction est telle qu'elle semble plutôt exclure cette intervention : l'acte contenant le don ou le legs, après que le bureau en aura délibéré, sera adressé *ensuite* (sans autre formalité), *avec les observations du bureau*, à l'autorité diocésaine (1). En présence d'une disposition aussi formelle, aussi explicite, nous nous demandons s'il est nécessaire, et conforme aux principes de l'interprétation des lois, de recourir à des inductions pour connaître la pensée du législateur.

(1) Cette interprétation se trouve corroborée par les travaux préparatoires du décret de 1809. Le projet de la section de l'intérieur portait, à l'art. 9, que le conseil délibérerait sur l'acceptation des fondations; mais cette disposition ne se retrouve plus, ni dans le projet amendé présenté par le ministre, ni dans le texte définitif du décret. Voir *Mém. belge*, an. 1870, p. 337 ss., et p. 511 ss.

2° D'ailleurs, l'argument tiré de l'article 12 n'est guère concluant. La disposition finale de cet article pose une règle générale, à laquelle toutefois plusieurs autres articles du décret ont apporté des exceptions. Ainsi, certaines dépenses, qui sont des actes d'administration ordinaire pour le tuteur, sont soumises à la délibération du conseil (art. 42 et 43); d'autre part, il est des objets qui excèdent cette administration, et pour lesquels le législateur a expressément délégué le bureau, notamment l'acceptation des dons et legs. Ce qui prouve, d'après nous, que la principe posé par l'article 12 n'est pas applicable à l'*acceptation des dons et legs*, c'est que le même article soumet à la délibération du conseil *l'emploi des fonds, excédant les dépenses du montant des legs et donations*. Dans ces circonstances, le silence du législateur en ce qui concerne *l'acceptation* de ces mêmes dons et legs, ne démontre-t-il pas qu'il n'a pas voulu soumettre cet objet à la délibération du conseil?

3° Au surplus, il y avait, nous semble-t-il, une raison de ne pas exiger cette formalité. Les intérêts de la fabrique exigent que les libéralités, et spécialement les donations, soient acceptées sans retard. Or le conseil ne peut, sans autorisation, se réunir que tous les trimestres; et, dans bien des cas, les délais nécessités par la demande d'autorisation, peuvent être préjudiciables à l'établissement institué. Voilà pourquoi l'article 59 ordonne que le trésorier, dès qu'il a reçu l'acte contenant la libéralité, en fasse son rapport à la *prochaine* séance du *bureau*.

4° L'opinion que nous défendons se trouve confirmée par l'enseignement commun des auteurs (1), et par la jurisprudence administrative (2).

---

(1) Citons Versluysen, *Handboek der kerkfabrieken*, p. 87; *Mém. belge*, T. IV, p. 366, T. VII, p. 302 et T. XVI, p. 267; De Fooz, *Le droit administratif*, T. IV, p. 531; Delcour, *Traité de l'administration des fab. d'églises*, nos 137 et 251; Affre, *Traité de l'adm. temp. des paroisses*, édit. belge, p. 56 et p. 125; Brixhe, *Dictionnaire*, V° Bureau, V° Acceptation et V° Donation; De

Dans la pratique, il arrive souvent que le *conseil* de fabrique délibère sur les dons et legs. Le décret de 1809 ne l'exige point : il suffit de la délibération du bureau ; mais rien ne s'oppose à ce que le conseil donne aussi son avis. Ce qui abonde ne nuit pas. Il existe même une décision ministérielle du 8 Février 1875, portant que la délégation donnée au bureau des marguilliers par l'article 59 n'est pas exclusive de la compétence du conseil de fabrique. Voir Leroy et Moulart, *l. c.*

C. V. C.

II

In officio defunctorum, si unum tantum recitatur vel cantatur nocturnum sine Laudibus, prout Rituale (tit. VI, cap. 3, n° 16) quibusdam in casibus permittit in exequiis, vel si separetur Matutinum vel nocturnum a Laudibus, an concludendum est officium per *Pater noster*, cum psalmo, versibus et oratione, prouti ordinatur in fine Vesperarum et Laudum?

Resp. Juxta doctrinam auctorum : Si aliquando Matutinum separetur à Laudibus, in fine ultimi responsorii dicitur *Pater noster*, cum reliquis precibus et oratione, ut ad Vesperas, sed sine psalmo in commemoratione Fidelium defunctorum et die depositionis corpore præsente ; aliis autem diebus psalmus *De profundis*

Brabandere, *Corp. jur. can.*, n° 1206 ; Leroy, *Instruct. pratiq.* etc., p. 155 et p. 177 ; Moulart, *Des fabriq. belges*, p. 526 et 543 ; Lenz, *Des dons et legs en faveur des établissements publics*, T. I, n°s 6 et 12 ; *Revue des fabriques*, I, p. 40 ; III p. 126 ; Dupin, *Guide pratique réservée*, p. 11 ; Orban, *Droit admin. notarial*, n° 530.

2. Voir circ. min. du 15 Déc. 1818 et du 10 Avril 1840 ; *Instruct. générale* émanée du gouvernement provincial de Brabant, an. 1893, n° 117. — Les arrêtés royaux autorisant les fabriques d'église à accepter des dons ou legs ne font mention que de la délibération du bureau, et ne visent que l'article 59 du décret. — En France, le conseil d'Etat a décidé que c'est au *conseil* de fabrique, et non au bureau, qu'il appartient de se prononcer *définitivement* sur les dons et legs faits aux fabriques. Avis du 16 Novembre 1887 ; et l'Administration des cultes appelle le *conseil* à statuer sur leur acceptation. Voir Caulet, *L'avocat du clergé*, p. 472, note.

laudabilius additur ». Ita De Herdt (tom. III, nº 128) qui citat decretum *in Briocen.* 21 Julii 1855 ad 5. In hoc autem decreto ad dubium : « In officio mortuorum, quum Laudes recitari non possunt, et unicum tantum cantatur nocturnum, Psalmus *De profundis* debetne recitari ad preces, quæ sunt recitandæ in fine nocturni » ? S. C. R. respondet : « Laudabilius esse si recitetur Psalmus *De profundis* ». In dubio, prouti proponitur, non quæritur directe an sint recitandæ preces, supponitur eas esse dicendas, sed tantum inquiritur de Psalmo *De profundis* illis precibus addendo. Sacra autem Congr. directe respondet psalmum laudabilius recitandum, ex quo erui potest eam admittere in casu obligationem precum, cum psalmus ad preces pertineat.

Quod autem generaliter dicatur psalmum laudabilius recitari, hoc intelligendum est, servatis rubricis tum Ritualis (*de exequiis*), tum Brevarii, necnon decretis, quæ clare excludunt Psalmum *De profundis* ad Laudes (sicuti psalmum *Lauda anima mea* ad Vesperas), in die commemorationis Fidelium defunctorum et in die obitus seu depositionis (1). Si omittendus est ad Laudes certe iisdem in casibus omitti debet in Matutino separato a Laudibus ; prouti docet etiam A Carpo (*Cæremoniale*, p. I, nº 157) : « Quamquam vero unicum recitetur nocturnum *sine* Laudibus, attamen ultimum responsorium ac preces cum psalmo *De profundis, quando hic dici debet*, uti supra animadvertimus *(exceptis scilicet diebus obitus et commemorationis Fidelium)* atque cum oratione vel orationibus nunquam prætermitti fas est, etsi continuo subsequatur Missa de *Requiem* vel Absolutio ». Hoc tamen limitatur ab eodem auctore dum superius dicit : « Duo nihilominus ultimi versus *(Requiem æternam* et *Requiescat) post* orationem omittuntur si statim sequatur Missa de *Requiem* vel Absolutio » (2).

---

(1) Cfr. *Collat. Brug.* tom. I, p. 137.
(2) Cfr. *Coll. Brug.*, tom. II, p. 288.

Verum quidem est decretum citatum agere de recitatione unius nocturni *sine* Laudibus, sed solutio etiam admittenda est, quando separatur recitatio nocturni vel nocturnorum a Laudibus quæ, verbi gratia, ad sequentem diem reservantur immediate ante Missam dicendæ, quia eadem ratio militare videtur, ne scilicet quasi abrupte cessetur ab officio sine solita conclusione, quæ generatim fit per orationem et versus concomitantes, et quia eamdem regulam applicatam videmus pro officio canonico de tempore vel de sanctis. Ita *in officio Chorali*, nocte Nativitatis Domini quando per Missam noctis separatur Matutinum a Laudibus, rubrica specialis præscribit post hymnum *Te Deum* dicenda versum *Dominus vobiscum*, orationem et versum *Benedicamus Domino;* et per decretum generale 1 Feb. 1886 S. C. R. respondit: « Quoties in *privata recitatione* separentur Laudes a Matutino, *hoc semper concludendum esse post respectivam orationem per versum « Dominus vobiscum » etc., necnon cum « Pater noster »*. Ex quibus deducendum est a pari, Matutinum etiam defunctorum separatum semper terminari debere conclusione officio defunctorum propria.

H. V. D. W.

Monitum

ad Confessarios diœcesis Brugensis

—

Cuicumque diœcesis nostræ confessario, excipienti confessionem operarii ante tempus paschale discessuri ad exteras regiones, ubi se impeditum iri ab implendo præcepto annuæ communionis idem operarius prævidet, concedimus, simul cum potestate jam concessa absolvendi, paschali dicta, ut hujusmodi pœnitenti facultatem facere possit ac valeat anticipandi impletionem prædicti præcepti ante suum discessum, in propria parochia.

Brugis, 22 Februarii 1898.

† G.-J. Episc. Brug.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra tom. III, pag. 129.)

ARTICULUS II.

De modo et ordine ascensus ad Deum cæteraque supernaturaliter revelata per fidem agnoscenda.

107. Postquam objective et in abstracto manifestationem Dei supernaturalem seu viam ad Deum supernaturaliter cognoscendum ac agnoscendum indicavimus, necnon naturam hujus cognitionis ac agnitionis explicavimus, oportet jam breviter eamdem viam subjective et in concreto percurrere seu modum et ordinem indicare quo iter hujusmodi ad Deum instituatur.

Ante omnia in memoriam revocanda est summi momenti distinctio inter ipsum fidei assensum, super omnia firmum ac certum, tum directe in veritatem revelatam expresse creditam, tum indirecte in objectum formale fidei, et assensum actui fidei necessario prævium in idem objectum formale, nempe in auctoritatem Dei et factum revelationis, de quo solo assensu prævio nunc agitur. Quæstio enim præsens est quo ordine et modo homo ad hoc perveniat ut videat esse credendum, et prudenter imperet ac rationabiliter dare possit ac debeat assensum fidei. Pervenit autem ad hanc evidentiam credibilitatis, ex eo quod auctoritatem Dei necnon revelationem a Deo factam cognoscat.

Et hæc quidem cognitio certa sit oportet, ita ut excludatur omnis rationabilis dubitatio omnisque formido prudens; secus enim prudenter imperari nequit ipse assensus fidei, nec obligatio credendi apprehendi. Nulla

quidem difficultas est de auctoritate Dei certo cognoscenda, cum ea clare percipiatur ab omni homine qui veram Dei notionem acquisivit. Quod vero factum revelationis attinet, hoc non solet evidenter cognosci, sed certo tamen cognosci debet, ea certitudine quæ excludat prudentem dubitationem ac formidinem, quæque in factis etiam certissimis moralis esse solet; et hæc requiritur et sufficit ut obligatio credendi sentiatur et assensus fidei rationabiliter ac prudenter imperetur.

Certitudo igitur moralis sufficit et requiritur, vera tamen certitudo, non mere subjectiva persuasio quædam, sed respondens objectivæ dignitati rationum revelationem manifestantium.

108. Jam talis certitudo requiritur, ita ut, saltem præ intellectu credentis, non præ omni intellectu excludat prudentem dubitationem: aliter enim habetur in homine docto, aliter in indocto ac puero, licet semper maneat vera et objectiva. Nam, eadem motiva credibilitatis seu potius argumenta veritatis revelationis factæ, solida et objectiva, aliter et aliter, pro diversorum ingenio ac cultura, apprehenduntur et efficacem persuasionem veramque certitudinem gignunt, et raro admodum apprehenduntur adæquate ac modo stricte scientifico, reflexe demonstrativo. Apposite advertit Murray (1): « Mihi autem videtur motiva (si non omnia, saltem fere omnia, censeo tamen omnia) quæ primo aspectu pure respectiva viderentur, attentius inspecta non esse nisi ipsa motiva absoluta, diverso ac accommodato modo proposita, et imperfecte et ex parte tantum spectata, vel initia quædam ad ista motiva absoluta ducentia. Ex variis narrationibus conversionum ad fidem catholicam in hisce regionibus nostra memoria factarum, hoc mihi valde probabile visum est. Sic, quædam ex istis conversionibus initium habuerunt ex visa et observata vita vere sancta quorumdam catholicorum; quidam conversi

(1) *De Ecclesia,* disp. XI, s. 3, n. 264.

sunt ex observatis effectibus confessionis in moribus famulorum ac proximorum; alii ex observata devotione fidelium piorum in ecclesiis attenta et fervida; alii ex lectione librorum piorum catholicorum; alii ex dissidiis quoad fidem quæ suas sectas agitabant desperatis, etc. Hæc omnia ad notas Ecclesiæ, unitatem, sanctitatem, etc., plane revocanda sunt, utpote tot istarum notarum significationes plus minusve claræ, et modi varii quibus Ecclesia in istis notis se manifestat. Horum motivorum respectivitas non in motivis ipsis, sed in modo et gradu, quo ista motiva apprehenduntur, reponenda est. Notandum est insuper, motiva hujusmodi respectiva, et istorum motivorum initia, et, ut ita dicam, prima lux, per se istorum conversorum mentibus non ingerunt ultimam et firmam persuasionem, sed ducendo ulterius, nempe ad exquirenda et contemplanda motiva absoluta ». Quibus nos addimus hujusmodi initia, si de puero catholico agatur, esse posse motiva absoluta sufficienter pro captu et conditione pueri proposita eique applicata, ita ut veram certitudinem pariant, qua majorem absurdum esset in hujusmodi subjecto requirere.

Merito tandem eadem certitudo exigitur a singulis credentibus, modo singulis accommodato, ita ut non semper motiva æque directe subjectum attingant: sufficere enim videtur ut evidentia credibilitatis habeatur in potentia propinqua, cum videlicet aliquis ad credendum movetur ratione aliqua gravi, ex qua facile possit certo colligere rem esse credibilem, v. g. puer doctrinam vere revelatam accipiens a parente aut sacerdote, qui in hujusmodi re cum auctoritate et nomine Ecclesiæ loquuntur nec solent decipere.

Forte non supervacaneum erit advertere hanc cognitionem facti revelationis ante fidem non esse, saltem quoad substantiam, supernaturalem, quamquam mimine excluditur multiplex Dei interventus supernaturalis illustrationis ac motionis, præsertim in baptizato, ut ad evidentiam credibilitatis perveniatur; primus actus

necessario ac substantialiter supernaturalis est judicium credibilitatis.

109. Hisce positis, si de homine exculti ingenii agatur, nulla difficultas est, quæcumque via eligatur ex supra expositis, sive historica, sive directa per Ecclesiam, perveniendi ad evidentiam credibilitatis doctrinæ catholicæ. Unum tantum obest, præjudicium, mala fides, ex vitiis præsertim sensualis vitæ voluntatem captivam tenentibus aut ex superbia mentem excœcante oriunda.

Hic plene verificantur quæ scribit Richardus a S. Victore: « Quotquot veraciter fideles sumus, nihil certius, nihil constantius tenemus, quam quod fide apprehendimus. Sunt namque patribus cœlitus revelata; et tam multis, tam magnis, tam miris prodigiis divinitus confirmata, ut genus videatur esse dementiæ in his vel aliquantulum dubitare. Innumera itaque miracula, et alia quæ nonnisi divinitus fieri possunt, in hujusmodi fidem faciunt, et dubitare non sinunt. Utimur itaque in eorum attestatione seu confirmatione signis pro argumentis, prodigiis pro experimentis. Utinam attenderent judæi, utinam animadverterent pagani, cum quanta conscientiæ securitate, pro hac parte ad divinum judicium poterimus accedere! Nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus: Domine, si error est, a teipso decepti sumus? Nam ista in nobis tantis signis et prodigiis confirmata sunt et talibus, quæ nonnisi per te fieri possunt. Certe a summæ sanctitatis viris sunt nobis tradita, et cum summa et authentica attestatione probata, te ipso cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis. Hinc est utique quod perfecte fideles paratiores sunt mori pro fide quam fidem abnegare. Nihil enim procul dubio firmius tenetur, quam quod constanti fide apprehenditur (1) ».

Cum supra duplicem viam indicaverimus, juxta quam

---

(1) *De Trinit.*, lib. I, c. 2.

demonstratio scientifica revelationis christianæ religionisque catholicæ fieri possit, et ex parte subjecti, nempe hominis excolti, nihil peculiare sit adjendum, nisi quod bona fides et vacuitas a præjudiciis et præconceptis opinionibus exigatur. Hæc jam relinquimus speculativis tractatibus de demonstratione christiana atque catholica.

110. Præterea, quod cæteros homines attinet qui longe majore numero scientificæ demonstrationis apteis non sunt, altera via indicata, directe per Ecclesiam, omnibus patet, quemadmodum generatim, optime quidem, id exponit Bouquillon: «Quamvis signa illa quibus divina bonitas manifestatur aliis distinctius et perfectius, aliis magis obscure et magis imperfecte manifestentur, pro diverso gradu ingenii quo pollent credentes diversisque circumstantiis in quibus versantur: attamen, saltem prout eorum complexum exhibet Ecclesia, omnibus sunt obvia, et omnibus accommodata ac sufficientia, ut plenam mentis adhæsionem producant, et omnem excludant prudentem formidinem de oppositio. Etenim, licet fideles rudiores motiva omnia credibilitatis distincte non noverint, nec ipsi ea valeant explicare, noverunt tamen, modo ipsis accommodato, unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam, et in hac semper eis ob oculos versatur immutabile, plene sufficiens, et certum credibilitatis motivum, seu potius motivorum complexus, ut jam non quasi dici audant, *leves sint corde*, sed *fundamentis innitantur firmissimis, ad plenam credibilitatis certitudinem, parum semper, quantum ad singulos pro eorum conditione spectat, ad haurienda* per Ecclesiam nempe et in Ecclesia *omni fecunda ratione de ea quæ in ipsis est spe*. Sicut namque in veritatibus quibusdam naturalibus, disponente providentia Dei naturali, totum genus humanum, citra demonstrationem scientificam, habet plenam certitudinem, quæ inquisitione philosophica potest quidem in suis fundamentis amplius et distinctius explicari, sed nullis apparentibus rationibus labefactari: ita divina bonitas et

sapientia in ordine providentiæ supernaturalis, disposuit Ecclesiam catholicam, iis insignem characteribus, ut in ea, citra scientificas inquisitiones, quibus longe maxima pars hominum idonea non est, etiam habeant facile cognoscibile compendium motivorum credibilitatis ad plenam certitudinem, quæ poterunt per disciplinas apologeticas distinctiori et ampliori explicatione confirmari, sed non potest rationibus contrariis induci prudens dubium ad illam certitudinem labefactandam. Profecto Deus et Christus ejus non doctis tantum hominibus fidem destinavit, et suam revelationem certo cognoscibilem reddidit, sed *pauperes evangelizantur* (Matth. XI, 5); et, ut Apostolus ait, 1 Cor., I, 26, 27, *non multi sapientes secundum carnem, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus ut confundat sapientes* (1) ».

111. Inde, eadem via ad Deum cæteraque divinitus revelata fide agnoscenda, nempe per Ecclesiam, divinæ originis atque auctoritatis notis insignitam, facile et quasi sponte percurritur in ordinariis circumstantiis et regionibus christianis, etiam a puero, præsertim baptizato, ad usum rationis perveniente et a parentibus ac sacerdotibus pro modulo suo fidem edocto. Deinceps vero quando, evolventibus sese viribus tum corporis tum animi, ætas adulta attingitur, eadèm motiva credibilitatis in Ecclesia et per Ecclesiam etiam pari gressu majorem lucem menti adolescentis et viri offundunt, ita ut, sive accedente scientia sacra ac profana, sive crescente solo naturali intellectus lumine cum experientià rerum, absque doctrina ac veri nominis scientia, unicuique semper præsto sint argumenta obvia et sibi accommodata, quibus summe rationabile appareat obsequium fidei et obligatio credendi quæ ab Ecclesia proponuntur sit evidens. Et hanc quidem viam facilem esse et efficacem, et quasi sponte percurri directe, omnes propria experientia novimus ac testari possumus, qui suaviter ad

(1) *De Fide*, n. 110.

fidem adducti, tum pueri, tum adolescentes adhuc indocti, tum theologi postea facti, semper fide certissima ac firmissima credidimus. Hanc tamen viam, directe facilem, reflexe ac quasi regrediendo percurrere longe difficilius: imo adeo complexa ac complicata res est, ut certum modum ac definitum ordinem pro singulis indicare nemo possit. Cæterum, haud inutile erit quædam generatim advertere de modo ac ordine quo puer ad fidem adducitur. Et primo quidem, sicut supernaturale sequitur ac perficit naturam, ita evolutionem rationis naturalis gradatim sequitur tum applicatio motivorum credibilitatis et propositio externa doctrinæ, tum interna illustratio divinæ gratiæ. Deinde, in puero ac rudi non requiritur ad obligationem credendi ac prudens judicium credibilitatis, eadem claritas motivorum, nec ulla reflexa ac scientifica consideratio, sed directa lux, etiam confusa cujus ipsi rationem reddere nequeunt, efficaciter movet, qui multo minus dubii sunt capaces, propter innatam simplicitatem aminique humilitatem ac credendi propensionem, vel in ipsa naturæ necessitate fundatam. Præterea, horum anima est tabula rasa, nondum spiris præjudiciorum erroruque nebulis obsita. Tandem, in pueris, sicuti in omnibus verificatur Augustini verbum : Deum non deseri, si non deseratur, ut pie semper justeque vivatur »: adeoque, quemadmodum pueri ac rudes, singuli pro conditione sua, ad sanctam vitam vocantur, ita benignissimus Deus, qui per Christum suum edixit talium esse regnum cœlorum, arcana suæ gratiæ operatione, ita animos parvulorum ac simplicium disponit et illustrat ut nihil deesse credamus ad ipsos suaviter ad firmissimum fidei assensum, quæ fundamentum est vitæ christianæ, adducendos: quod quidem in baptizatis præcipue efficere intelligitur, ita ut sponte velut sua, propter ipsum habitum fidei, in baptismate infusum, qui ad actus eliciendos suapte natura inclinat, actualem fidem concipiant ac exserant.

(Continuabitur.)

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Maii

—

I

Enarra I ad Thessal. V. 9, 10: « *Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum, qui mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus* ».

II

Q. Beatitudinis notione exposita demonstra Deum esse essentiale objectum beatitudinis.

III

Quænam delectationes sunt materia abstinentiæ, sobrietatis, castitatis? Paucis explica responsum.

IV

Expone generalem ordinem a Deo statutum et ab homine servandum circa easdem delectationes.

V

Quantum peccatum est gula et ebrietas? Explica responsum.

VI

Quelles sont les personnes qui ont droit à une place distinguée dans les églises?

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Februarii propositas

—

I

Q. Explica IV Reg. VIII, 10: « *Dixitque ei Eliseus: Vade, dic ei: Sanaberis: porro ostendit mihi Dominus quia morte morietur* ».

R. « Vel ironicè loquitur Propheta Eliseus, sicut in simili Michæas 3 Reg. 22, 15. Vel potius ad mentem interrogantis, quà quærebatur, an morbus esset *lethalis* regi, respondet Propheta, *non esse lethalem*, sed sanatum iri quantum est ex parte morbi. Neque verò morbo extinctus fuit rex, sed violenta suffocatione, ut dicitur v. 15. Ita Cajetanus et Sanctius » Tirinus.

Similiter ac fusius Estius: « Hæc duo in speciem pugnantia, variè conciliantur, sed à pluribus sophistice. Hebraice pro *sanaberis* est *vivendo vives*. Putant quidam permissum esse ab Elisæo ad consolationem ægroti, ut nuntius sic mentiretur, dicendo, *Sanaberis*. Sed non est verisimile quod Elisæus permisisset Deo Israel ascribi falsam prædictionem. Itaque potius dicendum, utrumque quodammodo fuisse verum, et illud *Sanaberis*, et alterum quod subjunxit: *Porro morte morietur*. Etenim futurum aliquid dicitur dupliciter tam secundum Philosophos, quam secundum Scripturam sacram. *Uno modo*, quod futurum est absolute. *Alio modo* quod futurum dicitur secundum causas præsentes. Et istud secundum genus futuri impediri potest, videlicet, quia causæ possunt mutari, vel impediri. Itaque juxta primum genus, ejus scilicet, quod absolute futurum erat, sunt prædicta omnia a prophetis de adventu, passione, et resurrectione Christi, de vocatione gentium, et similia.

Secundum alterum autem modum futuri, prædixit Isaias Ezechiæ regi, ipsum moriturum, quia morbus erat lethalis. Is. cap. 38, et hujus libri cap. 20. Et Jonas prædixit Niniven subvertendam, quia illud in causis erat secundum præsentia ipsorum merita, nisi pœnitentiam egissent. Jonæ 3. Ita ergo et quod hic dicitur, *sanaberis* vel *vita vives*, verum erat de futuro secundum causas, videlicet, quia infirmitas ipsa non erat ad mortem. Quod autem postea addit Propheta eum moriturum, verum est de futuro simpliciter, seu absolutè: quia licet morbus non esset lethalis, tamen accedente illa suffocatione per stragulum madidum, (de qua subjungitur) simpliciter moriturus erat ».

G. V. D. P.

II

Q. *Exponc quid et an sit Purgatorium.*

R. I. Purgatorii nomine intelligitur locus et status (1) in quo animæ justorum cum reatu peccati venialis vel pœnæ temporalis decedentium cruciantur donec omnia divinæ justitiæ debita solverint. — Triplex dari potest status animæ in instanti quo a corpore separatur: fieri enim potest a ut hæc anima aversa sit a Deo fine ultimo seu peccati mortalis reatui obnoxia, et tunc æternis inferni pœnis addicitur; b ut hæc anima ad Deum finem ultimum conversa sit per charitatem et simul nec peccati venialis nec pœnæ temporalis reatu ullo obligetur, et tunc statim cœlestis beatitudinis fit particeps; c ut hæc anima ad Deum finem ultimum conversa sit per charitatem, sed tamen vel peccati venialis vel pœnæ temporalis reatui adhuc obnoxia, et tunc detinetur hæc anima in purgatorio donec perfecte ab omni inquinamento purgetur. Si remanet in anima

(1) Quoad significationem harum vocum valent et notanda sunt ea quæ de Inferno diximus. Cfr. *Collat.* ann. III, p. 15 in nota.

reatus culpæ eo ipso adest reatus pœnæ, sed adesse potest solus pœnæ reatus, fieri enim potest ut anima pro peccatis sive mortalibus sive venialibus jam antea remissis temporalem debeat luere pœnam. Porro *per cruciatum* tollitur reatus pœnæ non culpæ: nam culpa non remittitur, etiam in altera vita, per cruciatum sed per actus amoris erga Deum et detestationis peccati: ergo cruciatus purgatorii directe ordinantur ad hoc ut animæ *satispatiendo* debitum erga divinam justitiam solvant. Ea igitur notio essentialis est purgatorii, eoque sensu mox quæremus an sit purgatorium, abstrahendo nempe a variis quæstionibus de natura pœnarum, de igne purgante, de loco purgatorii. Et hæc quidem duo diligenter ab invicem sunt distinguenda, ne perperam interpretemur traditionem Patrum, ut fecit inter hæreticos Petrus Martyr, *loc. commun. class.*, 3, c. 9, et quosdam Patres traducamus quasi dubitaverint de existentia purgatorii tamquam de fidei veritate, qua de re vid. Augustinum, *Enchirid.*, c. XVIII, n. 69, cum Comment. P. Faure, in h. l. Igitur purgatorium esse dogma fidei est, reliquæ quæstiones, ut v. g. de igne purgante, definitæ non sunt. Qua de re ita Bellarminus, l. II, *de Purgat.*, c. 10: « Communis sententia theologorum est, verum et proprium esse ignem (purgatorii) et ejusdem speciei cum nostro elementari. Quæ sententia non est quidem de fide, quia nusquam ab Ecclesia definita est, imo in Concilio Florentino Græci aperte professi fuerunt, se non ponere ignem in purgatorio, et tamen in definitione facta sessione ultima definitur purgatorium esse nulla mentione ignis habita, tamen est sententia probabilissima ». Adeoque ab ea recedere non licet.

II. Quando hic dicitur existere purgatorium, nihil aliud intelligendum est quam temporales pœnas quibusdam animabus post earum a corpore separationem reservari, quæ hujusmodi pœnis adhuc fuerint obnoxiæ. Hæc est veritas de fide tenenda uti constat ex Concilio

Florentino: « definimus..... si vere pœnitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas pœnis purgatoriis post mortem purgari... » (Denzinger *Enchir.* 588). Hanc esse veritatem a Deo revelatam certo demonstratur ex traditione, in qua testimonia plurima inveniuntur, alia quidem directe purgatorium esse asserentia: ex. gr. S. Gregorius Naz. dicit: « Non potest egressus divinitatis particeps fieri, nisi maculas animo immixtas purgatorii ignis abstulerit ». *(Orat. pro mortuis)*. Alia vero testimonia directe affirmant orationes et sacrificia semper in Ecclesia fuisse oblata pro defunctis ut hi a pœnis liberarentur; qua in consuetudine involvitur fides de existentia purgatorii. (Cfr. Jungmann. De Novissimis n° 86, et n^is 109-110, Bellarm., *De Purgatorio*, etc.).

Ex S. Scr. etiam demonstrari potest hanc veritatem fuisse a Deo revelatam, nempe ex 2 Mach. XII. 43-46. « Et facta collatione duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene et religiose de resurrectione cogitans... etc. ». De sacrificio oblato a Juda notandum est « offerebatur tale sacrificium secundum mosaïcam legem pro peccatis *expiandis*. Et hic quidem a pro expiandis peccatis illorum defunctorum (eorum qui ceciderant in prœlio); b nec tantum in favorem superstitum ne ob peccata defunctorum pœnas luerent; sed vere in favorem illorum defunctorum, ut constat ex versiculis 44 et 46; c ad avertendam ab eisdem defunctis pœnam quam per peccata sua incurrerant ». (Corluy, Spicilegium, I, p. 265). Ex facto hic narrato apparet persuasum fuisse Judæ Machabæo et universo populo qui pecuniis iis colligendis cooperatus fuerat: 1 iis « qui cum pietate dormitionem acceperant » reservari post mortem pœnas pro peccatis commissis (et nondum expiatis), 2 temporales non æternas esse illas pœnas quia illi « optimam haberent repositam gratiam ».

Atqui his continetur veritas de existentia purgatorii, sensu quo eam supra determinavimus, nihil scilicet definiendo circa tempus quo luendæ sint hæ pœnæ vel circa naturam istarum pœnarum. « Illam Judæorum persuasionem fuisse veritati consonam certos nos fecit ipse Spiritus Sanctus loquens vers. 46 per os auctoris secundi libri Machabæorum a Deo inspirati ». (Corluy l. cit. p. 266). Ergo in hoc loco existentia purgatorii nobis exhibetur ut certo a Deo *revelata*.

Alia quoque ex S. Scriptura loca afferuntur ad thesim nostram quæ tamen si sola spectentur non eadem ratione ac testimonium supra expositum suppeditant argumentum: etenim existentiam purgatorii vel non *ut certo revelatam* exhibent vel imo ejusdem existentiæ certum argumentum non præbent. Illa loca perpendamus. Celeberrimus textus est in 1 Cor. III, 10-15. Quamvis de hac pericope non unica sit interpretatio, admittenda tamen omnino videtur expositio quam tradit Jungmann (de Novissimus nº 84). Directe loquitur Apostolus de solis doctoribus Corinthiis et de tempore secundi adventus Christi. Tamen non minus certum est « doctores illos, quos Dominus in suo adventu inutilia docentes deprehendet, non tantum igne illo probatum iri, sed etiam ad salutem non esse perventuros, antequam, per ignem illum transeuntes, pœnas inutilium suorum laborum luerint. Unde summo jure colligimus *quadam esse peccata* quæ hominem absolute quidem a salute non excludunt, temporali quadam tamen pœna auferri debent, priusquam salus obtinetur. Porro eodem jure colligimus, *alios Christianos omnes*, quos Dominus adveniens gratia quidem sanctificante ornatos sed levioribus ejusmodi nævis et maculis aspersos inventurus sit, eadem ratione qua doctores illos, eodemque igne punitum et purgatum iri, ut æternæ salutis participes fieri possint; *eadem enim ex utraque parte ruinari ratio*. Ulterius quoque sequitur, aliquem ex illis doctoribus, quos Apostolus præ oculis habet, *si ante adventum*

Domini subita morte esset abreptus, nec salute æterna privari nec immediate ad eam admitti potuisse, i. e. eum æternam salutem obtenturum quidem fuisse, « sic tamen quasi per ignem », postquam a maculis suis purgatus esset. Quapropter *omnes christianos qui solis levibus nævis maculati ante secundum Domini adventum ex hac vita decedunt, pœnis temporalibus purgandos esse,* antequam ad beatitudinem ingrediantur, ex hoc loco paulino legitime deducitur » (Cornely *Commentarius in S. Pauli priorem epistolam ad Corinthios* ad h. l. — Qua in citatione ea sublineavimus verba quæ maxime ad rem nostram pertinent.) Legitimo ergo ratiocinio eruitur ex hoc textu S. Pauli existentia purgatorii, attamen hæc illatio non obtinetur per solam verborum explicationem sed per argumentum *a pari* et ideo in testimonio S. Pauli nec explicite nec formaliter implicite continetur conclusio de existentia purgatorii, quare hæc non potest dici *revelata* in hoc loco, nec textus ille solus sufficit ad demonstrandum existentiam purgatorii esse *dogma revelatum.*

Præter illa duo testimonia afferuntur etiam quædam verba Christi.

Ita apud Matth. XII, 32 « .... non remittetur ei neque in hoc sæculo neque in futuro ». Illis verbis nec revelatur nec certo demonstrari potest existentia purgatorii. « Innuitur (non tamen certo docetur hic) quædam peccata in altera vita remitti atque existere purgatorium seu locum in quo animæ charitate Deo conjunctæ expiantur » (Van Steenkiste).

Tandem quoad testimonium desumptum ex Luc. XII 58, vel ex Matth. V, 25-26: « non est consultum ex hoc loco argumentum depromere pro purgatorio. Idem monet *Jansenius*: « quare neque hoc loco recte quis urgere potest purgatorii probationem sicut nec ex parabola de conservo qui etiam dicitur reclusus in carcerem donec redderet universum debitum. Ubi per *donec* sicut et hoc loco non significatur, quod ad rem parabolæ

attinet, debitum aliquando persolvendum et tunc debitorem liberandum, sed locutione parabolæ convenienti significatur extremum jus ac debitum ab eo requirendum nec prius e carcere liberandum quam omne debitum persolverit; semper autem manet damnatorum debitum nec unquam ab eis exsolvi potest ». (Knabenbauer. *Commentarius in Evangelium secundum Matthæum*). Nec alia Scripturæ loca ad existentiam purgatorii certo demonstrandam rite afferri possunt, nec etiam apodicticum est argumentum ex ratione theologica desumptum, quamquam summæ convenientiæ rationem exhibet, imo magnam probabilitatem.

J. V. D. M.

III

Q. *Explica malitiam consuetudinis jurandi, quoad ipsum habitum et quoad juramenta ex habitu prolata.*

R. I. Habitus jurandi pravus est, utpote inclinans ad actus peccaminosos, nempe juramenta vana, falsa, inhonesta: *Jurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa... Vir multum jurans implebitur iniquitate..* etc. Eccli. XXIII, 9-14. Est igitur obligatio hunc habitum, sicut et cætera peccatorum pericula, præcavendi ac removendi. Unde peccat qui hunc habitum advertenter acquirit, quod tamen raro contingit; item peccat qui hunc habitum acquisitum eliminare negligit, et toties quidem peccat quoties suam obligationem advertens apta remedia opportune non adhibet. *Graviter* autem peccat, si ex illo habitu proxime disponitur ad emittenda juramenta falsa aut graviter inhonesta, atque id advertit; *leviter*, si disponitur tantum ad juramenta sine judicio usurpata aut leviter inhonesta.

II. Juramenta ex habitu prolata trifariam distinguuntur. Alia fiunt nihilominus cum advertentia tum ad actum jurandi tum ad defectum conditionum requisitarum: et tunc sunt *in se voluntaria* et pro ratione defectus

graviter aut leviter mala. Alia fiunt, raro tamen, cum advertentia ad actum jurandi sed sine advertentia ad defectus ejusdem: et tunc esse poterunt graviter aut leviter culpabilia *in sua causa*, scilicet in consuetudine culpabili, de qua sub I diximus. Alia tandem fiunt sine advertentia ad ipsum actum jurandi: et tunc non sunt proprie juramenta (vide supra, pag. 143 sq.); nihilominus poterunt et ipsa esse culpabilia *in sua causa*, scil. in consuetudine: vel quatenus externe sonant juramentum malum (indiscretum, falsum, inhonestum) eumque sensum auditoribus ingerunt, vel saltem, si ex adjunctis suum sensum juratorium non retinent, quatenus sunt vana quædam usurpatio nominis Dei.

Hanc quæstionem invenies absolutam apud Suarez, *de juram.* l. III, cc. 6, 7 et 8, Sanchez, *in decalog.* l. III, c. 5, de Lugo, *de pœnit.* diss. XVI, sect. 4, n. 200-212.

O. E. D.

IV

Q. Quousque licet exigere juramentum ab aliquo male juraturo?

R. 1° Non licet determinate petere aliquod juramentum quod sine defectu veritatis, justitiæ, aut saltem judicii, præstari nequit. Equidem res clara est si exigis juramentum falsum, inhonestum, vanum, quod alter sine *formali peccato* emittere non potest: sic enim inducis ad peccandum. At dubitari posset: an non liceat petere juramentum, quod alter emittere nequit sine *materiali* peccato, sed emittet sine formali peccato ob inadvertentiam defectûs: ut si petis juramentum quod scis inhonestum, sed cujus malitiam alter non advertit? Item, si ne materiale quidem peccatum in stricto sensu adest, sed tantum defectus objectivæ veritatis: nempe si petis ut alter juret id quod tu novisti falsum esse, ipse tamen invincibiliter credit esse verum? Respondemus hæc

nullatenus licere. Etenim juramentum in casu est a jurante quidem ut a causa proxima et physica, sed a petente ut a causa priore et morali : inadvertentia autem et ignorantia jurantis excusare nequit scienter ac volenter petentem ut Deus invocetur testis rei inhonestæ aut falsæ. — Ex eodem principio solvitur et aliud dubium circa defectum judicii. Interdum enim ex ipsa exigentia, seu coactione, petentis juramentum oritur, pro altero, justa causa jurandi : et tunc versamur jam extra quæstionem propositam de petitione juramenti a male juraturo. At quamvis in casu omnino licite agat jurans et juramentum, ut ab ipso procedit, sit ab omni defectu immune, illicita semper manet juramenti petitio quæ fit sine justa causa. De his cfr. Suarez, *de jur*. l. III, c. 14, n. 1-8.

2° Licet, ex proportionata causa, petere juramentum ab illo qui bene jurare posset sed valde probabiliter, aut moraliter certo, male juraturus prævidetur. Sufficiens causa difficilius pro privatis, facile pro publicis personis aderit. Ita judex ex justa lege juramentum imponit omnibus testibus, etiam fidei valde suspectæ : conari debet tamen præcavere perjurium, ubi speciale periculum apparet, testem graviter monendo ipsique pœnas civiles perjurii proponendo. Idem valet de his qui ex officio exigunt alia juramenta a lege ecclesiastica aut civili ob commune bonum præscripta. Dubium tantum moveri potest de ipsis civilium legum latoribus : quousque nostris temporibus expediat imponere civibus juramenta? Qua in re duo præ oculis habenda sunt. Juramentum vi legis impositum aliquem publicum Dei cultum involvit : et ideo perperam omnino legislatores e jure nostro moderno, jam adeo a religione divulso, usum juramenti omnem aut fere omnem removerent. Ab alia tamen parte, propria juramenti efficacia pendet ab agnitione et timore Dei, a sincero religionis sensu, quo jam plurimi destituuntur : et ideo perperam legislatores juramenta sine vera necessitate multiplicarent, maxime circa materias in quibus ardua est sinceritas et

difficilis detectio fraudis, ut est materia tributorum; sic enim crebris perjuriis locum darent et cives timoratos præ cæteris indebite gravarent.

O. E. D.

V

Q. *Quanta est obligatio juramenti promissorii?*

R. *Obligatio juramenti promissorii* proprie intelligi nequit *obligatio dicendi verum*, inclusa, sicut in juramento mere assertorio, ita etiam in juramento stricte aut late promissorio *quatenus est assertorium* præsentis intentionis exequendi rem promissam aut propositam: quæ sane obligatio ex toto suo genere gravis est. Sed intelligi debet *obligatio orta ex juramento promissorio qua tali*, nempe *obligatio religionis exequendi* suo tempore promissum sive propositum.

Jamvero obligatio inducta ex juramento promissorio indubie est gravis ex genere suo: id enim postulat reverentia debita Deo ac simul finis juramenti. At multum controvertitur utrum hæc obligatio sit gravis *ex toto genere suo* quin parvitatem materiæ admittat. Celebris hæc controversia pendet ab ipsa notione juramenti promissorii, seu a modo quo divinum testimonium invocetur in confirmationem alicujus promissionis sive propositi.

Secundum plures, præsertim antiquiores, Deus invocatur ut *testis*, non tantum præsentis voluntatis exequendi promissum, sed etiam ipsius futuræ *executionis:* quum optime de re futura testimonium petere possimus a Deo, cui omnia sunt præsentia.

Hæc tamen explicatio non videtur admitti posse, ob rationem quam bene proposuit Suarez, de jur. l. I, c. 9, n. 2: « In ipso promissorio juramento, quatenus de præsenti veritatem loquentis requirit, Deus etiam inducitur ut testis. At vero respectu facti futuri, non potest induci ut testis, nam testimonium non datur de re nondum

facta. Et quamvis apud Deum futura præsentia sint, tamen quatenus divinum testimonium per juramentum invocatur, non postulatur a Deo, ut sic dicam, testimonium de re futura ut *ipsi præsens est*, sed ut *est in verbo promittentis*. Sic autem non cadit testimonium in illud verbum nisi quatenus *capax est veritatis cum dicitur;* ergo respectu facti futuri, ut confirmandum illo verbo, non invocatur Deus ut testis sed ut fidejussor, ad cujus honorem et auctoritatem pertinet, ut qui juravit, cum effectu impleat quod asseruit vel promisit. » Hanc tamen vocem *fidejussoris*, quæ multis placuit, non possumus assumere in sensu proprio et stricto, quo dicitur fidejussor qui pro altero ita respondet ut in se suscipiat onus solvendi promissum in defectu alterius. Unde clarius, ex eodem Suarez l. III, c. 16, n. 10-12, dicimus : in juramento promissorio Deus invocatur ut testificans præsentem jurantis voluntatem exequendi promissum, ac simul ut præbens auctoritatem et vim promissioni sivi proposito, ipsius executionem ex speciali religionis obligatione urgendo : « quod, ait Eximius Doctor, declaro exemplo humano. Sæpe enim solent homines promittere, vel compromittere, aut sponsalia facere, coram rege vel alio homine magnæ auctoritatis, non ut proprie sit fidejussor subiens obligationem, nec etiam ut sit testis futuræ executionis, sed ut præbeat auctoritatem contractui, et ut contrahentes intelligant injuriam illi facturos si promissa non impleant. »

Hic præmissis jam ipsa controversia rite intelligi et dijudicari poterit.

Est igitur prima sententia affirmans obligationem juramenti promissorii esse gravem ex toto genere suo. Ita tenent non pauci, maxime antiquiores, inter quos eminent Cajetanus (in 2-2, q. 89, a. 7), Greg. de Valentia (disp. VI. q. 7, p. 3) et Lessius (ut verius, l. II, c. 42, n. 23); quibus recens accessit Perrone (de relig. n. 305) : quia, aiunt, Deus invocatur ut testis futuræ executionis : qui igitur non exequitur rem etiam levissi-

nam, Deum, quantum in se est, facit *testem falsitatis*. His quoque adhaeret Bouquillon (de relig. n. 583), ob aliam rationem : quia ex juramento non impleto Deus semper efficitur, si minus testis mendax, saltem *fidejussor iniquus* atque ita ejus *immutabilitas ac constantia* quasi destruitur. — Ex his tamen theologis quidam, cum Cajetano, inter violationem juramenti totalem et partialem distinguentes, concedunt levem esse omissionem parvulam ex materia totali jurata, quia tunc censetur **juramentum moraliter impletum.**

At negant AA. aeque insignes ac numero plures : S. Antoninus, Dom. Soto, Navarrus, Aragonius, Azor, Sanchez, Suarez, Castropalao, Laymann, aliique citati apud S. Alphonsum, n. 173, cui haec sententia est « non minus probabilis, imo forte probabilior » et consentiunt fere omnes moderni. Revera, juxta praemissa, bene responderi potest ad priorem rationem in contrarium : non invocatur Deus ut testetur veritatem rei futuræ, sed ut testetur intentionem præsentem simulque vim et auctoritatem præbeat executioni futuræ ; unde si in re levi juramentum non impletur, dummodo adfuerit intentio implendi, non efficitur Deus testis falsitatis. Et ad alteram rationem : Deus non invocatur tamquam simul cum jurante promittens sive proponens, instar fidejussoris proprie dicti, sed tamquam promissionem hominis urgens ac firmans ; unde qui non implet, non facit ipsum Deum infidelem aut mutabilem adeoque ejus fidelitatem aut constantiam non directe offendit et quasi destruit, sed ejus auctoritati irrogat injuriam, quæ, secluso formali contemptu, a gravitate rei pendere videtur. Quæ sententia confirmatur ex doctrina de voto, supra etiam (p. 69 sq.) proposita. Nempe communius theologi censent majorem esse obligationem voti quam obligationem juramenti promissorii. Jamvero Cajetanus quidem (l. c.) docuit votum recitandi vel unicum versum psalmi sub gravi obligare ; sed omnibus jam consentientibus, in fractione voti, etiam totali, parvitas materiæ admittitur.

Q. E. D.

VI

Q. *L'article 92 du décret du 30 Décembre 1809 porte: « Les charges des communes relativement au culte sont: 1°... 2° De fournir au curé ou desservant un presbytère, ou, à défaut de presbytère, un logement, ou, à défaut de presbytère et de logement, une indemnité pécuniaire ».*

Déterminez la juste portée de cette disposition.

R. Afin de répondre d'une manière adéquate à cette question, nous considérerons successivement le fait, le caractère, et l'étendue de l'obligation que l'art. 92 du décret impose aux communes, ainsi que le droit qui en résulte pour les curés ou desservants.

1° En vertu de l'article 92, 2° du décret de 1809, les communes sont, *en règle générale*, tenues de fournir au curé ou desservant, un presbytère, et, à défaut de presbytère un logement, ou, à défaut de presbytère ou de logement, une indemnité pécuniaire représentant le prix d'un loyer convenable.

Cette obligation est certaine. Elle ressort clairement de l'art. 72 de la loi du 18 Germinal an X (8 Avril 1802) combiné avec les décrets du 1er Pluviôse an XI (21 Janv. 1803), du 11 Prairial an XII (31 Mai 1804) et du 5 Mai 1806, et se trouve formellement consacrée par la disposition précitée du décret du 30 Déc. 1809.

Aussi la doctrine et la jurisprudence sont d'accord sur ce point.

Nous disons: *en règle générale;* parce qu'il est des cas dans lesquels l'obligation imposée aux communes de pourvoir au logement des curés est supprimée ou tout au moins atténuée. Cette charge est supprimée, d'abord lorsqu'il existe un ancien presbytère qui a été *restitué* en vertu de l'art. 72 de la loi du 18 Germinal an X; ensuite, lorsqu'il a été pourvu au logement presbytéral par une *fondation* autorisée au profit de la fabrique d'église (1). Elle se trouve atténuée en faveur

(1) De Brabandere, *Comp. jur. can.*, n. 1146 et n. 1147; *Rev. des fabriq.*, III, p. 112; *Rev. comm.*, 1894, p. 252; Bernimolin, *Les instit. prov. et comm. de la Belgique*, II, p. 417; Wiliquet, *La loi communale*, n. 1655.

des communes dans le cas exceptionnel prévu par le décret du 30 Mai 1806, dont nous parlerons ci-après.

2° L'obligation des communes est *directe*, *principale* et *absolue*, sauf dans le cas prévu par le décret du 30 Mai 1806.

La charge imposée aux communes n'est nullement subordonnée à l'insuffisance des ressources fabriciennes ; elle subsiste dans le chef de la commune, lors même que la fabrique pourrait y subvenir sur ses revenus libres.

Cette thèse, conforme à l'ensemble des dispositions législatives qui règlent la matière (1), est admise par la généralité des auteurs (2), et consacrée par une jurisprudence constante (3).

En conséquence, le fait que le curé occupe un immeuble appartenant à la fabrique d'église, — à moins qu'il ne s'agisse d'un ancien presbytère *restitué* ou d'un presbytère de *fondation* (voir 1°) — ne libère nullement la commune de son obligation. La fabrique peut toujours reprendre l'immeuble mis

---

(1) Voir, outre l'ancien droit, l'art. 72 de la loi du 18 Germinal an X, les décrets du 11 Prairial an XII et du 5 Mai 1806, l'art. 92, 2° du décret de 1809 combiné avec les art. 37, 46 et 49 du même décret; l'art. 131, 13° de la loi communale.

(2) Citons *Le Mém. belge*, III, 763; V, 482; VI, 361 et 529; VIII, 459; IX, 27; an. 1888, 243; an. 1889, 343 etc.; *Rev. cath.*, VIII, 17; XI, 160; XVI, 217; XX, 270 et 320, etc.; Versluysen, *Handboek der kerkfabrieken*, p. 65; De Fooz, *Droit adm.*, T. IV, p. 546; Brixhe, V° *Presbytère*; Lauwers, *Code de droit civil ecclésiastique*, p. 300; Moulart, *Des fabr. d'égl.*, 8me édit., p. 417 et p. 518; De Brabandere, *l. c.*; *Rev. des fabr.*, II, 41; Giron, *Droit adm.*, n. 1115, et *Dict.*, V° Fabriq. d'église, n. 58; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, p. 449 ss.; *Het Vl. Bestuur*, I, 287 et VIII, 313; Beltjens, *La constitution belge revisée*, p. 641; Bernimolin, *ouv. cité*, II, p. 417; Wiliquet, *ouv. cité*, nos 1655 et 1660.

(3) En ce sens: Trib. de Gand, 17 Déc. 1861 et 7 Avril 1862; Cour de Gand 27 Févr. 1864; Cour de Cass., 23 Déc. 1865 (*Pasic.* 1866, I, 7); Cour de Liége, 20 Juil. 1881 (*Pasic.*, II, 324); Trib. d'Anvers, 7 Août 1885 (*Pasic.*, III, 333); Cour de Bruxelles, 27 Avril 1887 (*Pasic.*, II, 232); Trib. de Verviers, 14 Mars 1888 (*Pasic.*, III, 271); Cour de Liége, 29 Mai 1889 (*Pasic.*, II, 303); Trib. de Bruxelles, 19 Janv. 1895 (*Pasic.*, III, 33); Trib. de Tournai, 27 Juil. 1896 (*Rev. de l'adm.* 1897, p. 220); Trib. de Bruxelles, 26 Déc. 1896 (*Rev. des fab.*, IV, 169).

à la disposition du curé ; et celui-ci peut toujours faire valoir ses droits vis-à-vis de la commune. De Brabandere, *ouv. cité*, n. 1147 ; de Corswarem, *ouv. cité*, n. 437 ; *Rev. des fabr.*, III, p. 113.

La commune n'est pas libérée davantage lorsqu'un curé a donné à la fabrique une maison servant de presbytère, en exprimant le désir que cette maison soit louée à ses successeurs, moyennant un loyer déterminé. Trib. d'Anvers, 7 Août 1885.

Il a même été décidé que si la fabrique d'église a contribué de ses deniers à la construction ou à l'acquisition du presbytère en allouant, à quelque titre que ce soit, des sommes à la commune, elle est recevable pour réclamer à celle-ci les sommes qu'elle a indûment versées. Trib. de Verviers, 14 Mars 1888 et Trib. de Bruxelles, 19 Janvier 1895. (1)

Il est toutefois un cas dans lequel l'obligation imposée aux communes n'est que subsidiaire ; c'est *le cas prévu par le décret du 30 Mai 1806*. Ce décret, après avoir statué que les églises et presbytères supprimés font partie des biens restitués aux fabriques et sont réunis à ceux des cures et succursales dans l'arrondissement desquelles ils sont situés, décide que le produit de ces biens sera employé à l'acquisition de presbytères ou aux dépenses de logement des curés et desservants dans les chefs-lieux des cures ou succursales, où il n'existait pas de presbytère. Dans cette hypothèse donc, la commune n'est tenue de pourvoir au logement

---

(1) Le motif de ces deux jugements est que la charge de fournir un logement au curé est essentiellement communale ; — que, dès lors, la fabrique n'a pas le droit d'affecter ses ressources à cet objet, parce que les fonds d'un service public ne peuvent pas légalement être distraits de leur destination au profit d'un autre service.

Nous n'admettons pas cette conséquence en tant qu'elle implique la négation du droit des fabriques d'acquérir et de posséder des presbytères, et de recevoir les libéralités destinées à ce service (cf. cour de Liége, 29 Mai 1889) *L'obligation* des communes n'est aucunement exclusive du *droit* des fabriques d'église. Voir circ. min. du 3 Sept. 1884 ; arr. roy. des 8 Mai et 13 Nov. 1896 (*Monit.*, pp. 1852 et 4829), du 27 Janv. 1898 (*Monit.*, p. 532), etc

du curé, que si les revenus des biens attribués à la fabrique sont insuffisants à cet effet.

3° Il est donc établi, et hors de contestation, que la commune est, en règle générale, obligée directement de fournir au curé ou desservant un presbytère, ou un logement, ou une indemnité suffisante. Il nous reste à *préciser l'objet et l'étendue de cette obligation.*

A. L'obligation imposée aux communes de pourvoir au logement des ministres du culte (art. 131, 13° de la loi comm.) ne s'applique pas aux *vicaires* qui desservent des *chapelles* ou des *annexes* (1). Au surplus, elle n'existe que pour *un seul* pasteur par église, qu'il s'agisse du culte catholique ou protestant. (2)

B. L'obligation des communes est-elle *disjonctive* ou *alternative?* Les communes sont-elles tenues de fournir de préférence un presbytère, et, à défaut seulement de presbytère, un logement en nature, et, à défaut seulement de l'un et l'autre, une indemnité pécuniaire? Ou bien, a-t-elle la faculté de fournir, à son choix, soit un presbytère, soit un logement, soit une indemnité?

La question est controversée. Plusieurs auteurs (3) pensent que le logement doit être fourni de préférence en nature ; et cette opinion semble la plus conforme au texte et à l'esprit de la loi. Cependant la plupart des jurisconsultes (4) sont d'avis que, en l'absence d'un

---

(1) Arrêtés royaux du 27 Juin 1881 (*Monit.* du 5 Juillet) et du 13 Octobre 1881 (*Monit.* du 28 Octobre); Circul. du Ministre de la justice du 13 Octobre 1881 ; Giron, *Droit adm.*, n. 1115 et *Dict.*, l. c., n. 59; *Rev. comm.*, 1896, p. 189; Wiliquet, *ouv. cité*, n. 1662.

(2) Trib. d'Anvers, 23 Déc. 1893 (*Pasic.* 1894. III, 314); *Rev. de l'adm.*, 1895, p. 123; Wiliquet, *ouv. cité*, n. 1657.

(3) Voir *Rec. cath.*, T. VIII, p. 129 ss.; *Mém. belge*, 1881, p. 734 ss.; discours de M. Woeste, dans la séance de la Ch. des Repr. du 16 Déc. 1881 (*Ann. parl.*, 1881-1882, p. 293).

(4) En ce sens, *Le Mém. belge*, III, 766; Versluysen, *ouv. cité*, p. 65; l'annotateur belge de Affre, *Traité de la législ. des paroisses*, p. 112; Moulart, *ouv. cité*, p. 409; de Corswarem, *ouv. cité*, p. 453, n. 438; *Het Vl. Best.*, VIII, p. 220; Giron, *Droit adm.*, n. 1116, et *Dict.*, l. c., n. 60; *Rev. comm.*, 1892, p. 237; Bernimolin, *ouv. cité*, II, p. 219; Wiliquet, *ouv. cité*, n. 1658.

presbytère de *fondation*, l'obligation des communes a un caractère alternatif. La jurisprudence est en ce sens (1).

Par application de cette doctrine, il a été décidé a/ que, dans les paroisses où il n'existe pas de presbytère légalement affecté à la demeure du curé, la commune n'est pas tenue d'en fournir : il lui suffit d'allouer une indemnite pécuniaire convenable; b/ que, lorsque, à raison de sa vétusté, une *ancienne* maison curiale est sujette à démolition (parce qu'elle ne pourrait être rendue habitable que par de grosses réparations équivalant à une reconstruction), aucune loi n'oblige la commune à la reconstruire : il y a, dès lors, défaut de presbytère dans le sens de l'art. 72 de la loi du 18 Germ. an X (Cour de Bruxelles, 26 Juillet 1884 et Cour de Cassation, 19 Nov. 1885); c/ que la commune a toujours le droit de changer, avec l'approbation de la Députation permanente, la destination d'une propriété communale qui sert de cure, et qui n'a pas cette affectation à titre de fondation, en allouant au curé une indemnité de logement en argent (Cour de Brux., 6 Janv. 1881); et qu'elle peut même agir par voie de référé pour obtenir provisoirement et d'urgence l'expulsion du curé, dont l'habitation a été régulièrement affectée à un autre service communal (Cour de Liége, 20 Mai 1881). Toutefois le Gouvernement a décidé que « les communes ne peuvent obliger les curés et desservants à quitter les immeubles servant de presbytères qu'à la condition de fournir *en même temps* à ces ministres du culte un

---

(1) Arr. roy. du 26 Mars 1881 (*Monit.* du 27 Mars), du 17 Oct. 1881 (*Mém. belge*, 1881, p. 731), des 4 Mars et 10 Avril 1890 (*Monit.*, p. 634 et p. 999); — Cour de Bruxelles, 6 Janv. 1881 (*Pasic.*, II, 148); Cour de Liége, 20 Juillet 1881 (*Pasic.*, II, 324); Cour de Bruxelles, 26 Juil. 1884 (*Pasic.*, II, 379); Cour de Cassation, 19 Nov. 1885 (*Pasic.*, I, 282); Trib. de Verviers, 14 Mars 1888; Cour de Liége, 29 Mai 1889; Trib. de Charleroi, 15 Juil. 1897 (*Pand. pér.*, 1897, n. 1252; *Het Vl. Best.*, VIII, 313).

Nota. Bien que la jurisprudence administrative considère l'obligation des communes comme essentiellement alternative, elle reconnait néanmoins aux fondateurs la faculté de subordonner les libéralités faites en vue de fournir un presbytère à la condition expresse que l'immeuble fourni restera toujours affecté à l'usage du curé. Voir, p. ex., les arr. roy. du 20 Mai 1895 (*Monit.*, p. 1892) et du 8 Mai 1896 (*Monit.*, p. 1852).

autre logement convenable, ou de mettre à leur disposition... une indemnité suffisante (arr. roy. des 4 Mars et 10 Avril 1890).

Au reste, comme nous l'avons déjà fait remarquer, ce droit de la commune ne s'applique pas aux *presbytères de fondation ;* ni, d'après nous, aux *anciens* presbytères rendus par l'art 72 de la loi du 18 Germ. an X (1); ni, moins encore, aux presbytères *appartenant à la fabrique* d'église. Il doit être restreint aux presbytères bâtis ou acquis par l'administration communale avec les deniers de la commune (2).

C. « En vertu de l'article 72 de la loi du 18 Germinal an X, les communes sont tenues de procurer aux curés et desservants un logement et *un jardin* ». Arr. roy. du 30 Déc. 1888 (*Monit.* du 4 Janvier 1889). (2)

L'opinion adoptée dans cet arrêté est la plus conforme au droit (3); elle est professée par la plupart des auteurs (4), et elle a été confirmée par plusieurs décisions judiciaires (5).

D. Lorsque le logement n'est pas fourni en nature, la commune est tenue de payer au curé une indemnité de logement suffisante pour lui permettre de se procurer une habitation convenable, située à proximité de l'église, et pourvue d'un jardin. Trib. de Brux., 26 Déc. 1896.

Lorsqu'un curé a fait donation de sa maison à une fabrique d'église, en exprimant le vœu qu'elle serve d'habitation à ses successeurs moyennant un loyer déterminé, la commune ne peut pas se prévaloir de cet acte de donation pour en conclure que l'indemnité de logement due par elle ne doit pas excéder ce loyer. Cour de Brux., 27 Avril 1887.

---

(1) En ce sens, Moulart, *ouv. cité,* p. 410; *Mém. belge,* 1881, p. 734; Woeste, *l. c.*; Bernimolin, *ouv. cité,* II, p. 419; — *contra,* Dép. min. du 4 Août 1880; Cour de Brux, 26 Juil. 1884. Cf. *Note* à l'arrêt de Cassation, 19 Nov. 1885 (*Pasic*, I, 282).

(2) Les arr. roy. du 7 Nov. 1889 (*Monit.,* p. 3248) et du 24 Févr. 1890 (*Monit.,* p. 573) décident dans le même sens en faveur des ministres protestants.

(3) Voir lois du 18 Oct. et du 20 Déc. 1790; art. 72 du 18 Germ. an X combiné avec le décret du 5 Mai 1806.

(4) Citons *Le Mém. belge,* III, p. 764 et 783; De Brabandere, *ouv. cité,* n. 1147*bis*; Moulart, *ouv. cité,* p 408; Bernimolin, II, p. 419; Beltjens, p. 641, n° 13; Wiliquet, n°s 1655 et 1661, etc.

(5) Trib. d'Anvers, 23 Déc. 1893 et Trib. de Brux., 26 Déc. 1896.

En cas de désaccord entre la commune et le curé au sujet du montant de l'indemnité de logement, la Députation permanente peut être appelée à fixer la somme à inscrire de ce chef au budget communal, par application de l'article 133 de la loi communale.

Les tribunaux sont également compétents. Cour de Brux., arrêt cité.

4° La disposition de l'article 92 du décret de 1809, en imposant aux communes l'obligation de fournir un presbytère, un logement, ou une indemnité de logement, au curé ou desservant, donne à celui-ci une véritable créance et consacre à son profit un droit civil dont il peut personnellement poursuivre la revendication devant les tribunaux. (1)

Le pouvoir judiciaire a compétence pour connaître de l'action que le curé intente à la commune à l'effet d'obtenir d'elle un logement, d'en fixer l'importance et d'établir le chiffre de l'indemnité qui en tient lieu. Il en est de même lorsqu'il s'agit d'une action en garantie dirigée contre la commune par un curé actionné par le propriétaire en payement du loyer de l'immeuble qu'il occupe. Cour de Liège, 29 Mai 1889. (2)

C. V. C.

(1) La jurisprudence des tribunaux considère l'indemnité de logement comme équivalant à une quotité ou à un supplément de traitement. Cour de Brux., 26 Juil. 1884; Cour de Cassat., 19 Nov. 1885; Trib. de Charleroi, 15 Juillet 1897. Cf. Giron, *Dict.*, l. c., n. 59; Beltjens, p. 641. Or, il importe de ne pas perdre de vue que les traitements se prescrivent par cinq ans (art. 2277 du c. c). Voir *Het Vl. Best.*, VIII, p. 313.

(2) Dans le même sens : Cour de Cassation, 23 Déc. 1865 (*Pasic* 1866, 1, 7); Cour de Brux., 27 Avril 1887; Trib. de Verviers, 14 Mars 1888 et Trib. de Tournai, 27 Juil. 1896 (*Rev. de l'adm.*, 1897, p. 220). — *Mém. belge*, III, 769 et V, 482; Moulart, p. 518; de Corswarem, p. 454; Giron, *Dict.*, l. c., n. 59; Wiliquet, n. 1660; *Rev. com.*, 1895, p. 186.

Dom. infra Octavam Ascensionis

Spiritus veritatis testimonium perhibebit de Christo. Pariter Apostoli, qui et dirissimis persecutionibus obnoxii erunt. Jo. XV, 26, 27, XVI, 1-4.

*
* *

Te dien tijde zei Jesus tot zijne leerlingen: XV, 26 Wanneer de Trooster zal gekomen zijn, dien ik u zenden zal van den Vader, den Geest der waarheid, die van den Vader uitgaat, — die zal van mij getuigenisse geven. 27 En gij zult ook getuigenisse geven, omdat gij van den beginne met mij zijt.

XVI, 1 Deze dingen heb ik tot u gesproken, opdat gij niet geërgerd en wordt. 2 Zij zullen u buiten de Synagogen doen; ja, de ure komt, dat al wie u doodt, meenen zal, Gode eeredienst te bewijzen. 3 En deze dingen zulllen zij u doen, omdat zij noch den Vader, noch mij en kennen. 4 Maar dit heb ik tot u gesproken, opdat gij, wanneer de ure daarvan zal gekomen zijn, gedachtig zijt, dat ik het u gezeid heb.

*
* *

Notationes

XV, 26. *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me* « Ex hoc loco disce, quis, qualis et quantus sit Spiritus sanctus: scilicet *primo,* ipsum esse tertiam in S. Trinitate personam, distinctam a Patre et Filio; ab utroque enim procedit et mittitur, procedens autem et missus a mittente distinguitur; *secundo,* Spiritum Sanctum vere esse Deum, Deo Patri ὁμούσιον, quia ab eo procedit, ut Deus a Deo; *tertio,*

ipsum procedere non a solo Patre, nec a solo Filio; sed conjunctim ab utroque, quasi ab uno spirationis principio; *quarto*, ipsum non procedere a Patre per generationem, ut sit Filius; sed per spirationem, ut sit Spiritus Sanctus; *quinto*, ipsum esse Paracletum, id est consolatorem et exhortatorem ad omne bonum; *sexto*, ipsum esse Spiritum veritatis, quia docet omnem veritatem veramque fidem, doctrinam et prudentiam; *septimo*, ipsum esse testem Christi ejusque doctrinæ; testem, inquam, omni exceptione majorem ac divinum, imo ipsum Deum » a Lapide.

« *Ille*, ultra testimonia verborum et operum hactenus a me producta, feret aliud *testimonium*, verissimum, certissimum, efficacissimum. Verissimum, quia Spiritus est veritatis. Certissimum, quia me intime perspectum habet, et omnia mea exactissime novit, quippe *quem ego mittam*. Efficacissimum, quia, *cùm a Patre procedat*, ejusdem cum eo naturæ ac potentiæ, novis signis ac virtutibus testimonium suum communiet. *Magna in vobis et per vos miracula faciens*, inquit Cyrillus, *divinæ meæ potestatis atque virtutis testis erit gravissimus*.

De me, quis ego sim, et quam iniquo odio illi me persequantur. Testabitur me esse Christum Filium Dei, ab ipsis quidem injuste occisum, a Deo Patre autem resuscitatum, exaltatum, atque ad dexteram ipsius in cælis collocatum.

Perhibebit, non quidem voce ulla sua, sed in vos illapsus per vos. Per vos enim subito mutatos in viros, ex rudibus sapientes, ex illiteratis legisperitos, ex infantibus disertos, ex idiotis loquentes linguis omnium gentium, ex imbellibus et meticulosis fortes et constantes redditos, instructos denique omnis generis donis; loquetur ea quibus non possint contradicere omnes adversarii vestri, (Luc. 21. v. 15) et operabitur excedentia virtutem totius naturæ creatæ, quæ incredulissimum quemque ad fidem permovere queant. Et certe æquum erat, ut postquam Pater et Filius testimonium perhibuerant, Spiritus

sanctus non deesset, consentaneè ei quod hic Evangelista scribit in prima Epistola sua cap. 5 v. 7: *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt;* ut et ipsum Spiritum sanctum odisse, inque eum peccare comprobentur Judæi, si maneant obstinati » Luc. Brug.

27. *Et vos testimonium perhibebitis* « s. de me, ex parte vestra. Distinguit Jesus testimonium Apostolorum a testimonio Spiritus sancti (quomodo distinguit et Petrus Act. 5. v. 32): non quod Spiritus sanctus non esset usurus Apostolis ut organis ac ministris, ad testimonium suum reddendum: sed quòd velit Jesus Apostolos peculiare aliquod testimonium ipsorum ex parte de se reddere, quod facile foret distinguere a testimonio quod iidem reddituri essent ex parte Spiritus sancti, humanum scilicet testimonium, ex visu et experientia sumtum. *Testimonium perhibebitis*, de iis scilicet quæ vidistis et audistis, et sensibus qui falli non possunt percepistis in me et circa me: illud enim testimonium manifeste proprium fuit Apostolorum. Atque hunc sensum indicat id quod sequitur: *Quia ab initio*, a Baptismate scilicet Johannis, usque in diem quo assumtus fuero a vobis (Act. 1. v. 22) *mecum estis*, fuistis, perseverastis, adhæseritis mihi individui comites... Hoc autem quàm graviter, fidenter, et intrepide præstiterint Apostoli, loquuntur Acta eorum (Act. 4. v. 20; 10 v. 41; I Jo. 1. v. 1 etc). Quamvis enim divinum Spiritus sancti testimonium sufficere deberet: voluit tamen Jesus addi et hujusmodi humanum Apostolorum testium oculatorum testimonium, ut concurrentibus undique omnis generis testimoniis, divinis et humanis, opprimerentur refractarii Judæi, et judice universo mundo, damnarentur perfidiæ erga Christum suum inexcusabiliter pervicacis, digni qui à Deo desererentur et reprobarentur » Luc. Brug.

XVI 1. *Hæc* « de odio mundi et persecutionibus vobis imminentibus, *locutus sum vobis*, non ut ingeram vobis timorem, aut augeam vestram tristitiam, sed *ut non*

scandalizemini et offendamini cum hæc vobis occurrerint mala. Scandalizaremini enim facile in me, et a fide in me propter illa excidere possetis, si non ante a me hæc vobis prædicta fuissent, propter inopinatum eorum occursum: et quia existimare possetis, mihi hæc non fuisse præcognita, aut me tantùm ad gratiam locutum et læta tantùm, tristibus occultatis, vane promisisse. Nunc verò horum prædictio muniet vos ne scandalizemini illis obvenientibus, tum quia a vobis erunt prævisa et præmeditata (minùs enim lædunt mala prævisa), tum quia agnoscetis meam in omnibus verbis fidem, omniumque rerum præcognitionem ». Jans. Gand.

2. *Absque synagogis...* « Cum in præcedentibus Dominus in genere dixisset suos odia et persecutiones passuros, nunc species quasdam persecutionum explicat, easque duplices juxta duplex malorum genus. Est enim malum calumniæ et ignominiæ, et est malum pœnæ atque supplicii. Ad calumniæ autem atque ignominiæ malum pertinet quod primo loco dicitur: *Absque synagogis facient vos*, hoc est, excludent vos a suis synagogis, interdicent vobis suis synagogis, vos excommunicabunt.

Sed, imo, quod amplius est, *venit hora*, id est, instat jam tempus, *ut omnis, qui interficit vos, arbitretur se Deo obsequium*, hoc est cultum *præstare*, aut sacrificium offerre (λατρείαν ποιεῖσθαι)... Dupliciter Dominus hac sententia exaggerat vim persecutionis. Primùm, quia non solùm e synagoga ejiciendos, sed etiam interficiendos ipsos significat. Secundò, quia ipsorum cædem homines non solùm non erant reputaturi injustam esse, sed etiam gratissimam Deo... Cæterùm quemadmodum maximum ignominiæ malum significatur præcedenti sententia, cum dicitur *absque synagogis facient vos*, ita hac sententia significatur maximum supplicii et pœnæ malum: proinde sub his duabus persecutionis speciebus omnia alia mala comprehenduntur ». Jans. Gand.

3. *Et hæc facient vobis, quia...* « Christus, ad discipulorum solatium, causam iterùm (cf. Joan. XV, 21)

declarat ob quam homines atrociter facturi sint illis; unaque excludit eam, quam dixit, persecutorum opinionem. q. d. At re ipsa illi vobiscum sic acturi sunt, *quia non noverunt Patrem, neque me:* hoc est, quia, ob incredulitatem suam, non noverunt Deum esse Patrem meum, nec proinde noverunt me esse proprium ejus Filium (cf. Joan. VIII, 19). Tacite porro significat discipulos inique et propter ipsum talia passuros esse (cf. Joan. XV, 21) » Liagre. — « Itaque *hoc vos satis consoletur, quòd propter me et Patrem patimini*, inquit Chrysostomus: hoc enim longe est gloriosius, quam pro parentibus, patriâ, aut aliis quibusvis » Luc. Brug.

4. *Sed hæc*, hæc autem *locutus sum*, prædixi *vobis, ut cum venerit hora*, tempus scilicet quo hæc reipsa vobis accident, *eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis,* id est, « recordemini seu memineritis quòd ego ea vobis prædixerim eventura vobis. Cum dicit *reminiscamini*, primò jubet ut alta mente reponant quæ audiunt; deinde ut cùm usus postulaverit, eorum sint memores: multum enim inde utilitatis percepturos, non tantùm hoc ut non scandalizentur, quod dixerat v. 1 ; verùm etiam ut in fide proficiant et corroborentur. Primùm enim, in ipso tempore periculorum, certiores ab eventu rerum fiebant de divina Christi præscientia, ne cogitarent illa ipsi haud fuisse prævisa. *Quomodo enim Deus naturâ non est, qui futura ut præsentia novit*, quod ait Cyrillus. Fiebant et certiores de divina Christi potentia, quâ facile posset ipsos ab his malis liberare, si consultum judicaret: quia qui potuerat prædicere, potuisset et impedire si voluisset. Tertiò persuadebantur certò, non minus veracem fore in promissis bonis, quàm fuerit in prædictis malis, et, quod ait Euthymius, à vera tristium prænuntiatione, fidelem habebant etiam in bonorum promissionibus. *Hæc locutus sum vobis*, scribit ex Chrysostomo Theophylactus, *ut quando videritis molesta illa evenisse, credatis et de reliquis. Non enim poteritis dicere, quòd jucunda prædixerim vobis, decipere vos cupiens: verùm sicut annun-*

tians tristia non decepi, ita neque læta dicens, indignus fide fuerim. Hæc ille. Memores itaque meæ prædictionis, fortes in fide suscipiatis cum gaudio spiritus has tribulationes, non tamquam de manu persecutorum, sed tamquam de manu Patris et meà, sine quorum nutu et voluntate nihil accidit ; et altis animis despicientes cæcum adversariorum vestrorum furorem, magnanimes pergatis in promulgando et explicando Evangelio meo » Luc. Brug.

Conclusio

1. Singulos Christianos oportet testimonium perhibere de Christo, tum intrepida fidei confessione, tum sancta atque fidei christianæ consentanea conversatione.

2. *Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur* II Tim. III, 12.

3. Ut autem quis Christum sicuti oportet, ac non obstantibus quibuscumque, confiteri valeat, omninó requiritur atque abunde sufficit auxilium Spiritus sancti Paracliti.

G. V. D. P.

Dissertationes

I

Dijudicantur nonnullæ singulares D. Ermoni opiniones circa authentiam Pentateuchi

(*Sequitur*. Cf. *suprà*, p. 161.)

—

Rejectâ igitur generali D. Ermoni conclusione circa authenticitatem Pentateuchi, restat ut nonnullas ejus singulares opinationes libremus.

I

Ut autem à rebus minoris momenti incipiamus, jam mirari subit quà facilitate laudatus Scriptor *Palæstinæ topographiam Moysi acervatim abjudicari posse censet:*

« Ed. Reuss, *ait* p. 471, s'est abattu sur la topographie de la terre promise, la Palestine. En examinant certains passages du Pentateuque, il a cru s'apercevoir et se convaincre que la topographie Palestinéenne est trop bien connue. Or, il est certain que Moïse n'avait jamais mis le pied en Philistie; il est mort sans y avoir pénétré. Par conséquent ces passages ne peuvent pas être de lui.

J'avoue que cet argument est bien plus fort (que l'argument tiré de la diversité des matières), et l'on ne peut l'examiner sans éprouver, pour ainsi parler, une fâcheuse impression. Cependant dirons-nous qu'il est impossible d'y donner une réponse? Nous n'irons jamais jusque là, quoique nous sentions que pour y répondre on est peut-être obligé d'avoir recours à certains atermoiements, qui ne font pas grand honneur à l'école qui défend l'opinion traditionnelle. Peut-être aurons-nous besoin aussi d'invoquer des hypothèses. Voici donc ce que l'on peut répondre.

Cette exactitude, pour ce qui regarde la topographie Palestinéenne, qui se rencontre dans certains passages du

Pentateuque, *pourrait être une donnée traditionnelle*. Moïse, sans avoir jamais séjourné en Philistie, aurait pu apprendre par la tradition certains détails sur le pays de ses ancêtres. Pourquoi ce grand courant hébreu, qui était emmené en captivité en Egypte, ou qui y émigrait pour d'autres raisons, n'aurait-il pas conservé certains souvenirs de son pays d'origine ? Et pourquoi Moïse tout jeune, vivant en Egypte au milieu des Hébreux, n'aurait-il pas pu apprendre certains détails sur le pays, d'où sa race avait été déportée, détails qui se seraient transmis à la postérité de bouche en bouche ? *Au fond nous ne voyons rien d'impossible dans cette supposition*, quoique, pour le dire franchement, nous n'ayons pas non plus beaucoup d'engouement pour des solutions qui **recourent trop facilement à la tradition.**

En second lieu, y aurait-il un grand inconvénient à dire que *ces détails topographiques sont postérieurs à Moïse lui-même, et qu'ils ont-été, selon toutes les apparences, ajoutés après la prise de possession de la terre promise par les enfants d'Israël ?* La cause de l'authenticité en serait-elle affaiblie ? Nous ne sommes pas porté à le croire. Que peuvent faire de petits détails à l'authenticité substantielle du Pentateuque ? — Au surplus je crois que les partisans même les plus déterminés de l'authenticité du Pentateuque ne vont pas jusqu'à soutenir que tout, absolument tout est authentique, et que tous les moindres détails viennent de Moïse. Cette idée, si elle avait pu par hasard se faire jour dans quelque esprit, serait renversée par le fait, définitivement établi, des altérations du texte à travers les âges ».

Libenter fatemur Pentateuchum non ita authenticum esse ut in eo nihil prorsus ceu non Mosaicum habendum sit : neque contendimus præfatæ topographiæ genuinitatem tanti esse momenti ut, eâ negatâ, jam substantialis Pentateuchi authenticitas conclamata videatur ; verùm, cum mosaica Pentateuchi origo *in possessione* sit, iniquum censemus Moysi quidquam, nedum summatim integram Palæstinæ topographiam sine gravi ratione abjudicare.

Jam vero argumentum ex eo desumptum quòd Moyses in Palæstinam nunquam intravit, adeo leve est ut, etsi

nemini Veterum ignotum, neminem tamen eorum moverit ad dubitandum de universæ topographiæ Palæstinensis authenticitate, cum neminem lateret Moysen nonnulla circa regionem Majorum suorum ex traditione discere potuisse. « Moïse, ait ipse D. Ermoni, sans avoir jamais séjourné en Philistie, aurait pu apprendre par la tradition certains détails sur le pays de ses ancêtres... Au fond nous ne voyons rien d'impossible dans cette supposition ». — Moysen istam topographiam à Majoribus suis accepisse eò facilius admittere debuisset quòd ipse concedit hæc tria : 1 Majores populi Israël ultra ducentos annos in Palæstina transegisse, antequam in Ægyptum migrarent ; 2 miram esse apud populos Semiticos vim traditionis (1) ; 3 Moysi præter oralem traditionem probabiliter præstò etiam fuisse documenta scripta (2).

Immò verò argumentum ex topographia Palæstinæ desumptum ad probandum Pentateuchi auctorem esse Moyse juniorem, facile in caput Rationalistarum retorquere potuisset D. Ermoni, si animadvertisset talem esse illius topographiæ indolem, ut prodat auctorem suum nec eo tempore quo scripsit, nec antea in Palæstina vixisse, eamdemque ex aliorum dumtaxat relationibus cognovisse, adeoque terræ Chanaan occupatione antiquiorem fuisse. Argumentum hoc egregiè pertractat R. P. Cornely, l. c. p. 57. Postquam enim ex ipsa

---

(1) Sic p. 601, tractando de authentia Geneseos inde ab historia Abrahami usque ad finem ejusdem libri : « Lorsqu'on connait la puissance de la tradition chez les peuples orientaux, ait, on n'est nullement étonné que le souvenir de ces évènements ait pu se transmettre à travers une assez longue série de générations, traverser plusieurs siècles, et soit parvenu à l'époque mosaïque dans sa fraîcheur primitive. En fait de tradition, les Sémites sont très-conservateurs ».

(2) Ita p. 602 : « Le législateur du peuple hébreu a dû probablement trouver, au sein des familles, ces récits, ces mémoires, qui conservaient le souvenir des évènements du passé, des gestes des ancêtres... On sait avec quel soin en Orient on compose et conserve précieusement ce qu'on pourrait appeler l'histoire des familles ».

Pentateuchi indole ostendit Pentateuchum *in deserto* conscriptum esse, *à viro qui res ægyptiacas optime cognitas habuit*, ita pergit:

« Quod si auctori res ægyptiacas fuisse notas totus Pentateuchus clamat, æque clare testatur, *illum nec eo tempore, quo scripsit, nec antea in Palæstinâ vixisse.* Urgere nolumus quod tota fere legislatio futurum populi in Palæstinam ingressum futuramque terræ promissæ possessionem respiciat, siquidem sexcenties in legibus additur: « *quum introieritis terram, quam Deus daturus est vobis* » aut similis expressio; alia enim argumenta præsto sunt. Profecto scriptor in Italia degens et Italos alloquens, celebriores Italiæ urbes in Italia sitas esse nunquam adnotabit. Jam vero quod Jacob *in Ægypto moriens* filios suos roget, ut se sepeliant « in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi contra Mambre *in terra Chanaan* », id admirationis nihil habet; at auctorem Pentateuchi, si celeberrimas Palæstinæ civitates lectoribus suis in Palæstina sitas esse dicere debuit, nec ipsum nec ejus lectores in Palæstina vixisse evidens est: « Civitas Arbee, quæ est *Hebron in terra Chanaan* », « *Sichem in terrâ Chanaan* », « Luza, quæ est *in terra Chanaan*, cognomento *Bethel* », *Garizim et Hebal,* « qui sunt trans Jordanem post viam, quæ vergit ad solis occubitum, *in terra Chanaan* » etc. Quod argumentum majorem vim habet, si comparaveris quâ ratione sive de Ægypti civitatibus etiam minoribus sive de deserti stationibus loquatur, quas omnes velut notissimas sine ullâ loci determinatione enumerat. Porro auctor, si in Palæstinâ scripsisset et lectores præ oculis habuisset, quibus Palæstina patria erat, ad regionis alicujus pulchritudinem et fertilitatem describendam cum regione ægyptiacâ eam certe non comparasset: regio autem Jordanis, antequam Dominus Sodomam et Gomorrham subverteret, dicitur fuisse « sicut paradisus Domini et *sicut Ægyptus venientibus in Segor* » i. e. sicut illa Ægypti inferioris pars, quæ habitantibus in Gesen

erat vicina ideoque nota, quam vero juniores Israëlitæ procul dubio ignoraverunt. Demum attendas velim *quam obiter* terræ promissæ fines in Pentateucho determinentur, quam accurate vero in libro Josue fines meridionales et septemtrionales describantur (1). In Occidente mare mediterraneum velut finis indicatur; cujus extremitas meridionalis sit « torrens Ægypti »; quæ autem sit extremitas septemtrionalis, tacetur. Si vero ex ipsis limitibus septemtrionalibus concludere licet, totam Phœniciam quoque limitibus indicatis comprehendi diceremus, uti certe integer Libanus et Antilibanus comprehenduntur. Jam vero regnum israeliticum ne Davidis quidem et Salomonis ætate Phœniciam regionemque usque ad Emath (Hamath) complexum est; quomodo igitur explicabunt adversarii nostri, juniorem quemcunque scriptorem limites indicasse, quos Israëlitas nunquam attigisse optime scivit (2)? ». Cf. etiam Kaulen, *Einleitung in die hl. Schrift, t. II, 3 éd. p. 191*, necnon Pelt, *Histoire de l'Ancien Testament, t. I, p. 302.*

Hæc omnia si laudatus Scriptor sedulò examinasset et æqua lance librasset, profectò non tam leviter integram Palæstinæ topographiam Moysi abjudicari posse pronunciasset.

II

Etsi fas sit authentiam Gen. XXXVI, 31-39 *in dubium vocare,* non tamen licet integram hanc pericopen sine peremtoria aliqua ratione *certò interpolatam proclamare.* Atqui D. Ermoni contendit integram illam pericopen manifestè interpolatam esse, idque propter tres sequentes rationes haudquaquam peremtorias:

1. « Dans ce fragment, ait p. 675, il est question

(1) Meridionales fines accuratius quidem quam septemtrionales à Moyse definiuntur, à Josue autem longa serie civitatum describuntur.

(2) Illi, qui Moysis inspirationem admittunt atque ex aliis libris inspiratis didicerunt, populum peccatis suis se indignum reddidisse, qui integram terram promissam acciperet, difficultate hac non turbantur.

« des rois qui régnèrent sur Édom avant que les Israélites eussent un roi » (verset 31). Or, à la première inspection, il est facile de voir que ce morceau n'a pu être écrit qu'à une époque où la royauté était *connue et pratiquée* en Israël, ce qui n'avait pas lieu du temps de Moïse ».

Ad hoc primum argumentum sufficiat respondere verbis Ill^mi D. Lamy, *Comment. in Genes.* : « Non solum ex divinâ qua illuminabatur inspiratione, sed ex prophetiis Abrahæ, Isaaco et Jacobo factis, supr. XVII, 5, 6; XXVI, 3, XXXV, 11, Moyses certissime sciebat fore ut Israelitæ reges haberent. Hac certitudine ductus legem à regibus observandam tulit in *Deut.* XVII, 14-20, imo regem futurum in captivitatem abducendum prædixit *Deut* XXVIII, 36. Verba autem « *antequam regem haberent filii Israel* », non necessario important Israelitas reges jam habuisse quum hæc scriberentur, ut patet ex similibus locutionibus ap. *Matt.* I, 18; *Luc.* XXII, 15; *Joan.* XIII, 19. ». Cf. etiam Cornely, l. c. p. 86.

2. « De plus, ita pergit, Moïse n'aurait pu énumérer les rois d'Edom *qu'il ne connaissait pas, puisqu'il ne pénétra jamais dans le pays d'Edom.* Cette digression sur les rois d'Edom n'était donc pas dans la rédaction primitive ».

Alterum hoc argumentum adeo futile est, ut seriam confutationem non mereatur. Si enim ex eo quòd Moyses nunquam penetravit in terram Edom, necessario sequeretur ipsum cognoscere non potuisse nomina regum qui ibi regnaverant, jam non solùm Moysi, sed cuicumque scriptori abjudicanda forent quæcumque refert circa gentem etiam cognatam ac vicinam, cujus tamen fines nunquam ipse exploravit. Quidni igitur D. Ermoni etiam spuriam declarat recensionem triginta duorum ducum qui ibidem (XXXVI, 15-30, 40-43) referuntur imperasse in terra Edom, quandoquidem Moyses nunquam in hanc terram penetravit? An fortasse celebriora erant nomina horum 32 ducum quam illorum 8 regum?

3. Tandem « Ceci apparait clairement, ait, si l'on se reporte au verset 40. « Ceux-ci sont les noms des chefs d'Esaü.., » qui reprend le récit interrompu au verset 31 par l'insertion d'un fragment étranger. Ce fragment est donc une pure interpolation ».

Versu 40 resumi narrationem versu 31 interruptam per insertum fragmentum extraneum adeoque interpolatum, id quidem supponit et asserit D. Ermoni, sed non demonstrat. Verum est in Genesi XXXVI quemadmodum in I Paral. I, primò rencenseri quatuordecim duces filiorum Esaü (Gen. 15-19; I Paral. 35-37); secundò septem filios Seir, duces Horræorum, qui ante duces Esaü imperaverant in terra Seir (Gen. 20-30; I Paral. 38-42); tertiò octo reges qui (simul cum ducibus Esaü aut post eos) regnaverunt in terra Edom (Gen. 31-39; I Paral. 43-50); tandem rursum undecim duces Esaü, qui imperaverunt in terra Edom (Gen. 40-43; I Paral. 51-54); adeoque in utroque libro primùm mentionem fieri de ducibus, deinde de regibus, ac porrò rursùm de ducibus. Sed an inde concludere licet mentionem illam de regibus in Genesi quidem interpolatam esse, non vero in I Paral.? An octo illi reges non potuerunt regnare simul cum quatuordecim prioribus illis ducibus, ut nonnulli volunt, v. g. Rosenmuller, seu potius eosdem excipere? (1) An undecim posteriores duces non potuerunt imperare in Edom post defunctos illos reges? Imo in I Par. I, 51 aperte dicitur: « *Adad* (octavo rege) *autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt*: *dux Thamna, dux Alva* etc. » Arctè

(1) Sic a Lapide: « Hîc (15-19) recensentur duces, vers. vero 31 reges, rursum vero vers. 40 duces prognati ex Esaü; quia Idumæi primo amplexi sunt aristocratiam, in qua duces singuli suæ tribui et dynastiæ præsidebant, et regebant, non ex sua, sed ex optimatum sententia, uti facit Dux Venetorum; deinde amplexi sunt monarchiam, in qua regali jure toti Idumææ præerant reges; tertio iterum amplexi sunt aristocratiam, redieruntque ad suos duces. Porro tam duces quam reges habuerunt electivos; unde regni successores ponuntur, non defunctorum filii, sed alii ».

igitur cohæret mentio de posterioribus ducibus cum pericopâ de regibus, non vero cum sermone de prioribus ducibus.

Apposite Rosenmuller: « Ad probandum γνησιότητα hujus de Idumæorum regibus pericopæ, Michaelis denique et illud facere ait, quod, tum cum Moses scripsit, Edomitis fuerunt et *reges* et *duces*. Hinc verò ita colligimus: si illæ hujus cap. partes, quæ de Idumæorum *ducibus* agunt, Mosen ipsum auctorem agnoscunt, ergo et hæc ejusdem cap. περιοχὴ, quæ de Idumæorum agit *regibus;* atqui partes illæ de Idumæorum *ducibus* Mosen ipsum auctorem habent, nemine id impugnante, saltem cum effectu: ergo et hæc de regibus illorum. Contraria assertio involveret absurdum aliquod, sanctissimo Scriptori impingendum, quasi Idumæorum *duces* quidem atque *polyarchos* describere operæ pretium duxisset, *reges* vero, qui majoris momenti erant, quique jam tum existebant, omisisset ». Cf. etiam Cornely, l. c. p. 86.

Tribus argumentis suis D. Ermoni quartum addere potuisset, relatum ac confutatum apud Lamy, *Comment. in Gen.:* « Objicitur quidem admitti non posse intra breve illud temporis spatium quod à morte Isaaci ad Moysen effluxit, sibi successisse undecim (quatuordecim?) duces, deinde octo reges, et post eos decem (undecim?) alios duces qui infra enumerantur.

Respondetur duces qui enumerantur principes fuisse diversarum tribuum et simultaneè potiusquam successive vixisse; reges vero sibi quidem successisse, non autem per ordinem successionis filiorum in patrum locum, sed vel per electionem vel per violentam regni occupationem, ut colligi potest ex eo quod nullus recensetur qui filium habuerit successorem. Imo, quum sedem regiam in diversis urbibus collocaverint, indicium est eos ibi regnasse ubi nati sunt, alioquin cur regiam prædecessoris sedem mutavissent ut aliam procul eligerent? Nihil igitur impedit quominus octo isti reges ante Moysen vixerint ».

Jam concludere liceat D. Ermoni laudatam pericopen sine ulla peremtoria ratione, adeoque immeritò ceu certò interpolatam Moysi abjudicasse.

III

In libro Num. XXI, 14 citatur *liber bellorum Domini:* « *Unde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in mari Rubro, sic faciet in torrentibus Arnon* etc » Locum hunc, ipsumque *librum bellorum Domini*, D. Ermoni habet tamquam *documenta Moyse recentiora.*

« On ne voit pas, *ait* p. 683, comment le " Livre des guerres de Jahveh " pouvait être déjà composé ou en voie de composition à l'époque de Moïse. Il est certain que, si le titre signifie quelque chose, nous avons là un livre où sont racontées les guerres des Hébreux entreprises sous l'inspiration de Jahveh. Or quelles guerres avait-on faites à l'époque de Moïse? Quelles guerres Moïse lui-même avait-il faites? Ce serait donc une exagération que de rapporter à Moïse ou à son époque ce livre qui suppose évidemment une série de guerres, comme si Moïse ou quelqu'un à son époque avait passé sa vie à guerroyer. Je ne sache pas que Moïse ait été un Alexandre.

Ce passage, et surtout le " Livre des guerres de Jahveh ", je les regarde donc comme des documents postérieurs à Moïse. En un sens je me rapproche de l'école rationaliste; je m'en sépare pourtant à l'endroit des conclusions que l'on voudrait tirer ».

Verum pugna Domini pro Israëlitis in transitu maris Rubri eorumque liberatio de manu Ægyptiorum (Ex. XIV, 14, 25, 30), necnon pugnæ eorum contra Amalec (Ex. XVII, 8-13); contra regem Arad (Num. XXI, 1-3); contra Sehon regem Amorrhæorum, et Og regem Basan (Num. XXI, 21-35), et contra Madianitas (Num. XXXI, 1-12), hæ omnes pugnæ profectò tales fuerunt quibus tempore Moysis inchoari saltem potuit *Liber bellorum Domini.*

Melius igitur D. Martin, à discipulo suo D. Ermoni

citatus ac improbatus p. 683: « Rien ne montre que ce livre n'existait pas déjà ou n'était pas en cours de publication (à l'époque de Moïse). On n'a qu'à se rapporter à ce qui est dit dans l'Exode XVII, 14, et Deut. IV, 34, et mieux encore au Livre des Nombres XXI, 14, là où l'on cite le Livre de Jéhovah, pour avoir quelques doutes sur les assertions de l'école critique. On suppose en effet, en cet endroit, que ce livre contenait le récit de ce qui s'était passé à la mer Rouge ».

Acrius Cornely, l. c. p. 94: « *Vix opus est* illam attingere *difficultatem*, quæ *ex allegatione « libri bellorum Domini »* (Num. XXI, 14) desumitur; etenim quamvis eam exaggerare conetur Bleek-Wellhausen, *nulla profecto est.* « Probabiliter, inquit, libri istius argumentum victoriæ erant a Josue in expugnanda Palæstina reportatæ. Etiamsi autem liber iste tempore mosaico exstitisset, non facile tamen concedi potest, Moysen aut scriptorem mosaicæ ætatis librum istum eo modo adhibuisse, quo ibi adhibetur, sc. ut ex illo carmen desumeret mosaica ætate exortum. Quidquid igitur dicatur, citatio illa scriptorem prodit, qui diu post Moysen vivens israeliticam historiam ex traditionibus oralibus et scriptis libris composuit ». Omittamus *admirabilem illam logicam, qua ex incertis præmissis certa conclusio eruitur,* atque interrogemus, quibus argumentis probabile reddatur, « librum bellorum Domini », qui *ex hoc solo textu* (Num. 21, 14) nobis innotuit, de Josue victoriis tractasse? Num ante Moysis mortem Israelitæ contra Amalecitas (Exod. 17, 16) et in expugnanda regione transiordanica non gesserant « bella Domini »? Num priores has victorias carminibus celebrare non licuerat? Num Moysi carmen recenter compositum ex libro recenter scripto allegare non licuit, quum tamen moderni nostri scriptores sexcenties idem faciant »?

Minoris sanè momenti sunt allegatæ hucusque conclusiones particulares D. Ermoni; eas tamen memorare

libuit ac ponderare, quia censemus etiam levioris momenti quæstiones criticæ biblicæ haud leviter esse tractandas, nihilque Moysi sine causa sufficiente subtrahendum. Paulo graviora jam aggrediemur.

(Sequetur) G. V. D. P.

II

De nupturientium statu libero probando

SPECIATIM

per juramentum suppletorium

—

Ut notum est, antequam procedi possit ad matrimonii celebrationem, morali saltem certitudine constare debet de nupturientium STATU LIBERO, seu de absentia cujusvis impedimenti præsertim dirimentis, maxime *ligaminis*. De quo sapienter monet Aichner: « Ut stricte et rigorose exploretur status liber, præsertim nostro tempore necessarium est, quia homines ob facilitatem itinerum locum habitationis frequentissime mutare solent. Et sane ex desidia parochorum haud semel factum est ut conjunctiones polygamicæ aut propter alia impedimenta invalidæ sint contractæ (1) ». Equidem videri posset in regionibus ubi ex lege civili præcedere debet cæremonia sic dicti matrimonii civilis, rem istam facilius expediri posse: attamen admissio contrahentium ad matrimonii civilis celebrationem nullatenus evincit eorum statum liberum in ordine ad matrimonium in facie Ecclesiæ contrahendum; nam in primis non tantum de ligamine sed de reliquis etiam impedimentis ecclesiasticis, quorum plura civilis potestas non agnoscit, investigatio fieri debet; ac præterea

(1) *Comp. Juris eccl.* § 191.

civilis lex matrimonii prius contracti dissolutionem admittit in nonnullis casibus lege ecclesiastica haud probatis; imo in Americæ statibus maxima et lugenda nimis facilitate civile divortium hodiedum (1) conceditur ob causas bene multas, vel etiam, in nonnullis partibus, ad arbitrium judicis; tandem quandoque, etsi raro, ineuntur matrimonia coram Ecclesia, magistratu civili neglecto.

Porro jamdudum formam in examine de statu libero nupturientium servandam præscripsit sedes Apostolica per S. Officium, præsertim vero sub Clemente X instructione diei 21 Aug. 1670, quæ denuo jussu Leonis XII sub die 25 Dec. 1827 omnibus Ordinariis fuit communicata. De qua scribit Feije: « Quanquam strictus decretorum tenor omnia prorsus matrimonia comprehendit, nihilominus auctores etiam illorum observantiam valde urgentes insinuant, quoties diœcesani non vagi, et qui post adeptam pubertatem non sunt notabili tempore in alia diœcesi commorati, matrimonium inire cupiunt, de libero eorum statu constare solere ex prævio diligenti examine et proclamationibus antenuptialibus; — sed si peculiare de eorum statu libero dubium maneat, vel si agatur de diœcesanis vagis, vel qui post annos pubertatis seu in ætate nubili in alia diœcesi notabile tempus transegerunt, vel de exteris seu de alia diœcesi oriundis examen de statu libero fieri debet in forma supra indicata (2) ».

Vagi, ut ex natura rei colligitur, hic non intelliguntur illi qui momentanee tantum tales sunt ob derelictum hucusque habitum domicilium aut quasidomicilium aliud brevi contracturi; sed dicuntur illi qui vagabundam ducunt vitam, incertas habentes sedes, nec ullibi sat diu consistentes ut vel quasidomicilium habere

(1) In Statibus Unitis, uno quinquennio (1882-1886), concessa fuère divortia 117311 (!)

(2) *De impedim. et dispens. matrim.* n. 254.

possint. His fere assimilandi sunt *milites*, qui ab una statione ad aliam mitti solent. Patet pro istis duabus hominum classibus maxime observatu difficilem esse processum lege præscriptum ad investigandum eorum statum liberum. Ideo solet Sedes Apost. indulgere Episcopis id petentibus ut prædictas personas sui status libertatem legali modo probare non valentes, ad *juramentum suppletorium* admittant. Simile indultum Ill. ac Rev^mus^ Episcopus Brugensis die 28 Junii 1897 obtinuit sequentis tenoris:

Ill^me^ ac R^me^ Domine

Sanctissimus Dominus noster precibus Amplitudinis Tuæ benigne annuens, facultatem (quam etiam subdelegare poteris) ad biennium proxime venturum dignatus est Tibi concedere admittendi ad juramentum suppletorium tam militiæ addictos quam vagos qui in ista diœcesi matrimonium contrahere cupientes, nequeunt sui status libertatem legali modo probare, cum in varias orbis partes vagati fuerint, nec stabile in illis constituerint domicilium.

Mens autem est Sanctitatis suæ, ut prædicta facultas in casibus tantum necessitatis adhibeatur, comminatis in singulis casibus pœnis a sacris canonibus atque Apostolicis constitutionibus contra polygamos statutis.

*
* *

Quod attinet alios exteros vel etiam diœcesanos qui in ætate nubili per notabile tempus in aliena diœcesi sunt commorati, eorum status liber, ad tramites juris, probandus esset sive per documenta authentica (putà testimonium parochi loci vel locorum quæ incoluerunt, sigillo ac legalitate Ordinarii munitum), vel saltem per duos testes fide dignos, juratos ac formiter coram Ordinario ejusve delegato interrogatos (1). Ast diffiteri

(1) Examinis formam exhibet Clementis X Instr. a. 1670 cit., cui magna ex parte consonat Instructio S. Officii ad Episcopos Orientales 29 Aug. 1890.

nequit hujus examinis formalitates omnes servare multis in casibus esse admodum difficile aut etiam impossibile; frequenter tamen admissio ad matrimonii celebrationem ideo denegari nequit, quin majori periculo illegitimæ unionis detur occasio, ita ut finis legis videatur cessare in contrarium: « Omnes enim, ait De Becker (1), norunt recusatam assistentiam ministri Ecclesiæ, ob motivum quod de statu libero non satis constet, hunc plerumque effectum habere, quod nupturientes vel magistratum civilem vel ministrum acatholicum adeant, vel alio modo nuptias clandistinas ineant aut in turpi concubinatu vivant. » Accedit quod, ob frequentes transmigrationes de uno loco ad alium multo sæpius nostris temporibus quam præteritis sæculis obtinentes, nimis rigorosa observantia formalitatum non rarò in causa esset cur nupturientes, cum magno incontinentiæ periculo, æquo diutius celebrationem matrimonii retardare deberent. Inde, ut credere licet, factum est ut in multis regionibus processus lege ecclesiastica ad probandum libertatem status præscriptus jam diu non fuerit observatus nec hodiedum servetur.

Verùm, etiamsi admittatur dictam legem apud nos in desuetudinem abiisse, stricta tamen manet obligatio sedulo investigandi circa statum liberum istuismodi nupturientium atque meliori quo fieri potest modo colligendi documenta ac testimonia illum comprobantia. Quæ si obtineri nequeant et ceteroquin non subsit dubium positivum de existentia cujusdam impedimenti, erit cur Ordinarius a S. Sede postulet facultatem deferendi contrahere cupientibus juramentum suppletorium: si vero res urgeat nec tempus Romam recurrendi suppetat, non dubitamus quin vi potestatis suæ quasi-ordinariæ eos ad præfatum juramentum admittere valeat.

---

(1) *De sponsalibus et matrimonio* p. 274.

Quoties autem juramentum suppletorium præstari debet, servetur modus sequens:

Modus præstandi Juramentum suppletorium

Orator (oratrix), coram duobus testibus, manu dextera Evangelio apposita ac genuflexus(a) ante imaginem crucifixi, mediam inter duos cereos accensos, juramentum emittet his similibusve verbis:

« *Ik N..., zweer bij God dat ik met niemand door*
« *den echt verbonden ben; dat ik aan niemand, buiten N...,*
« *waarmede ik voornemens ben te trouwen, huwelijksbelofte*
« *gedaan heb, en dat er, bij mijne wete, tusschen ons beiden*
« *geen hoegenaamd beletsel van huwelijk bestaat. Zoo*
« *helpe mij God en zijne heilige Evangeliën!* »

Seu gallice:

« *Je N..., jure devant Dieu que je ne suis point engagé*
« *dans les liens du mariage; que je n'ai promis mariage à*
« *personne, sauf à N..., que j'ai l'intention d'épouser, et*
« *qu'à ma connaissance, il n'existe entre nous deux aucun*
« *empêchement de mariage. Ainsi Dieu me soit en aide et*
« *ses saints Évangiles!* »

Antequam autem juramentum emittat orator (oratrix), eum (eam) moneat parochus de gravitate actus præstandi et rite instruat circa *nullitatem* matrimonii cum impedimento dirimente contracti; præterea, juxta injunctum Congregationis S. Officii, ipsi notas faciet pœnas ecclesiasticas, tum spirituales, ut infamiæ, excommunicationis, etc. tum temporales, contra polygamos a sacris canonibus atque apostolicis Constitutionibus statutas; quæ quidem pœnæ temporales, obsoletæ jam, ast nunquam revocatæ, bigamiæ criminis horrorem incutere natæ sunt. Hæ autem pœnæ primitus erant *publica pœnitentia per septennium protracta, cum jejunio per quadraginta dies in pane et aqua;* seriori autem ætate, juxta decisionem Congregationis S. Officii, polygami, si falsos testes ad statum suum liberum comprobandum non induxis-

sent, ad trivenes (Twangarbeid) — *trium furcis* (*op drieërlei wijze*), *si ter induxissent, per superiorem, horizontalem.*

Parochus relationem rei peractæ, a nupturiente, necnon a se et a duobus testibus debite subsignatam, ad Episcopum dirigere non omittet.

H. V. D. B.

E Sacra Congregatione Rituum

I

PARISIEN.

R. D. Augustinus Dauby, Sacerdos et Moderator pii Instituti a Sancto Nicolao nuncupati, in Civitate Parisiensi, de consensu sui R^mi Ordinarii, sequentium dubiorum solutionem a Sacra Rituum Congregatione humillime expetivit, nimirum:

I. Quoad genuflexiones faciendas a ministro Missæ privatæ, quæ justa de causa et prævia licentia celebretur in Altari expositionis SS^mi Sacramenti, quæritur:

1. Minister, qui transfert missale a cornu Epistolæ ad cornu Evangelii et genuflectit in plano ante medium Altaris, debetne etiam genuflectere in accessu ad cornu Altaris et recessu?

2. Quando idem minister ad offertorium et purificationem ascendit ad Altare et descendit, ultimam genuflectere debet?

II. Rubricæ Missalis ad titulum *Ritus servandus in celebratione Missæ V. n. c.* præscribunt: *Si in altari fuerit tabernaculum SS^mi Sacramenti, accepto thuribulo, antequam incipiat incensationem, genuflectit, quod item facit quotiesumque transit ante medium altaris*; quæritur: Utrum etiam in Missa privata debeat Sacerdos genuflectere:

1. quando defectu ministri, ipse transfert Missale a cornu Epistolæ ad cornu Evangelii, et vicissim:

2. quando in Majori Hebdomada transit a cornu Epistolæ ad cornu Evangelii ad legendam Passionem?

III. Rituale Romanum in tit. *Ordo ministrandi Sacram Communionem,* hæc habet: « *Sacerdos reversus ad altare dicere poterit: O sacrum convivium etc., ℣. Domine exaudi etc. Et clamor etc., Dominus vobiscum etc.* »; quæritur:

1. Utrum istæ preces convenienter dicantur, junctis manibus antequam cooperiatur pyxis et digiti abluantur?

2. Utrum Sacerdos duas genuflexiones facere debeat, unam statim ac deposuit pyxidem super Altari et antequam eam cooperiat; alteram priusquam, reposita in tabernaculo pyxide, ipsius tabernaculi ostiolum claudat?

IV. Juxta Cæremoniale Episcoporum, ad benedictionem impertiendam cum SS^mo^ Sacramento ipse celebrans accipit ostensorium super Altari positum; sed receptum est, ut Diaconus accipiat ostensorium et porrigat celebranti, qui post benedictionem Diacono tradit super Altari collocandum, quæritur: Utrum liceat in hac duplici ostensorii traditione ritum servare, qui præscribitur pro feria V in Cœna Domini et in festo SS. Corporis Christi ante et post processionem SS^mi^ Sacramenti?

V. Licetne aliquid canere lingua vernacula.

1. In Missa solemni dum sacra Communio distribuitur per notabile tempus?

2. In solemni processione SS^mi^ Sacramenti, alternatim cum hymnis liturgicis?

VI. Juxta Cæremoniale Episcoporum in solemni Officio ad nonam Lectionem et in Laudibus Hebdomadarius et Assistentes pluviali sunt induti, quæritur:

1. Utrum idem fieri possit a principio Matutini?

2. Utrum lectori septimæ Lectionis Evangelii homiliæ duo acolythi cum cereis accensis assistere possint, durante lectione Evangelii?

Et Sacra Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicæ, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. quoad primam quæstionem: Unicam genuflexionem esse faciendam in plano ante medium Altaris; quoad alteram quæstionem: Tam ante ascensionem ad Altare, quam post descensionem de eodem in plano genuflexionem esse faciendam.

Ad II. Negative ad utrumque.

Ad III. Quoad primam partem: Negative et preces dicendæ sunt infra ablutionem et extersionem digitorum. Quoad alteram partem: Affirmative juxta Decretum *in Romana* d. d. 23 Decembris 1862, et praxim Basilicarum Urbis.

Ad IV. Aut servatur ritus a Cæremoniali Episcoporum lib. II, cap. 33, § 27 præscriptus, aut, juxta praxim Romanam, Diaconus ostensorium celebranti tradere vel ab eodem recipere potest, utroque stante.

Ad V. Negative ad utrumque.

Ad VI. Si non adsit legitima consuetudo, Negative et servetur Cæremoniale Episcoporum lib. II, cap. VI, § 16.

Atque ita rescripsit. Die 14 Januarii 1898.

C. Card. Mazzella *Ep. Prænestinus*
L. ✠ S. *S. R. C. Præfectus.*
D. Panici *Secretarius.*

II

DUBIUM.

R. P. Petrus Blerot e Congregatione SSmi Redemptoris et director generalis Archiconfraternitatis a Sancta Familia nuncupatæ, quæ Leodii in Belgio anno 1844 canonice erecta, titulo Archiconfraternitatis anno 1847 ab Apostolica Sede decorata fuit, a Sacra Rituum Congregatione, de expresso consensu plurium Rmorum Antistitum, sequentis dubii solutionem humillime flagitavit; nimirum: Utrum, attentis decretis a Sacra Rituum Congregatione editis relate ad recitationem Litaniarum, continuari possit consuetudo, qua sodales prædictæ Archiconfraternitatis in congressibus, ad quos in Ecclesiis et Oratoriis publicis, etiam januis clausis, ipsi soli admittuntur, et extra functiones liturgicas, non privatim sed communiter recitant quasdam Litanias, gesta et exempla Sanctæ Familiæ, a qua nomen habent, referentes et a plerisque Rmis Ordinariis approbatas?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicæ omnibusque accurate perpensis, proposito dubio respondendum censuit: *Serventur decreta, non obstante consuetudine.*

Atque ita rescripsit et servari mandavit.
Die 11 Februari 1898.

C. Card. MAZZELLA *Ep. Prænestinus*
L. ✠ S. *S. R. C. Præfectus.*
D. Panici *Secretarius.*

III

DUBIA.

Præter tres Litanias pro usu publico in universali Ecclesia approbatas, h. e., Litanias Sanctorum, Litanias B. M. V., et Litanias SSmi Nominis Jesu, peculiares quædam Litaniæ habentur ex. gr. de Sacratissimo Jesu Corde, Purissimo Corde B. M. V., aliæque ab uno vel altero Rmo Ordinario pro usu tantum privato approbatæ, quæ idcirco neque in Breviario neque in Rituali Romano continentur.

Quæritur 1o num ejusmodi peculiares Litaniæ ita strictim prohibeantur, ut Monialibus sive religiosis Institutis non liceat illas privatim canere vel recitare ad instar precum oralium?

2o Et quatenus *negative*, num iisdem religiosis Familiis illas liceat canere vel recitare communiter in Choro, aut respectivo Oratorio?

3o Item quæritur num peculiares ejusmodi Litanias liceat Fidelibus in publica Ecclesia sive privatim sive communiter cantare, vel recitare ad modum quarumcumque precum?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, omnibus in casu perpensis, ita rescribendum censuit, videlicet:

Ad I. *Negative*, h. e., ita strictim non sunt prohibitæ, ut singulis privatim eas non liceat cantare, vel recitare.

Ad II. *Affirmative*, h. e., ita strictim prohibentur, ut communiter in Choro publico, vel publico Oratorio illas Litanias cantare vel recitare minime liceat.

Ad III. Ad I. partem h. e., privatim, *Affirmative:* ad II. partem h. e., communiter, *Negative.*

Atque ita rescripsit, et servari mandavit.
Die 11 Februari 1898.

C. Card. MAZZELLA *Ep. Prænestinus*
L. ✠ S. *S. R. C. Præf.*
D. Panici *Secretarius.*

Jurisprudence des Tribunaux

Des anciennes dettes des communes envers les fabriques d'église

—

La Cour de Cassation, par arrêt du 30 Décembre 1897 (*Pasic.* 1898, I, p. 50), a rejeté le pourvoi dirigé contre un arrêt de la Cour de Liège, du 27 Janvier 1897 (*Pasic.* 1897, II, p. 229), qui décide que les communes sont déchargées définitivement de leurs anciennes dettes envers les fabriques d'église.

Cette décision s'appuie sur le décret impérial du 21 Août 1810, dont l'article 8 porte : « Nous déchargeons les communes de toutes les dettes qu'elles ont contractées, soit envers notre domaine, soit envers les corps et communautés, corporations religieuses supprimées, ou autres établissements de bienfaisance, aux dépenses desquels les communes pourvoient sur les produits de leur octroi ».

Observation. A ne considérer que les termes du décret de 1810, il semble hors de doute que cette disposition ne s'applique pas aux anciennes dettes des communes, contractées envers les *fabriques d'église*. Celles-ci, en effet, n'y sont pas nommément désignées ; et elles ne sont pas des corps ou corporations religieuses, et moins encore des corporations supprimées, puisqu'elles ont été rétablies par les décrets du 7 Thermidor an XI et du 30 Décembre 1809. Au surplus, en rendant aux fabriques leurs biens et rentes non aliénés, le législateur a voulu leur restituer les moyens d'assurer l'exercice et le maintien de la dignité du culte rétabli, et c'eût été une contradiction manifeste de leur enlever une partie de ces rentes, parce qu'elles sont dues par les communes, obligées d'ailleurs par la loi de pourvoir à l'insuffisance des ressources fabriciennes.

C'est en ce sens que les auteurs ont interprété le décret de 1810. Voir, p. ex., *Le Mém. belge*, T. II,

p. 555; *Journal belge des fabriques*, T. I, p. 375 note; Moulart, *Des fabriques d'églises,* 8me édit., p. 362.

La Cour de Cassation s'est prononcée dans le même sens, dans son arrêt du 13 Février 1845 (*Pasic.* I, p. 164).

Cependant l'interprétation contraire a fini par prévaloir, et la jurisprudence des tribunaux a décidé la question contre les fabriques et en faveur des communes.

L'exonération décrétée par le législateur de 1810 s'étend aux dettes que les communes avaient contractées envers les fabriques d'église. Cour de Cass. du 26 Juin 1874 (*Pasic.*, I, p. 227) et du 30 Déc. 1897.

Elle concerne *toutes* les anciennes rentes, même celles qui avaient été nommément restituées aux fabriques en vertu des arrêtés du 7 Thermidor an XI et du 5 Frimaire an XIII et dont le produit était affecté par le titre à la célébration d'anniversaires on autres services religieux. Arrêt de la Cour de Bruxelles, du 25 Février 1879 (*Pasic.*, II, p. 148).

Il a été décidé également que l'article 8 du décret de 1810 n'a pas le sens restrictif que les derniers mots de cette disposition semblent indiquer: la décharge n'a pas lieu seulement en faveur des communes qui pourvoient *de fait et actuellement* aux dépenses de l'établissement créancier; mais l'article 8 s'applique d'une manière générale à *tous* les établissements qui, le cas échéant, pourraient *légalement* réclamer des subsides communaux, qu'ils soient situés dans l'étendue, ou hors de la commune débitrice. Cour de Cassation du 13 Juillet 1883 (*Pasic.*, I, p. 345) et du 16 Mai 1885 (*Pasic.*, I, p. 165). Cf. Cour de Liège du 1er Avril 1843, rapporté dans le *Journ. belge des fabriq.*, T. I, p. 375 ss.

Il résulte enfin de l'arrêt du 30 Décembre 1897 que les fabriques se prévaudraient en vain d'un arrêté royal ou d'une décision administrative quelconque qui a reconnu leur droit ou rétabli les dettes supprimées, attendu qu'il n'appartient pas au pouvoir exécutif d'abroger les lois dont il est chargé d'assurer l'exécution, et de rendre l'existence à une obligation que la loi avait

définitivement éteinte. (1) Cf. Giron, *Le droit administratif*, n. 708, et *Dictionnaire de droit adm.*, V° *Dettes des communes*, n. 2; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, n. 189; *Het Vlaamsch Bestuur*, I, p. 38; VII, p. 257; VIII, p. 110.

C. V. C.

Consultatio

Collationes Brugenses, tom. II, p. 288, docent juxta Rituale in officio exequiali ad Laudes defunctorum post orationem omittendos esse versus *Requiem æternam* et *Requiescat*, quoties Missa vel Absolutio sequitur, quia juxta Cavalieri « versus illi, qui deserviunt ad dandum ultimum vale defunctis, sunt in fine precum reservandi ». Quæritur an consequenter iidem versus etiam omittendi sint post orationem in Vesperis defunctorum, quando immediate sequitur Matutinum?

Resp. Negative, quum nullibi in Rituali hæc omissio indicetur, nec ratio quæ valet pro Laudibus, sequente Missa vel Absolutione, applicari possit casui proposito.

Officium enim defunctorum duabus partibus constat, primis scilicet Vesperis et Matutino cum Laudibus. Matutinum est hora diei nec vespertino tempore dicitur nisi per anticipationem ex consuetudine vel privilegio. Vesperæ autem constituunt horam vespertinam et contra morem Ecclesiæ est illas mane recitare. Pertinent ergo illæ duæ partes ad diversos dies, et per Vesperas concluditur officium unius diei, per Matutinum incipitur officium sequentis diei. Jamvero, cum rubrica posita ad Completorium pro officio de tempore vel de sanctis præscribat, ut « si post Completorium immediate sequatur Matutinum, tunc *bis* dicatur *Pater noster, Ave* et *Credo*, quia *Completorium, quod est finis officii, sic*

(1) Cette jurisprudence, spécialement en ce qui concerne les rentes grevées de fondations religieuses, est contraire au droit des fabriques, et constitue une violation des droits de l'Église.

terminari debet; et ante Matutinum iterum repetitur *pro principio officii sequentis diei* », ita a pari dicendum est Vesperas defunctorum, quæ sunt finis officii diei, concludendas esse per ultimos versus *(Requiém* et *Requiescat)* et Matutinum pro sequenti die incipiendum prouti providetur in rubricis.

Quod autem Cavalieri (tom. III, decr. 16, XIV) doceat versus *Requiem* et *Requiescat*, « qui deserviunt ad dandum ultimum vale defunctis » in fine precum reservandos esse, hoc utique valet et ab ipso applicatur, « quoties post officium defunctorum sequitur Missa *de Requiem* aut Absolutio ad tumulum » ; quia ut ait: « tunc ex hujusmodi officiis fit *unum* velut continuatum », quod de Vesperis et Matutino, juxta spiritum liturgiæ dici non potest, quum ad diversos dies pertineant et de jure diversis diebus recitari deberent.

H. V. D. W.

CONCLUSIO DISPUTATIONIS
circa Matth. I, 19.

Legitur in *Nouv. Revue Théol.*, T. XXX, p. 63 :

« *Circa Matth. I, 19:* « *Voluit occulte dimittere eam.* »

« Cum R. P. Berthe primum jam (*Nouvelle Revue Théologi-*
« *que,* t. XXVIII, p. 9,) pia scientia quæstionem hanc expo-
« suerat, cl. Professor V. d. P. eam (*Collationes Brugenses,*
« t. II, p. 212), charitate benigna evertere (?) conatus est.
« Nuper vero (*Nouvelle Revue Théologique,* t. XXIX, p. 479),
« responsis solidis R. P. Berthe rem ita denuo illustravit, ut
« cl. Professor (*Collationes Brugenses,* t. III, p. 42), rationes
« fugiens ac argumenta reticens, præter verba fere oppo-
« suit (*sic*) nihil. Nos igitur rem solutam arbitramur. »

Moderator.

Cum igitur R. P. Berthe, præter hæc *Moderatoris* verba, nobis jam opponat nihil, nos etiam rem solutam arbitramur.

G. V. D. P.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(*Sequitur*. — Cf. *supra*, p. 193.)

Sectio III.

De Deo fide fideique scientia cognoscendo, prout seipsum, sicuti in se est Unus ac Trinus, supernaturaliter revelavit.

PRÆVIA.

112. Jam accedimus ad theologiam specialissimo sensu acceptam, videlicet ad Deum fide cognitum, fidei scientia quantum in hac vita licet contemplandum. Sed quid possumus, si cogitamus qui sumus et quem scrutamur? *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? Aut quis poterit cogitare quid velit Deus?* Quis ipsam divinam majestatem cognoscere? *Cogitationes enim mortalium timidæ, et incertæ providentiæ nostræ. Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et difficile æstimamus quæ in terra sunt: et quæ in prospectu sunt, invenimus cum labore. Quæ autem in cœlis sunt quis investigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis* (1). Quid igitur, nisi quod accedendum sit ad hanc contemplationem cum summa reverentia ac tremore divinæ majestatis, in cujus conspectu, teste Chrysostomo: « Omnis creatura movetur, metuit, contremi-

(1) *Sap.*, IX, 13-17.

scit (1) », cum summa humilitate ac animi puritate, non enim cujusvis est, juxta S. Gregorium theologum, de Deo disserere « quoniam hoc muneris his duntaxat incumbit, qui exactissime explorati sunt, ac contemplando longe processerunt, priusque etiam et corpus et animam a vitiorum sordibus purgarunt, aut, ut parcissime loquar, jam hoc agunt, ut se a vitiorum labe purgent. Impuro enim rem puram attingere, ne periculo quidem fortasse caret, quemadmodum nec ægris oculis solis radios intueri (2). » Non tamen absque fiducia ac studio accedendum esse, notat idem Sanctus : « Neque vero, *ait*, hæc quisquam ita accipiat, quasi Deum perpetua memoria colendum esse negem..... Nec enim tam sæpe spiritum ducere, quam Dei meminisse debemus : imo, si hoc etiam dici potest, nihil aliud quam hoc faciendum. Nam et ego inter eos nomen meum profiteor, qui verbum illud probant, quod nos die ac nocte jubet meditari (Ps. I, 2), vespere et mane et meridie narrare (Ps. LIV, 18), ac denique benedicere Dominum in omni tempore (Ps. XXXIII, 2) ; sive, ut verbis Moysis utar, dormiamus, sive consurgamus, sive iter faciamus (Deut., VI, 7), sive quid aliud agamus, atque hac ipsa recordatione ad puritatem informari (3). »

113. Oremus ergo cum gemitu ut det nobis Dominus sedium suarum assistricem sapientiam (4), oremus vestigiis inhærentes Patrum ac Doctorum, qui nobis viam ad Deum tanta doctrinæ luce præmonstrarunt, oremus, cum S. Bonaventura, qui, cum finalem beatitudinem contemplaretur, ubi tota anima non sufficit plenitudini gaudii, sicut tota non sufficit dignitati dilectionis, sic concludit suum *Breviloquium :* « Nondum ergo, Do-

---

(1) Hom. II *de Incomprehensibili*, n. 3.
(2) *Greg. Nazianz.*, Oratio theol. II, n. 3.
(3) *Ibid.*, n. 4.
(4) *Sap.* IX, 4.

mine, dixi, aut cognovi, quantum gaudebunt illi beati tui; utique tantum gaudebunt, quantum amabunt; tantum amabunt, quantum cognoscent te. Quantum cognoscent te, et quantum amabunt te? Certe *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit* (1 *Cor.*, II, 9) in hac vita, quantum te cognoscent et amabunt in illa vita. Oro, Deus, cognoscam te, amem te, ut gaudeam de te; et si non possum ad plenum in hac vita, ut proficiam in dies, usque dum veniat illud ad plenum; proficiat hic in me notitia tua, et ibi fiat plena; crescat hic amor tuus, ut ibi fiat plenus; ut hic gaudium meum sit in spe magnum, et ibi sit in re plenum. Domine, per filium tuum jubes, imo consulis, petere, et promittis accipere, ut gaudium nostrum plenum sit. Deus verax, peto, accipiam, ut gaudium meum plenum sit. Peto, Domine, quod per admirabilem consiliarium nostrum consulis; accipiam, quod promittis per veritatem tuam, ut gaudium meum plenum sit. Meditetur interim inde mens mea, loquatur inde lingua mea, amet illud cor meum, sermocinetur os meum, esuriat illud anima mea, sitiat caro mea, desideret tota substantia mea, donec intrem in gaudium Domini mei, qui est trinus et unus Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen. »

114. Jam ergo mens nostra Deum contemplari non tantum extra se, per creata Dei vestigia inque iisdem mundanis vestigiis, nec tantum intra se, per imaginem et in imagine Dei creata, quæ est anima nostra, sed supra se Deum ipsum in se speculari, illustrante divinæ gratiæ lumine, aggreditur, tametsi intelligendi ac explicandi tam excelsa nonnumquam vestigii ac imaginis subsidium, prælucente fide, invocandi necessitas sit futura.

Hic supremus cognoscendi Dei modus duplicem gradum habet: per priorem ad Deum secundum essentiæ unitatem, per alterum ad Deum secundum distinctionem personarum ascenditur. Hic posterior vires

rationis plane transcendit, et totus fide nititur, quamquam immoto fidei fundamento scientia fidei superædificat non nova rationis inventa, sed clariores cœlestis doctrinæ conceptus, intelligibilia consectaria. Prior vero non est ita rationi impervius, in quo quæcumque intellectus investigare potest; doctrina revelata confirmat, et præterea tutiorem ac clariorem investigationem præbet, imo quædam tum amplius tum intimius intelligenda ex altero gradu mutuatur, ut notabimus utrumque gradum transgressi.

ARTICULUS I.

De speculatione Dei secundum essentiæ unitatem.

115. A priore gradu logice quoad nos incipiendum est, contemplando Dei essentialia seu divinæ essentiæ unitatem. Quod quidem dilucide præstat Doctor seraphicus, considerando esse absolutum, αυτό ὄν, sub qua ratione primum cognovimus Deum existere, et in qua ratione reponunt theologi Dei essentiam metaphysicam, ut ajunt, atque inde deducendo omnes Dei perfectiones absolutas ac attributa essentialia.

« Vide igitur, *ait S. Bonaventura* (1), ipsum purissimum esse, si potes, et occurret tibi quod ipsum non potest cogitari ut ab alio acceptum; ac per hoc necessario cogitatur ut omnimode primum, quod nec de nihilo, nec ab alio potest esse. Quid enim est per se, si ipsum esse non est per se, a se? Occurret etiam tibi ut carens omnino non esse, ac per hoc ut nunquam incipiens, nunquam desinens, sed æternum. Occurret etiam tibi ut nullo modo in se habens nisi quod est ipsum esse, ac per hoc cum nullo compositum, sed simplicissimum. Occurret etiam ut nihil habens possibilitatis, quia omne possibile aliquo modo habet aliquid de non esse, ac per

(1) *Itiner.*, cap. V.

hoc ut summe actualissimum. Occurret ut nihil habens defectibilitatis, ac per hoc ut perfectissimum. Occurret postremo ut nihil habens diversificationis, ac per hoc ut summe unum.

116. Esse igitur, quod est esse purum et esse simpliciter et esse absolutum, est esse primarium, æternum, simplicissimum, actualissimum, perfectissimum et summe unum; et sunt hæc ita certa quod non potest ab intelligente ipsum esse cogitari horum oppositum, et unum horum necessario aliud infert. Nam quia simpliciter est esse, ideo simpliciter primum; quia simpliciter primum, ideo non est ab alio factum, nec a se ipso potuit, ergo æternum. Item quia primum et æternum, ideo non ex aliis, ergo simplicissimum. Item quia primum, æternum et simplicissimum, ideo nihil est in eo possibilitatis cum actu permixtum, et ideo actualissimum. Quia primum, æternum, simplicissimum, actualissimum, ideo perfectissimum; tali omnino nihil deficit, nec aliqua potest fieri additio. Quia primum, æternum, simplicissimum, actualissimum, perfectissimum, ideo summe unum. Quod enim per omnimodam superabundantiam dicitur, dicitur respectu omnium; quod etiam simpliciter per superabundantiam dicitur, impossible est ut conveniat nisi uni soli. Unde si Deus nominat esse primarium, æternum, simplicissimum, actualissimum, perfectissimum, impossibile est ipsum cogitari non esse, nec esse nisi unum solum. Audi igitur Israel: Deus tuus Deus unus est.

117. Si hæc vides in pura mentis simplicitate, aliqualiter perfunderis æternæ lucis illustratione. Sed habes unde subleveris in admirationem. Nam ipsum esse est primum et novissimum, est æternum et præsentissimum, est simplicissimum et maximum, est actualissimum et incommutabilissimum, est perfectissimum et immensum, est summe unum et tamen omnimodum. Si hæc pura mente miraris, majore luce perfunderis, dum ulterius vides quia ideo est novissimum quia primum: quia enim

est primum, omnia operatur propter seipsum, et ideo necesse est quod sit finis ultimus, initium et consummatio, *alpha* et *omega*. Ideo est præsentissimum quia æternum; quia enim æternum non finitur ab alio, nec deficit a seipso, nec decurrit ab uno in aliud, ergo nec habet præteritum, nec futurum, sed esse præsens tantum. Ideo maximum, quia simplicissimum; quia enim simplicissimum in essentia, ideo maximum in virtute, quia virtus quanto plus est unita, tanto plus est infinita. Ideo immutabilissimum, quia actualissimum; quia enim actualissimum est, ideo est actus purus, et quod tale est, nihil novi acquirit, nihil habitum perdit, ac per hoc non potest mutari. Ideo immensum, quia perfectissimum; quia enim perfectissimum, ideo nihil potest cogitari ultra ipsum melius, nobilius, nec dignius, ac per hoc nihil majus, et omne tale est immensum. Ideo omnimodum, quia summe unum; quia enim summe unum, ideo est omnis multitudinis universale principium, ac per hoc ipsum est universalis omnium causa efficiens, exemplans et terminans, sicut causa essendi, ratio intelligendi et ordo vivendi. Est igitur omnimodum non sicut omnium essentia, sed sicut cunctarum essentiarum superexcellentissima et universalissima et sufficientissima causa; cujus virtus, quia summe unita in essentia, ideo summe infinitissima et multiplicatissima in efficacia.

118. Rursus revertentes dicamus, quia igitur esse purissimum et absolutum, quod est simpliciter esse, est primarium et novissimum, ideo est omnium origo, et finis consummans. Quia æternum et præsentissimum, ideo omnes durationes ambit et intrat, quasi simul existens earum centrum et circumferentia. Quia simplicissimum et maximum, ideo totum intra omnia et totum extra omnia, ac per hoc est sphæra intelligibilis, cujus centrum est ubique et circumferentia nusquam. Quia actualissimum et immutabilissimum, ideo stabile manens moveri dat universa. Quia perfectissimum et immensum, ideo est intra omnia, non inclusum, extra omnia, non

exclusum, supra omnia, non elatum, infra omnia, non prostratum. Quia vero est summe unum et omnimodum, ideo est omnia in omnibus, quamvis omnia sint multa et ipsum non sit nisi unum, et hoc quia per simplicissimam unitatem, serenissimam veritatem et sincerissimam bonitatem, est in eo omnis virtuositas, omnis exemplaritas et omnis communicabilitas, ac per hoc ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia; et hoc quia omnipotens, omnisciens et omnimode bonum, quod perfecte videre est esse beatum, sicut dictum est Moysi : Ego ostendam tibi omne bonum. »

(Continuabitur.)

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Junii

I

Explana II Paral. XVIII « *18 Audite verbum Domini: Vidi Dominum sedentem in solio suo, et omnem exercitum cœli assistentem ei a dextris et a sinistris. 19 Et dixit Dominus: Quis decipiet Achab regem Israel ut ascendat et corruat in Ramoth Galaad? Cumque diceret unus hoc modo, et alter alio: 20 processit spiritus, et stetit coram Domino, et ait: Ego decipiam eum. Cui Dominus, In quo, inquit, decipies? 21 At ille respondit: Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Dixitque Dominus: Decipies, et prævalebis: egredere, et fac ita.* » Cf. III Reg. XXII, 19-22.

II

Expone quomodo in visione beatifica sint diversi gradus perfectionis et nihilominus unusquisque Beatorum sit *perfecte* beatus?

III

Proba fornicationem esse ex jure naturæ graviter prohibitam.

IV

Ostende quomodo inde deducatur gravitas omnis actus libidinosi, tum consummati seu luxuriæ, tum non consummati seu impudicitiæ.

V

Determina quænam sint species morales in externis actibus libidinosis non consummatis.

VI

An et quomodo defectus accidentales in celebratione missæ occurrentes supplendi sunt, si infra ipsam missam advertuntur?

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Martii propositas

—

I

Q. Expone *ad Colos.* II, 11: « *In quo* (Christo) *et circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi* ».

R. *In quo*, per quem Christum *et*, etiam (non solum estis in illo repleti, v. 10, sed in illo etiam) *circumcisi estis*, ut proinde non sit vobis opus circumcisione Judaica, quam nonnulli apud vos prædicant, *circumcisione non manu facta*, circumcisione spirituali, non corporali, quæ fit manu, et quæ consistit *in exspoliatione corporis carnis*, seu in exspoliatione corporis carnei, quà nimirum caro seu corpus carneum pelliculâ præputii spoliatur, *sed in circumcisione Christi*, sed spirituali circumcisione quæ fit per Christum, videlicet quando simul cum eo sepulti estis in baptismo, ut sequitur v. 12.

Ita exponenda est Vulgata.

Verum hanc interpretationem textus græcus non admittit. Nam

1. Pro: *non manu facta*, in Græco una composita dictio est ἀχειροποίητος, quasi dicas, *immanufacta*, ut proinde negatio in ea voce inclusa vim suam ad sequentia: *in exspoliatione corporis carnis*, non exerat. Ex quo sequitur his verbis: *in exspoliatione corporis carnis* non exponi circumcisionem *manu factam* seu Judaicam, sed circumcisionem *non manu factam*, seu Christianam. Et re quidem vera,

2. Nullam codicum auctoritatem habet particula adversativa *sed*. Unde verba: *in circumcisione Christi*, habenda sunt tamquam appositio ad præcedentia: *in exspoliatione*

corporis carnis. Ex quo rursum liquet his ultimis verbis non describi circumcisionem Judaicam, sed Christianam.

« Malè quidam præponunt adversativam particulam *sed*, repugnantibus omnibus probatis exemplaribus. Occasio qua id fecerint mox intelligetur. Etenim Apostolum hoc loco agere contra Judaïzantes, manifestum est; et in eo tractatores consentiunt: verùm multi Latinorum pericopen hanc, *in exspoliatione corporis carnis* de carnali Judæorum circumcisione, quæ manu fiebat, prout verba nostræ versionis sonare videntur, interpretati sunt. Unde et parti sequenti, in circumcisione Christi, quoniam aliter non videbatur cohærere, voculam *sed* præfixerunt. Adversative enim se habent circumcisio carnalis, et circumcisio Christi qualis hîc intelligitur » Estius.

3. Pro *exspoliatione* græce legitur επεκδυσει, *exutione* « quæ vox nimis incommodè refectur ad externam illam circumcisionem, qua præputium carnis amputabatur » ait Estius, commodè vero ad internam illam circumcisionem, qua vetus homo exuitur.

4. Improbabilis non est lectio textus græci recepti: *corporis peccatorum carnis*, quæ lectio cogit intelligi spiritualem circumcisionem.

Cum igitur verba: *in exspoliatione corporis carnis*, sint expositio circumcisionis non manu factæ, seu circumcisionis Christi, per *corpus carnis* (corpus quod est caro, seu corpus carnale) intelligere oportet corpus concupiscentiæ carnali subjectum, *corpus peccati* seu *veterem hominem*, (Cf. Rom. VI, 6) qui, juxta stilum Apostoli, in baptismo crucifigitur, moritur, sepelitur, deponitur seu exuitur.

G. V. D. P.

II

Q. *Quibusnam pœnis cruciantur animæ in purgatorio et quomodo hi cruciatus differunt a cruciatibus inferni?*

R. I. Nomine pœnæ damni intelligentes ipsam priva-

tionem visionis beatificæ et simul cruciatum qui ex hac sequitur, nomine autem pœnæ sensus aliud supplicium a Deo positive inflictum, dicimus:

1. Omnes animæ in purgatorio subjiciuntur pœnæ damni: a/ de fide est omnes animas in purgatorio carere visione Dei intuitiva; b/ theologice certum est omnes animas ex hac privatione cruciari.

2. Certum est dari in purgatorio pœnam etiam sensus, et probabilius omnes animas hac etiam pœna affici.

3. Probabilissimum est pœnam sensus in purgatorio haberi per ignem materialem.

Hæc paucis explicemus.

1. a/ De fide tenendum est omnes animas in purgatorio carere visione Dei intuitiva; quod colligitur ex pluribus Ecclesiæ documentis quibus declaratur tempus quo animæ admittantur ad videndum Deum sicuti est. Ita ex. gr. legimus; « definimus.... illorum animas qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post contractam peccati maculam vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus.... sunt purgatæ, in cœlum mox recipi et intueri clare Deum trinum et unum sicuti est.... » (Conc. Flor. decr. un. Græc. Denz. *Enchir.* nº 588). Ergo quamdiu animæ in purgatorio detinentur tamdiu visione Dei intuitiva privantur. Et requidem verà perfecta Dei fruitio non potest simul stare cum pœna cui illæ animæ sunt obnoxiæ.

b/ De fide quidem non est, attamen theologice certum omnes animas ex tali privatione vehementissime cruciari quatenus summa afficiuntur tristitiâ. Etenim illæ animæ clare perspiciunt se propter sua peccata privari ad tempus visione Dei, ultimi finis, in qua perfecta beatitudo consistit, et qua jam tunc frui possent nisi obstaret pœnæ reatus cui sunt obnoxiæ. Carentiam igitur visionis Dei cognoscunt et formaliter quidem ut privationem summi boni. Atqui ex apprehensione mali præsentis necessario oritur tristitia: ergo animæ in purgatorio ex

apprehensione præsentis privationis visionis beatificæ tristantur, et quum agatur de summi boni privatione tristitia consequens est ex genere suo summa. Ut natura illius cruciatus intelligatur notandum est animæ separatæ multo perfectiorem quam animæ corpori conjunctæ esse cognitionem de ultimi finis ad naturam relatione et de miseria illius dilationis, multoque vehementiorem esse tendentiam ad ultimum finem assequendum. (Cfr. Collat. Brug. anno III. p. 82 et seq.).

Hæc tristitia quasi essentiale efficit supplicium. Accidentaliter augetur dolor animarum in purgatorio degentium α quia vivide intelligunt se cruciari ob suam culpam quum facillimo negotio pro suis peccatis tempore vitæ satisfacere potuissent; β/ quia dolent « quod ingentes cœlestis gloriæ gradus quos pœnitentiam agendo consequi potuissent sua culpa et tepore neglexerint ». (Cfr. Lessius. *De perf. div.* LXIII. c. 17; citatur locus apud Jungmann. *De Novissimis* nº 96).

2/ Communi sententia docent theologi inveniri in purgatorio pœnas etiam positive a Deo inflictas. Nam quando S. Scr. loquitur de pœnis futuræ vitæ semper positive a Deo inflictas commemorat, ex gr. ignem, carcerem; præterea ratio propter quam damnati cruciantur pœnis positive inflictis valet, proportione servata, pro purgatorio: nam pœna damni respondet inordinationi aversionis a fine ultimo, et pœna sensus inordinationi conversionis ad indebitum finem: atqui in purgatorio puniuntur animæ pro peccatis mortalibus, quoad reatum pœnæ temporalis, nondum remissis: ergo duplex illa pœna ibi inveniri debet. Præterea duplex inordinatio cui respondet duplex pœna et quæ constituit mortale peccatum, analogice invenitur etiam in veniali peccato: hoc enim consistit in declinatione (non aversione) a fine ultimo et nimia adhæsione (non conversione tamquam ad ultimum finem) ad creaturam: ergo duplex pœna convenit etiam peccato veniali. Ex his sequitur dari in purgatorio pœnam etiam sensus. —

Tamen quidam graves theologi dubitant utrum *omnes* animæ in purgatorio pœna etiam sensus torqueantur: quædam enim citantur revelationes non spernendæ ex quibus concludendum videtur quasdam animas sola privatione visionis Dei intuitivæ cruciari. (Cfr. Bellarminus. *Controv. De Purg.* L. II. cap. 7). Nihilominus propter rationes supra allatas quæ nullam videntur pati exceptionem, probabilius est *omnes* animas in purgatorio pœna damni simul et sensus affligi.

3/ Probabilissimum est pœnam sensus in purgatorio esse præcipue *ignem materialem*. Nam hæc sententia conformior est S. Scripturæ, quæ præcipue ignem tamquam pœnam propriam futuræ vitæ indicare videtur et non datur ratio cur vox « ignis » non propria significatione intelligatur. Ad verba S. Pauli « Si cujus opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem salvus erit: sic tamen quasi per ignem » (1 Cor. III, 15) notare juvabit: « argumentum quo id (h. e. animas purgari per *ignem materialem*) ex hac pericopa demonstrari nonnulli theologi volunt, probabilitatis limites non excedit. Nam apostolus tantummodo dicit illos doctores salvatum iri ad modum hominum qui e domus suæ incendio non illæsi evaserint, quod verificatur dummodo doctores illi pro culpis suis pœnam temporalem sustinuerint qualemcumque. Attamen (et in hoc est argumenti probabilitas) illustrior apparet allata similitudo si ipsa illa a doctoribus tolerata pœna purgatorii sit pœna ignis materialis. Ideo merito suspicari quis possit apostolum ea intentione talem adhibuisse similitudinem ut insinuaret pœnam ignis animabus purgantibus applicari. » (Corluy, *Spicilegium*. T. I. p. 277).

Præterea sententia tenens ignem esse materialem in purgatorio est communis inter Latinos.

II. Differentiæ inter pœnas inferni et purgatorii. Hic nomen *inferni* usurpamus prout opponitur purgatorio et designat locum et statum damnatorum.

1 Prima differentia quæ omnes alias pervadit in hoc

est quod *æternæ* sunt inferni pœnæ, *temporales* vero purgatorii;

2/ in inferno privatio visionis Dei est simpliciter amissio finis ultimi, et ut talis cognoscitur: in purgatorio privatio visionis Dei est tantum dilatio acquisitionis ultimi finis et ut talis cognoscitur: nam animæ purgantes certæ sunt de sua futura salute: unde in damnato est tristitia multo acerbior, et summa desperatio; in anima purgante lenior tristitia et ex certitudine futuræ beatitudinis gaudium.

3/ damnatorum voluntas in malo obfirmata est: illi Deum tamquam pœnarum inflictorem oderunt, blasphemant; in se et in alios irascuntur; ibique « sempiternus horror inhabitat ». Animarum purgantium voluntas ad Deum finem ultimum conversa est: illæ charitate amant Deum, punienti Deo acquiescunt et cum Deo, secum et cum aliis perfectam habent pacem, ideoque ordo ibi viget summus.

5/ Damnatorum supplicium crescit ex societate quam habent cum cæteris damnatis ac dæmonibus; quorum consortium animæ in purgatorio nesciunt.

6/ Quamvis plures opinentur eodem igne materiali quo cruciantur damnati, torqueri et animas purgantes, tamen in has mitius quam in illas producet supplicium.

J. V. D. M.

III

Q. *Determina qualitatem ac quantitatem peccati divinationis et vanæ observantiæ?*

R. I. Determinatur qualitas. *Divinatio*, quæ dicitur inquisitio occultorum ope dæmonis expresse vel tacite invocati, pertinet ad vitium genericum superstitionis, oppositum religioni per excessum et ad illam superstitionis speciem quæ honorem Deo debitum creaturæ exhibet. Etenim occulta quæ a divino investigantur sæpe sunt futura libera aut cordium secreta, quorum

scientia certa Deo propria est: unde qui talem manifestationem exspectat a dæmone, ipsi tacite aliquam divinam excellentiam tribuit. Imo si divinus exquirit tantum occulta a dæmone quatenus iste certo aut conjecturaliter eadem cognoscere valeat, adhuc actus ad eamdem superstitionem revocatur: « quia per hanc ipsam societatem (quam divinus init cum dæmone quasi suo auxiliatore ac magistro) dæmon intendit usurpare aliquid de excellentia Dei et de honore illi ab homine debito..; ideo homo, consulens dæmonem prædicto modo, plane consentit et cooperatur dæmoni usurpare conanti divinam excellentiam, et ideo contra religionem Deo debitam superstitiose operatur... Sicut si vasallus unius regis transiret ad tyrannum et publicum hostem, qui regem a suo trono deturbare conatur, et cum illo amicitiam contraheret et ab eo auxilium peteret, plane ageret contra fidelitatem et observantiam debitam suo principi et honorem illi debitum censeretur in hostem transferre. » Suarez, *de relig.* I, tr. 3, l. 2, c. 8, n. 16 et 19.

Vana observantia, qua adhibetur res ad effectum quem neque ex sua natura, neque ex institutione divina aut ecclesiastica obtinere valet, adeoque rursus ope dæmonis expresse vel tacite invocati, non videtur differre specie morali a divinatione. Etenim, ut idem Doctor Eximius ait, l. c. c. 14, n. 10: « ratio malitiæ in utroque vitio formaliter consistit in contrahenda cum dæmone societate et in tacito cultu et veneratione illius: ad quam malitiam parum refert et materialiter se habet quod hæc societas ordinetur ad aliquid cognoscendum vel faciendum. »

II. Determinatur quantitas. Divinatio et vana observantia, sive cum expressa, sive etiam cum tacita dæmonis invocatione fiant, peccata sunt gravia ex toto genere suo, ut satis elucet ex supradictis. Quando tamen ipsis nonnisi tacita relatio ad dæmonem attribui potest, ex defectu deliberationis non raro divinatio, et

multo frequentius adhuc vana observantia, a tanto vel a toto excusatur. Hoc nempe contingit ob agentis ignorantiam tum in re physica tum in re religiosa, aut ob inconsideratum ejus timorem.

Imprimis ob *ignorantiam:* rudiores hinc physica phenomena sibi prorsus inexplicabilia passim intuentur, hinc spiritualem orationis et sacramentalium efficaciam norunt: unde nil mirum eosdem indebite certis rebus similem vim naturalem aut supernaturalem tribuere. Quo in errore facile detinentur, partim ex falsa experientia: se sæpius falli non advertunt, at si semel iterumve congruus eventus sequatur, fidenter jam medium vanum adhibebunt; partim ex credulitate, qua ingenue adhærent mori ac traditioni majorum: « difficile est, ait Cajetanus, ad 2-2, q. 96, a. 4, confutare quod seniorum traditione et auctoritate firmatum vulgares acceperunt. » Unde idem Cajet., ad a. 2: « quando aliqui adhibent lapides, herbas, imagines, vel aliquid hujusmodi, ad sanandum vulnus vel mitigandum dolorem et hujusmodi, putando quod adhibeant naturales vel divinas causas, etiamsi errent, excusantur a superstitione: nisi ignorantia sit crassa et supina, excusationisque non capax. »

Deinde ob *inconsideratum timorem aut spem inanem*, quibus commoti homines cuidam vanæ observantiæ indulgent, quin ipsi certam fidem ullatenus adhibeant. Ita, qui in morbo omnia remedia tentans etiam inepto quodam medio utitur; qui magnum negotium aggrediens, aut epulas præbens, ad pacandum animum suum vitat diem aut numerum quos dicunt infaustos; qui iter suum in alium diem transfert quia atroci somnio territus est; aliique similia quandoque observantes, si non semper ab omni culpa, saltem a gravi excusantur.

Hinc sequitur: data occasione opportuna monendi fideles publice aut privatim circa vigentes vanas observantias, prudenter agere qui propriæ superstitionis malitiæ, scilicet relationi ad diabolum, non insistit,

neque de gravi reatu sermonem injicit, sed potius has praxes esse inanes et absonas ostendit.

O. E. D.

IV

Q. *Quid censendum de indole naturali aut præternaturali hypnotismi?*

R. I. Hypnotismus est inductio cujusdam status peculiaris, somno analogi, qui hypnosis dicitur, in quo statu constitutus homo mire subit suggestiones hypnotizantis. « L'hypnose est un sommeil ou un état analogue au sommeil, dans lequel l'activité psychique d'un sujet est influencée et dirigée du dehors, par suggestion verbale. » R. P. Coconnier, *l'hypnotisme franc*, p. 425, cll. p. 257-259. Inducitur hic status hypnoticus mediis diversissimis, at, generatim saltem, ad unicum, nempe somni suggestionem, revocandis. Gradus autem habet plures a simplici somnolentia ad perfectum somnambulismum.

Phenomena hujus status adeo nota sunt omnibus ut hic summatim tantum indicari debeant. Oriuntur itaque, per suggestionem, membrorum paralysis et catalepsis seu rigiditas; anesthesia seu insensibilitas; aut contra, hyperesthesia seu sensuum exaltatio; sensuum illusiones et hallucinationes, tum positivæ, quibus videre videantur objecta, audire sonos, olfacere et gustare grata aut ingrata, dum nihil vel aliud prorsus sensibus subjicitur, — tum etiam, quamvis difficilius, negativæ, quibus adstantem quemdam non videant, loquentem non audiant, succutientem non sentiant; suggesti motus gaudii, tristitiæ, iræ, timoris; amnesia, sive memoriæ defectus vel partialis, puta nominum propriorum, alicujus litteræ alphabeti, vel etiam totalis; et contra, pseudorecordatio eventus ficti, puta debiti contracti aut sceleris commissi; denique maxima subjectio hypnotizanti, ad omnigenas suggestiones ipsius, sive in ipsa

hypnosi, sive etiam postea, exequendas. His accedunt, sed apud paucissimos tantum, sua complexione aut crebris experimentis præ cæteris dispositos: vesicationes aut paululi sanguinis exsudationes; duplicis vel multiplicis personalitatis susceptio (dédoublement de la personnalité), ita ut, suæ conditionis obliti, ad nutum suggerentis, puella belliducem, miles monialem etc. agant: suggestiones post longum tempus; puta plures menses aut unum annum, implendæ, quæ hora ac modo præfixis executioni mandantur.

Præter hæc hypnotismi phenomena, de quorum veritate indubitanter constat (nisi cum quibusdam vesicationes ac sanguinis exsudationes quasi nondum certo probatas excipias), feruntur et alia quædam, quæ a pluribus hypnotismo adscribuntur: ita clara visio objecti omnimode absconditi, instantanea scientiæ acquisitio, occultorum ac futurorum cognitio etc. « Ast hæc phenomena, ut recte notat Theol. Mechl. (*de virtutibus*, n. 141, ed. a. 1896), aliaque adhuc magis mirabilia, vel dubia sunt, vel, si nonnumquam constet ea vere occurrere, ad hypnotismum proprie dictum, qualis hodie a viris artis magneticæ (hypnoticæ) peritis intelligitur, certo non pertinent. Hæc igitur vel inter figmenta amandanda sunt fraudulentisque artibus adscribenda, vel ad superstitionem spiritismi revocanda. » Cf. etiam Coconnier, op. c. p. 136-140, 181.

II. His præmissis: hypnotismus, proprie et presse sumptus seu scientificus, in se inspectus, non præternaturalis sed naturalis censendus est.

Etenim: hypnosis cum suis phenomenis, ex factis legibusque psychologicis ac physiologicis, nempe ex nota vi phantasiæ, ex analogia somni ac somnambulismi naturalis etc., partim explicatur verisimiliter: qua vero parte explicatio vere sufficiens hucusque deficere videatur, saltem improportio certa cum viribus naturæ minime apparet. — Id, verbis nonnihil fidentioribus, affirmat Coconnier, op. c. p. 425, post doctam phenomenorum

discussionem : « Nous avons examiné dans le détail les plus remarquables de ces phénomènes, invoquant tour à tour les principes de la psychologie thomiste et les découvertes de la physiologie contemporaine (p. 313-423) : le résultat de notre examen a été que plusieurs de ces phénomènes n'offrent, pour un psychologue, aucune difficulté, — que le pouvoir scientifiquement constaté de l'imagination les explique presque tous, — enfin qu'il n'en est aucun qui soit disproportionné aux énergies connues de l'âme humaine ». Cui plures philosophi catholici suffragantur : Méric, *le merveilleux et la science ;* Castelein, *Psychologie*, p. 578-694 ; Mercier, *Psychologie*, n. 210-211 ; Schütz, *der hypnotismus*, aliique.

Atqui hæc explicatio naturalis, utut probabilis tantum et in pluribus conjecturalis, nobis sufficit ut hypnosim non habeamus tamquam præternaturalem, scilicet diabolicam. Ut enim ait S. Alphonsus, l. III, n. 20, ex communi sententia Auctorum : « in dubio præsumendus est aliquis effectus potius provenire a causa naturali quam a superstitione ». Merito quidem addunt Auctores, non sufficere inanes explicationes eorum, qui et divina et diabolica negantes, per fas et nefas omnia naturali modo explicare tentant (Lehmkuhl, I, n. 357). At hujusmodi esse hypnotismi naturalem explicationem dici nequit, immo potius illorum videtur præjudicata mens qui communes etiam hypnoticos effectus, quos centeni viri scientifici, a superstitione alieni, certa methodo producunt, diabolico interventui adscribere nituntur.

Loquimur autem de hypnotismo *scientifico, in se inspecto :* omnino semoventes, ut præmonuimus, phenomena dubia aut hypnosi extranea, ac præsertim effectus manifeste præternaturales, ad spiritismum pertinentes, qui interdum cum hypnotismo junguntur ac miscentur, ita ut tota praxis indubie superstitiosa evadat. Hac observatione facta, putamus sat facile refelli argumenta quæ acerrimus adversariorum antesignanus, clariss. P. Franco, congessit in opere : « l'ipnotismo tornato di moda. » Vide Coconnier, p. 166-198, coll. 313-423.

Cfr præsertim, inter institutiones theologiæ : Theologia Mechlin. *de Virtut.* n. 141 ed. a. 1896 : et inter tractatus speciales: sæpe laudatum opus R. P. Coconnier. *Hypnotisme franc* 1897, ubi, p. 431-436, circa hypnotismum litteratura satis ampla exhibetur.

O. E. D.

V

Q. *Quid censendum de quodam hypnotismi licitate?*

R. I. Si agitur de effectibus causas naturales certo prætergredientibus, qui specie hypnotismi quandoque quæruntur et obtinentur: superstitiosum est ac proinde intrinsece illicitum talia aut in aliis efficere aut in seipso ut fiant consentire. Atque ex hac causa simulque ex rationibus sub III afferendis, usus magnetismi animalis, ut de facto obtinebat, pluries a S. Sede prohibitus fuit. Vide Epistolam Encycl. S. Officii, 4 Aug. 1856, adversus magnetismi abusus : et Resp. ejusd. S. Off. 23 Jun. 1840, 21 Apr. 1841, 28 Jul. 1847, ac S. Pœnit. 1 Jul. 1841.

II. Si agitur de hypnotismo proprie et presse sumpto, cum suis phænomenis in R. præcedente indicatis, ex principio ibidem proposito damnari nequit quasi opus **superstitiosum, intrinsece illicitum.**

III. Attamen accedunt aliæ rationes ex quibus praxis hypnotismi plane illicita evadit, quoties sine gravi causa et sine magna cautela adhibetur. Etenim a hypnotizatus privatur expedito usu rationis ita ut ordinarie sine nutu hypnotizantis ægre possit hunc usum recuperare. Imo tradit se arbitrio hypnotizantis: adeo ut ab ipso efficaciter, sæpius etiam ineluctabiliter, adigi possit ad illicita perpetienda et perpetranda, sive statim, sive post longum etiam temporis intervallum: adeo etiam, in multis casibus, ut postea ad nutum ipsius et frustra reluctans in eumdem statum hypnoticum reducatur. Jamvero talis privatio usus rationis, abdicatio libertatis et alienæ voluntati servitus, de se

gravissimum periculum pro moribus involvens, quamvis non videatur intrinsece illicita, certo tamen prohibetur quoties sufficiens causa deest aut negliguntur cautiones idoneæ ad periculum in casu removendum. b Insuper hypnotismus, nisi magna prudentia adhibeatur, sanitatem animi et corporis gravi nocumento exponit. Cfr v. gr. Surbled, la morale dans ses rapports avec la médecine et l'hygiène, vol. IV. p. 92-95. Unde iterum requiritur hujus periculi remotio, aut saltem ratio majoris boni obtinendi. c Tandem alia incommoda aliæque malitiæ accedere possunt: ex publica hypnotismi exhibitione, modo inhonesto inducendi hypnosim, occasione libidinis etc. — Hic nota legem 30 Maii 1892, quæ merito *spectaculum* hypnotismi sub pœnis severis prohibuit et exercitium hypnotismi in personas *minorennes* aut *amentes* certis limitibus constrinxit.

Unde: *causa,* sufficiens ad hypnotismum cohonestandum, minime erit causa recreationis; sed erit interdum causa *investigationis scientificæ*, dummodo peritus seligat personas quibus experimenta hypnotica innocua, imo proficua, apparent; præsertim vero erit causa *medicationis:* quando revera hypnosis apparet esse præstans medium sive ad sopiendos sensus in chirurgica operatione, sive ad aliquem morbum, puta nervorum morbum aut rhumatismum, curandum. Tunc autem *cautio* adhibenda hæc erit: non admittatur nisi medicus in hac re valde peritus ac prudens simulque summe fidus, qui non omnigenis suggestionibus, sed prorsus honestis, innocuis et ad finem intentum vergentibus, utatur; atque etiam adjungatur ipsi testis fidus, qui et hypnotizantem a mala suspicione et præcipue hypnotizatum ab omni injuria defendat.

Vide similes conclusiones apud plures recentiores theologos: Lehmkuhl, I, n. 994; Theolog. Mechlin. l. c.; Van der Moeren, de virt. relig. append. III; Haine, de primo præc. q. 25; Génicot, I, n. 264 sq.

O. E. D.

VI

In celebratione missæ, cognita alterutrius materiæ panis vel vini ineptitudine, quid juxta rubricas agendum est ad integritatem sacrificii procurandam?

Prænotanda: 1° quæstio ponitur solum de materia inepta; de corrigendo scilicet, et quidem juxta rubricas, defectu substantiali sacrificii, versante vel circa panem vel circa vinum, quo defectu invalida redditur consecratio vel Corporis vel Sanguinis, et consequenter impeditur ne verum sacrificium missæ a Christo Domino institutum offeratur. Tales defectus enumerant rubricæ: si panis non sit vere triticeus, vel sit corruptus, si vinum sit factum *penitus* acetum, vel *penitus* putridum, vel de uvis acerbis seu non maturis expressum, vel sit ei admixtum tantum aquæ ut vinum sit corruptum, vel si loco vini apposita sit aqua vel alius liquor. 2° Hic agitur de defectu animadverso in ipsa celebratione missæ, dum sacerdos adhuc est in altari, et de materia cognita ut *certe* invalida ad sacrum faciendum. Si tamen celebrans dubitet de materiæ aptitudine et dubium ejus sit vere prudens, seu, uti dicit rubrica (tit. V., n° 2, ubi de defectu formæ), si sacerdos *valde probabiliter* dubitet, supplere debet juxta easdem normas ac quando certus est, et materia dubie consecrata sumenda est post sumptionem Corporis et Sanguinis. Auctores autem disputant an in tali casu dubii, nova consecratio fieri debeat absolute, an sub conditione, prior opinio videtur præferenda. (Vide De Herdt tom. 2, n° 147).

His prænotatis, triplex potest casus occurrere tum quoad panis, tum quoad vini materiam.

1° *Quoad panem:* Celebrans animadvertit hostiam esse ineptam, aut a/ ante consecrationem, aut b/ post consecrationem sed ante sumptionem Sanguinis, aut c/ post Sanguinis sumptionem.

Si a/ id avertit ante consecrationem, remota materia inepta, aliam hostiam aptam apponit, hanc, si prioris jam facta sit oblatio, vocaliter vel saltem mente offert

et missam prosequitur ab eo loco ubi desivit, nisi modo recitasset *Qui pridie quam pateretur* etc., quæ verba semper resumenda sunt. (Rubr. *de defect.*, tit. III. nº 4). « Hostia amota, si illius facta sit oblatio, sumenda est post ablutiones, vel in sacrarium projicienda ». (De Herdt, tom. 2, nº 138).

b Si defectus cognoscitur post consecrationem sed ante sumptionem Sanguinis, alia hostia accipitur et offertur vel vocaliter vel saltem mentaliter ut supra. Eam celebrans consecrat more solito, incipiendo à verbis *Qui pridie quam pateretur*, et facta consecratione, omissis elevatione, si jam facta fuerit, ac aliis cæremoniis intermediis, missam prosequitur ab eo loco, quo desiit. « Si autem post fractionem fieret hujuscemodi defectus correctio, hostia consecrata mox frangeretur in duas partes, et super patenam deponeretur; commixtio autem particulæ cum S. Sanguine fieri non debet, sed potest: quod si fiat, particula immititur in calicem, absque verbis aut signis ». (Ill. Van der Stappen *de celebratione missæ*, lib. III, cap. I, art. I, q. 178). Si primam hostiam invalide consecratam non sumpserit, eam celebrans sumit post sumptionem Corporis et Sanguinis, vel alii sumendam tradit, vel alibi reverenter conservat, donec corrupta sit, et tunc in sacrarium projicit. Si autem sumpserit, nihilominus sumit eam quam valide consecravit, quamvis non amplius sit jejunus; videlicet, consecratione facta, statim frangit hostiam in duas partes super patenam et mox dicens: *Corpus Domini* etc., facto signo crucis, eam reverenter sumit. (Van der Stappen, l. c.).

c Si error cognoscitur post sumptionem Sanguinis, juxta rub. 6, utraque nova materia tum panis, tum vini accipienda est, parum aquæ de more infundendum in calicem, et oblatione utriusque similiter facta (sive verbis sive mente), peragitur consecratio utriusque materiæ, incipiendo a verbis *Qui pridie* usque ad *Quotiescumque* etc. inclusive, et prætermissis elevatione et

aliis quæ fiunt a consecratione ad communionem, S. Hostia frangitur super patenam et sumitur ut supra. Facta brevi meditatione, fragmenta, si qua sint, colliguntur et in calicem mittuntur; mox sumitur S. Sanguis, dictis verbis *Sanguis Domini* etc. et missa continuatur. « Verum Quarti (1) plurimis rationibus dicit in hoc casu necessariam non esse consecrationem alterius vini; attamen etsi hæc sententia talis sit, ut ipse Collet affirmet damnari non posse eam sequentes, Rubrica est ita dilucida, ut quamlibet exceptionem rejiciat, sicut monet Benedictus XIV (2). Una sola ratio sequendi Quarti sententiam haberi potest, id est cum gravissimum scandalum sit inter adstantes exoriturum ». (Zualdi *Cæremoniale missæ privatæ,* parte III, app. II; Vide De Herdt l. c. ad 3).

2° *Quoad materiam vini*, item triplex juxta rubricas distingui potest casus, prout materia inepta dignoscitur a/ ante ejusdem consecrationem, quamvis post consecratum Corpus; aut b/ post illius consecrationem sed ante sumptionem Corporis; aut denique c/ post Corporis vel etiam materiæ ineptæ sumptionem.

a/ In primo casu, si scilicet sacerdos substantialem defectum vini comperiat ante ejus consecrationem, seponat defectuosum liquorem in aliquod vas, et infuso vero vino cum aqua in calicem, eum statim, si calicis oblatio jam facta esset, saltem mentaliter offert, et missam prosequitur a loco quo desiit; si tamen jam recitasset verba canonis: *Simili modo* etc., hæc resumenda sunt. (tit. IV, *Rubr.* 3). Liquor defectivus, saltem si oblatus sit, cum ablutione sumitur vel in sacrarium projicitur.

b/ Si post verba consecrationis calicis sed ante sumptionem S. Hostiæ advertitur substantialis defectus vini, effuso liquore inepto in aliquod vas, novum pariter

(1) Parte III, tit. 3, § 2, dub. 2.
(2) *De sacrifi. missæ*. Sect. 2, § 121.

sumitur vinum cum aqua, calix de novo offertur vocaliter vel mentaliter, et statim celebrans consecrat vinum more solito incipiendo à verbis *Simili modo* etc. usque ad verba *Quotiescumque* etc. inclusive; dein missam prosequitur ab eo loco ubi desiit, omissa etiam elevatione calicis si jam facta fuerit (*Rubr.* 4). Liquor defectuosus, si potabilis, sumitur post ablutiones, vel si sumi non potest, projicitur in sacrarium. « Si autem defectus advertitur tantum postquam particula S. Hostiæ immissa fuit in calicem, in hoc casu, aqua aut liquor defectuosus infunditur simul cum sacra particula in alium calicem, et seponitur super corporale; sumitur cum sacra particula, immediate post sumptionem Sanguinis; vel potest sacra particula extrahi e liquore defectuoso, et immitti in consecratum Sanguinem; prior modus præfertur. Ubi vero liquor defectuosus esset venenosus, liquor cum sacra particula seponitur in tabernaculum, donec totum fuerit corruptum et tunc projicitur in sacrarium. » (Ill. Vanderstappen l. c., q. 181).

c/ Si demum error comperiatur post sumptionem Corporis vel etiam materiæ ineptæ, accipienda est altera hostia et infundendum in calicem novum vinum cum aqua, facienda est oblatio saltem mentalis utriusque materiæ, consecratur utraque incipiendo a verbis: *Qui pridie* etc. et statim sumitur a celebrante quamvis non jejuno (*Rubr.* 5). In his omnibus servatur idem ordo expositus supra 1°, c/. Si tamen, uti dicit eadem rubrica 5, « missa celebretur *in loco publico*, ubi plures adsint, ad evitandum scandalum, poterit (celebrans) apponere *(solum)* vinum cum aqua, et facta oblatione ut supra, consecrare ac statim sumere et prosequi cetera »; eo in casu idem servatur ac supra 2° b. « Juxta Quarti (1) *(et alios)* solum vinum consecrari licet, etiamsi nullus adsit, nec urgeat necessitas vitandi scandalum, quia hic modus est aptior et expeditior, nec militat ratio inver-

(1) Part. 3, tit. 3, sect. 2, dub. 2 et tit. 4 rub. 5j.

[illegible] ordinis, cum Sanguis consecratur post Corpus [illegible]. De Herdt n° 1.[illegible] ad S. Mar. tamen potius standum esse [illegible] dicent. (Cfr. Dudd. l. c., cn. IV, 3-4; Epitom. Theol. 1800 p. 182 et 1892 p. 1[illegible]). Notandum in casu, quo celebrans deferum [illegible] advertit, quidem post sumptionem S. Hostiæ sed ante sumptionem s. particulæ in calice relictæ, uti fieri potest: tunc semper solus Sanguis consecratus posse et debere, quia tunc Corpus et Sanguis simul in illum sumuntur, quamvis distincte sumantur, propter cujus tamen defectum nihil esset reterendum, ut mox expressè statuunt cn. X n° 10 ». Ita De Herdt, l. c.

Sed quid faciendum si materia quæ esset apponenda in pannulus his casibus, nulla prorsus haberi posset? Huic quæstioni respondet rubrica tit. IV, cap. 3, scilicet: ante consecrationem utensilia esset ab altari recedendum; si autem post consecrationem hostiæ aut etiam vini deficiendum deferus dicentis species, dicens jam consecrata, tunc si nullo modo aut nonnisi difficilius [illegible] possit, procedendum erit et missa silenda, ita tamen, ut prætermittantur verba et signa, quæ pertinent ad speciem deficientem. Quod si suspendendo aliquandiu haberi possit, suspendendum erit, nè sacrificium incumbat imperfectum. Quandiu autem sit suspendendum, auctores non conveniunt. Benedictus XIV de sacrif. missæ, lib. III, cap. 12, n° 5 spatium istud vertit ad unum tempus [illegible]: sententia autem communior verbum aliquandiu, quod rubrica habet in hac re, intelligendum est per unum vel duos horas.

In casu autem potiri vinum sacrificium, si deesset panis azymus, abhiberi posset fermentatus, item, deficiente vino portari, mustum seu vinum ex uvis statim expressum, quæ tamen [illegible] abhiberi non possunt sub gravi peccato. Cfr. III, rubr. [illegible] IV, rubr. [illegible].

(H. V. D. W.

Evangelia Dominicarum

In Festo SS. Trinitatis.

Matth. XXVIII, 18-20.

*
* *

Te dien tijde zei Jesus tot zijne leerlingen: 18 Aan mij is alle macht gegeven in hemel en op aarde! 19 Gaat dan en onderwijst alle volkeren, hen doopende in den naam des Vaders, en des Zoons, en des Heiligen Geestes; 20 hen leerende onderhouden alles, wat ik u geboden heb. En ziet, ik ben met ulieden al de dagen, tot de voleinding der wereld.

*
* *

Notationes

18. *Data est*, a Deo Patre, *mihi* «ut Dei Filio quidem, jam inde ab æterno, generatione; ut Filio hominis autem, dono. Quam naturâ et æternò habui quatenus Deus, dono accepi quatenus homo. Et ab initio quidem conceptionis, mero simplicique dono eam habui, ratione unionis humanæ naturæ cum divina: sed jam a resurrectione, eminentiori modo sum assequutus.

Tribus enim novis rationibus, a resurrectione data est Christo homini omnis potestas. Una ratione, *quod ad modum*, quia morte sua eam promeruerat: quam enim antea dono simplici habuerat, a resurrectione accepit merito mortis a se toleratæ. Docet hoc Apostolus Philip. 2. v. 8: *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltavit illum*. Quia omnibus quæ in cælo et in terra, ac nominatim hominibus, inferiorem se haberi passus fuerat: omnibus quæ in cælo et in terra, suo merito præpositus est, ac nominatim jus acquisivit,

homines, quos suo sanguine redemerat, in regnum suum congregandi.

Altera ratione, *quod ad statum:* quia qui fuerat homo mortalis, miseriis mortique obnoxius, factus est immortalis: qui in terra conversatus, jam adscendebat in cælum: decet enim eum, cujus potestati omnia subjecta sint in cælo et in terra, mortalium statu superiorem, sublimem atque immortalem in cælis agere.

Tertia ratione, *quod ad usum et notitiam*, Christo homini a resurrectione data est omnis potestas in cælo et in terra. Usus est enim hac potestate, quando emisit discipulos suos, prædicandi nominis sui causa, in mundum universum, et non vi aut armis, sed prædicatione humilium, miraculis stabilita, mundum universum suæ fidei subjecit; utetur denique, quando judicaturus est vivos et mortuos. Usus quidem fuerat hac potestate et ante resurrectionem, miraculis quibusdam in Judæa editis, et aliquibus ad fidem attractis: sed modica hæc, si iis comparentur, quæ egit a resurrectione per discipulos. Usum porro sequitur notitia: ita factum est, ut dum utitur hac potestate, *omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.*

Omnis, absoluta, perfecta, plena atque integra, citra exceptionem aut restrictionem, ita ut non solum corporibus, sed et animis ac spiritibus dominer. *Potestas*, ἐξουσία, auctoritas. Non enim hic de potentia seu omnipotentia proprie est sermo, sed de auctoritate ac licentia, quæ in gubernando consistit, et imperium dicitur: quamquam hæc, ut sit efficax, a potentia sejuncta esse non possit, quæ proinde consequenter intelligenda hic est. *In cælo et in terra*, super omnem creaturam, quæ vel in cælo vel in terra vel ubicumque est. Ego mea morte imperium mihi comparavi in omnem creaturam, ita *ut in nomine meo omne genu flectendum sit, cælestium, terrestrium, et infernorum...* Diserte se fatetur cæli terræque Dominum ac Regem » Luc. Brug.

19, 20. *Euntes ergo...* « Quoniam talis mihi jam

potestas data est, quæ se ad omnia extendit, vos in hac potestate confisi ite non jam ad oves tantum quæ perierunt domûs Israel, sed ad omnes totius mundi nationes, hoc agentes ut quoniam omnes nationes mei jam juris sunt, omnes etiam vestra doctrina meæ ditioni sponte subjiciatis, et salutis quam omnibus peperi, consortes efficiatis...

Tria autem apud Matthæum injunguntur Apostolis, quæ euntes in universum mundum facere debeant, et habent inter se hæc connexionem et ordinem convenientissimum. Primum est, ut *doceant omnes gentes,* ea, scilicet, quæ credere debeant de Deo uno et trino, deque dispensatione assumptæ a Filio Dei humanitatis, et reliquis quæ ad fidem pertinent. Hîc enim verbo docendi injungitur eis traditio dogmatum fidei; unde pro eo quod Matthæus habet, *docete*, Marcus habet, *prædicate Evangelium:* et subjungit, *qui crediderit*, et, *qui verò non crediderit*... Secundum est, ut post doctrinam fidei, si eam receperint, *baptizent eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Baptismum enim in locum circumcisionis instituit Dominus, ut esset signum quo veluti tessera quadam militari novus populus coalesceret in unum et agnosceretur: quo item gratia Spiritus Sancti a peccatis emundans efficaciter mentibus hominum infunderetur, et certo infundi agnosceretur. Quod sane signum quàm sit ad salutem necessarium et efficax, satis arguit, quòd apud Marcum salus non promittitur tantum credenti, sed credenti et baptizato. Item quod a Paulo dicitur (Tit. 3): *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti.* Hinc enim patet, baptismum non nudum esse signum, sed signum efficax, et tale per quod tanquam quoddam instrumentum, gratiam suam ac spiritum hominibus Deus impartitur. Cæterùm quibus verbis baptismus Christianus conferri debeat, ab Apostolis atque ab universa Ecclesia intellectum semper est ex his verbis quibus jubet credentes *baptizari in nomine Patris et Filii*

et Spiritus Sancti. Hinc enim intellectum semper est, baptizantem verbo exprimere debere baptizationis actum a se fieri in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti... Porrò præscripta hîc baptizandi forma omnium maxime et apertissime trinitatem personarum et unitatem naturæ in divinitate nobis significat: Trinitatem quidem, cum tam expresse trium personarum nomina propria per conjunctionem quæ diversa copulat, hîc omnium primò conjunguntur: unitatem vero, cum dicitur, *in nomine*, hoc est, in virtute, auctoritate et efficacia. Cum enim una sit virtus et auctoritas Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, una etiam sit necesse est trium horum natura... Tertium est, ut post doctrinam fidei et baptismum, doceant fideles servare omnia quæ ipsis erant præcepta Apostolis: quod quidem pertinet ad vitæ conversationem, quæ sequi debet fidei baptismique susceptionem. Non enim ad salutem sufficiunt dogmata fidei et baptismus, nisi etiam Deo digna accedat conversatio » Jans. Gand.

Et ecce. « Attentos reddit hoc verbo, velut rem magnam dicturus, et simul occurrit cogitationibus eorum. Meritò enim trepidare poterant homines imperiti, nullius auctoritatis, ad suscipiendam tanti negotii molem: quasi diceret igitur: Nolite timere, neque respicere, quid vos viribus vestris possitis: *Ecce ego,* qui vici mundum, cui omnem potestatem jam datam audivistis in cælo et in terra, *vobiscum sum*, auctoritate, favore, virtute, spiritu. Non enim de præsentia visibili, nec etiam quà præsens est per SS. Sacramentum, sed de illa præsentia spirituali loquitur, quâ adest Pastoribus Ecclesiam ejus nomine et potestate gubernantibus, omnesque prædicationis et gubernationis tempestates sustinentibus. Ne autem diffiderent posteri Apostolorum successores, cum dixisset *vobiscum*, qui brevi morituri erant, addit, ad aliorum consolationem, *omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Tacite enim duo verbis istis promittit: primum, ipsos usque ad consummationem sæculi omnibus diebus permansuros, ut hîc notat Hier., hoc

est, victuros, in succedente sibi usque in finem mundi Pastorum seu Doctorum serie, seu officium prædicandi, docendi, baptizandi, gubernandi, cujus ipsos bases constituerat, semper mansurum: secundum, se semper eis in docenda veritate, et gubernanda Ecclesia adfuturum. Per quorum primum promittit nunquam vel reipsa interituram Ecclesiam suam, vel visibilem officiorum istorum œconomiam in invisibiles latebras, ut hæretici fingunt, esse condendam. Per secundum vero promittit, eosdem Apostolos, seu Apostolorum successores simul omnes non recessuros a veritate, quam docendam jusserat. Hoc enim si fieret, profectò tam inanis esset promissio, quàm si revera officia Pastorum ab eo instituta, et consequenter ipsa Ecclesia subverteretur » Jans. Ipr.

« Cæterùm, promittens se cum suis fore usque ad seculi consummationem, non vult intelligi, se post seculi consummationem cum suis non fore: sed exprimens tempus illud de quo poterat dubitari, relinquit intelligendum, id de quo dubitari non poterat, post hujus seculi consummationem, quando ipse visibili cum corpore judicandi causà reversus, justos donaverit regno cælorum, quod aliàs promiserat, (suprà 25. v. 34) multo magis cum eis futurum. Tunc enim modis omnibus cum eis erit, non ut auxilietur laborantibus, sed ut perfunctos laboribus coronet, et sui ac Patris et Spiritus Sancti contemplatione æternùm beatos reddat » Luc. Brug.

Conclusio

1. Consideremus altitudinem mysterii SS. Trinitatis... eliciamusque actus fidei, spei, charitatis, adorationis etc.

2. Grato animo recolamus insigne beneficium vocationis nostræ ad fidem christianam, ac susceptionis sacramenti fidei, quo baptizati sumus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ac transivimus in Dei nomenclaturam, ut dicamur filii adoptivi Dei Patris,

fratres Filii Dei, templa et habitacula Spiritus sancti, hæredes Dei etc.

3. Recogitemus obligationes per Baptismum contractas, ac nominatim obligationem servandi omnia Christi mandata, confidamusque perpetuo omnipotentis Domini nostri auxilio.

G. V. D. P.

Dissertatio

De missa bis de die celebranda ab eodem sacerdote

SEU

DE BINATIONE

(*Sequitur*. Cf. *suprà* p. 172.)

—

ART. III. *De ritu servando in missæ iteratione.*

16. 1° Quæritur utrum liceat missam iterare *in eadem ecclesia:* sunt enim qui opinantur non posse eumdem sacerdotem bis de die in eadem ecclesia divina mysteria celebrare *sine indulto Apostolico*, neque Ordinarii licentiam ad hunc effectum sufficere; ita *Analecta Juris Pontificii* ser. I, col. 558, 560 sq.; item Falise, *Liturgiæ practicæ compendium* p. 446; Bouvier *De Eucharistia* p. II, cap. V, art. 2, n. 7. Immerito tamen: nam præterquam quod Cap. 3 *De celebratione Missarum* (supra n. 2) absque ulla distinctione permittat in casu necessitatis missam iterare, Bened. XIV Const. *Declarasti* (§ *Ea potissimum*) casum unius ecclesiæ, ad quam insimul universus populus convenire non potest, omnino assimilat casui quo missa celebranda sit in duabus ecclesiis inter se distantibus, atque declarat post

Raynaudum illos duos casus eodem jure censendos esse; (quare non intelligimus quod Falise l. c. potuerit invocare eamdem constitutionem ad probandam suam opinionem in contrarium.) Sic etiam cit. Instr. S. C. de P. F. n. 10 post expositum casum licitæ binationis, parochi nimirum duas parochias regentis, subjungit: « Hic est primus et communior casus; alter est *quando una tantum sit ecclesia* in qua Missa celebratur et ad quam simul universus populus convenire non potest »; et num. seq. diserte affirmat *in his casibus* posse sacerdotem bis celebrare absque indulto Apostolico, « semper tamen dependenter ab Ordinario, ad quem pertinet tum de vera necessitate tum de possibilitate canonica remedia applicandi ferre sententiam ».

Et revera nulla lex generalis profertur prohibens ne, urgente necessitate binandi, missa in eadem ecclesia iteretur; provocant quidem *Analecta* ad nonnullas S. C. C. resolutiones; sed si rite inspiciantur causæ in quibus prodierunt, apparebit illas nequaquam prædictam prohibitionem exprimere: cf. Feije l. c. n. 5 sq., *Revue theol.* nouv. série t. I p. 652 sqq. Consonat Secret. S. C. C., in causa *Auxitana* 16 Julii 1853, scribens: « Et sane cum ideo in necessitatis casu liceat, parocho bis missæ sacrificium instituere ne diebus festis Ecclesiæ præceptum a populo violetur, neve fideles ingentibus illis, qui ex oblatione incruenti Sacrificii dimanant, fructibus priventur: cumque præterea eadem necessitas, quod scilicet ad unicam missam insimul universus populus convenire non valet, locum habere possit, *sive de eadem sive de altera ecclesia agatur,* manifestum est tritum urgere axioma, quod nimirum idem in jure obtineat ubi eadem ratio subsistit; et inde *haud referre utrum de diversa an vero de eadem agatur ecclesia,* in qua missa iteranda sit, scripsit ad Episcopum Oscensem Bened. XIV... »

17. 2° Neque magis lege generali prohibitum est ne binæ missæ super *eodem altari* celebrentur: imò praxis

fere universalis obtinet ut in die Nativitatis D^ni tres missæ ad idem altare offerantur. Quapropter, *nisi Episcopus licentiam binandi impertiendo altare diversum pro secunda missa prescribat*, liberum erit utramque missam in eodem altari celebrare.

18. 3° Quæstio fit utrum necessario pro secunda missa *idem calix* sit adhibendus qui priori missæ celebrandæ inserviit et quomodo calix iste sit tractandus. Distinguendum est:

Si *in eadem ecclesia* missa iteretur, profectò eodem calice uti debet sacerdos: de quo consentiunt omnes, et ex dicendis circa alterum casum id plane probatum erit. — In hac autem hypothesi, si secunda missa immediate sequatur primam, procedat celebrans secundum ritum præscriptum pro die Nativitatis D^ni: si vero aliquo temporis intervallo duæ missæ ab invicem separentur, absoluta priori, *ubi nulla est sacristia*, calicem velo cooperiat et super corporale extensum in altari relinquat, aut, si commode fieri queat, in tabernaculo includat: secus vero in sacristiam deferat ibique super corporale vel pallam in aliquo loco decenti et clauso collocabit usque ad secundam missam. (Cf. appendix ad Rituale Romanum).

19. Si vero *in diversa ecclesia* altera missa sit celebranda, olim generali prohibitione vetitum erat alio uti calice, juxta decretum S. C. R. 16 Sept. 1815, quod reprobabat usum duorum calicum tanquam in Ecclesia novum atque jubebat servare formam in voto theologi propositum; quod votum conceptum erat ut sequitur:

Ne novi absque necessitate inducantur ritus simulque decentiæ ac reverentiæ Sacramento debitæ consultum sit, rem ita expediri posse censeo: ut parochus in prima missa calicem impurificatum relinquat, prout fit in duabus prioribus missis Nativitatis D^ni: calici autem statim imponat patenam et pallam prout fit in iisdem missis: dein calicem et patenam cooperiat velo quod etiam circumligabit calici... Atque calicem hunc sic cooper-

tum et circumligatum, defectu tabernaculi, post primam missam relinquat in altari super corporale. Dein vero suo tempore eumdem hac ratione præparatum decenter deferat ad aliud oratorium, ut ibi celebret secundam missam, quam peraget eodem ritu quo celebratur tertia missa in Nativitate Dni. » — Addunt AA post Gavantum, ablutionem digitorum de prima missa servandam esse in vase et in alia missa cum ablutione sumi, vel sumi ab alio sacerdote qui est jejunus, vel in sacrarium effundi.

« Quum tamen (ut legitur in cit. Instr. S. C. de P. F. n. 19) ejusmodi decreti (np. S. C. R. 16 Sept. 1815 cit.) executio haud levibus difficultatibus esset obnoxia, quando celebrari deberet *in duabus ecclesiis ab invicem remotis*, idem Sacer Ordo in generalibus comitiis habitis die 12 Sept. 1857 pro moderamine dicti Decreti rescripsit: « *Usum duorum calicum in casu posse permitti* ». — En dubia proposita cum resolutione a S. C. R. data, prout referuntur in collectione Gardellini n. 5261: « I. An retinendus sit usus qui dicitur vigere in diœcesibus Compostellana et Salmantina necnon in diœcesi Meldensi et in aliis Gallicis diœcesibus vel sit permittendus alibi, adhibendi scilicet ob peculiares rationes duos calices cum sacerdos duas celebrat missas eadem die *in ecclesiis longe dissitis?* — II. Et quatenus ob peculiares circumstantias hujusmodi usus retinendus sit vel permittendus, quid servandum circa purificationem primi calicis, ut et reverentiæ Sacramento debitæ consulatur et sacerdos jejunus maneat pro secunda missa, habita ratione peculiarum circumstantiarum quæ tam in primo quam præcipue in secundo supplici libello exponuntur ». — Et S. C. omnibus mature perpensis habitoque præ oculis voto Magistri Ceremoniarum die 12 Sept. 1857 respondit: « Ad dubium I: Usum duorum calicum in casu posse permitti; Ad dubium II: ad mentem: mens est ut conficiatur instructio. » — Hac autem confecta, SSmus die 11 Martii 1858 resolutionem S. C. approbavit, simul cum adnexa instructione quam hic ad verbum referimus:

Instructio de calicis purificatione data a S. R. C. d. 11 Mart. 1858 pro iis qui in dissitis locis Missam iterare debent.

« Quando sacerdos eadem die duas missas dissitis in locis celebrare debet, in prima dum divinum Sanguinem sumit, Eum diligentissime sorbeat. Exinde super corporale ponat calicem et palla tegat, ac junctis manibus in medio altari dicat: *quod ore sumpsimus.* etc., et subinde admoto aquæ vasculo, digitos lavet, dicens: *Corpus tuum,* etc. et abstergat. Hisce peractis calicem super corporale manentem adhuc, deducta palla, cooperiat, ceu moris est, scilicet primum purificatorio linteo, deinde patena ac palla et demum velo. Post hæc missam prosequatur, et completo ultimo evangelio, rursus stet in medio altari et detecto calice inspiciat an aliquid divini Sanguinis necne ad imum se receperit, quod plerumque continget. Quamvis enim sacræ species primum sedulo sorptæ sint, tamen dum sumuntur, cum particulæ quæ circum sunt undequaque sursum deferantur, nonnisi deposito calice ad imum redeunt. Si itaque divini Sanguinis gutta quædam supersit adhuc, ea rursus ac diligenter sorbeatur, et quidem ex eadem parte qua ille primum sumptus est. Quod nullimode omittendum est, quia sacrificium moraliter durat et superextantibus adhuc vini speciebus ex divino præcepto compleri debet. — Postmodum sacerdos in ipsum calicem tantum saltem aquæ fundat quantum prius vini posuerat, eamque circumactam ex eadem parte qua sacrum Sanguinem biberat in paratum vas dimittat. Calicem subinde ipsum purificatorio linteo abstergat ac demum cooperiat, uti alias fit, atque ab altari discedat. — Depositis sacris vestibus et gratiarum actione completa, aqua e calice demissa, pro rerum adjunctis, vel ad diem crastinum servetur (si nempe eo rursus sacerdos redeat missam habiturus) et in secunda purificatione in calicem demittatur, vel gossipio aut stupa absorpta comburatur, vel in sacrario, si sit, exsiccanda relinquatur, vel demittatur in piscinam. — Quum autem calix, quo sacerdos primum est usus, purificatus jam sit, si illo ipso pro missa altera indigeat, eum secum deferat: secus vero in altera missa diverso calice uti poterit ».

20. Quid concludendum pro praxi? — 1/ Non licet

universim pro binatione duobus calicibus uti, etiamsi secunda missa in ecclesia diversa celebretur: nam decretum a. 1857 spectat casum duarum ecclesiarum *longe dissitarum* et innititur *peculiaribus rationibus ac circumstantiis* tum in libellis supplicibus tum in voto Magistri cæremoniarum expositis, quæ reducuntur ad hanc considerationem, quod scil. non possit cum debita reverentia calix non purificatus ad alteram ecclesiam transferri.

2/ Stantibus autem iisdem adjunctis vel similibus, quibus hujusmodi necessitas reverentiæ inducitur, *probabiliter* ubique licet dicta facultate uti. Dico *probabiliter*, quia res dubia manet: nam ex una parte videtur præfata resolutio S. R. C. exprimere dispensationem et gratiam potius quam declarationem: « Usum duorum calicum in casu *permitti posse* »; et præterea quum Patres Concilii prov. Rhemensis exposuissent sacerdotes binantes in illa provincia, quoad usum unius vel duorum calicum in iisdem prorsus circumstantiis versari quæ locum dederant resolutioni 12 Sept. 1857 et petiissent pro iis dispensationem ab adhibendo uno tantùm calice, SS^mus^ *benigne indulsit* ut decretum a. 1857 cum relativa instructione servaretur etiam in provincia Rhemensi; et Card. Præfectus S. C. R. litt. 11 Mart. 1858 demandavit Card. Archip. Rhemensi, ut *hanc benignam Sanctitatis suæ concessionem* Episcopis suæ provinciæ communicaret. — Ex altera parte favet hodie sententiæ benigniori, quod S. C. de P. F. affirmet resolutionem a. 1857 fuisse datam *pro moderamine decreti a. 1815* (suprà n. 19) atque instructionem S. C. R. citatam suæ instructioni de binatione adjecerit. Accedit argumentum petitum ex voto Magistri Cærem. qui, ut ait, putabat sub hac forma (usum... *tolerari posse*) respondendum *ne per responsum absolute affirmativum aliquid detrahi videretur decreto 16 Sept. 1815:* unde videri potest illam formulam responsi *(permitti posse)* non esse in toto suo rigore interpretandam. Quapropter censemus, ubi judi-

cio Ordinarii eædem vel similes obtinent circumstantiæ quarum intuitu datum est laudatum decretum a. 1857, licere absque indulto Apostolico duobus uti calicibus. — Secus vero observandum est decretum a. 1815.

3/ Ex ultimo § *quum autem calix* citatæ instr. (suprà n. 19) liquet etiam pro casu quo sacerdos binans in diversis ecclesiis *codem calice* utitur quandoque admitti calicis purificationem post priorem missam, quando nimirum non potest cum debita reverentia ad alteram ecclesiam transferri.

(Sequetur.) H. V. D. B.

Jurisprudence Administrative

Fabriques d'église — Budget — Frais d'une mission

—

Un arrêté royal en date du 8 Mars 1898 (*Moniteur*, p. 1054), réforme l'arrêté du 14 Janvier précédent, par lequel la Députation permanente du conseil provincial du Hainaut a :

1° Réduit à 373 fr. 65 c. la somme de 428 fr. 69 c. (*lisez:* 523 fr. 65 c.) inscrite à l'article 17 (Supplément de la commune pour les frais ordinaires du culte) des recettes du budget, pour l'exercice 1898, de la fabrique de l'église de Sainte-Aldegonde, à Rance;

2° Supprimé le crédit de 150 francs inscrit à l'article 39 (Honoraires des prédicateurs) des dépenses du même budget.

Un crédit de 150 francs est inscrit à l'article 39 des dépenses. La somme de 373 fr. 65 c., admise par la Députation permanente à l'article 17 des recettes, est portée à 523 fr. 65 c.

Cette décision est fondée sur ce qu'une somme de 150 francs pour le payement des honoraires des prédicateurs et *des frais d'une mission* ne peut être considérée comme exagérée, eu égard à l'importance de la paroisse ; qu'il s'agit, dans l'espèce, de dépenses dans lesquelles l'intervention de la commune est obligatoire en cas d'insuffisance des ressources de la fabrique et qu'il résulte de l'instruction que l'intervention de la commune, à concurrence de 523 fr. 65 c., est nécessaire pour faire équilibrer les recettes et les dépenses du dit budget.

Observation. Cet arrêté résoud dans un sens favorable aux fabriques d'église une question pratique qui n'est pas sans importance. Il décide que *les frais d'une mission* constituent une dépense obligatoire de la fabrique ; et, par voie de conséquence, il reconnaît implicitement à celle-ci le droit d'accepter les libéralités faites pour cet objet : il est, en effet, incontestable que tout établissement public a la capacité de recevoir les dons et legs qui ont pour but spécial de subvenir à l'une ou l'autre des charges qui lui incombent en vertu de la loi.

Certains jurisconsultes, notamment Lentz, *Des dons et legs en faveur des établissements publics*, T. II, p. 323 ; Giron, *Droit administratif*, n° 855 ; la *Revue communale*, T. III, p. 241, prétendent que les fabriques d'église sont sans qualité pour recevoir et gérer les fondations de cette espèce ; et le gouvernement libéral a refusé, à diverses reprises, d'autoriser les fabriques à accepter les libéralités faites en faveur de missions à organiser dans les paroisses. Arr. roy. du 13 Sept. 1862, contresigné par M. Tesch, et du 31 Décembre 1867, contresigné par M. Bara.

Cette doctrine et cette jurisprudence reposent sur des principes manifestement erronés. Les fabriques, en effet, sont la personnification civile du culte dans sa partie matérielle ; leur mission, dès lors, s'étend à tout ce qui se rattache au culte, et elles ont partant compétence pour recevoir toutes les libéralités qui ont pour

objet d'assurer l'exercice, soit du culte en général, soit d'un acte particulier du culte. « Les fabriques d'église ont capacité pour administrer les fondations *de toute espèce* faites en faveur du culte catholique » (consid. de l'arr. roy. du 31 Déc. 1849). Or, les missions sont-elles des actes du culte? Poser la question, c'est la résoudre. Niera-t-on que les prédications et les autres exercices de piété des missions, organisées par ordre de l'autorité diocésaine, fassent partie de l'exercice de la religion catholique? Les sermons des missions ne sont-ils pas des actes du culte au même titre que les prédications du carême ou de l'avent? Et qui oserait prétendre que celles-ci ne rentrent pas dans les attributions confiées aux fabriques d'église? L'art. 37 du 30 Déc. 1809 ne permet pas d'en douter. Au surplus, l'indépendance de l'Eglise, et la liberté assurée au culte par la Constitution, ne permettent pas à l'autorité civile de distinguer les différents actes du culte; c'est là un objet qui est de la compétence exclusive de l'autorité religieuse.

C'est donc à tort que l'on invoque contre les fabriques le décret du 26 Septembre 1809, par lequel Napoléon I interdit *les missions à l'intérieur*. Ce décret d'ailleurs n'a pas été inséré au *Bulletin des lois*, et n'a jamais pu par conséquent acquérir force de loi; il n'a donc pu avoir pour effet de modifier la législation existante et de restreindre le droit de fonder reconnu, sans restriction, aux catholiques par l'art. 15 du Concordat et l'art. 73 de la loi du 18 Germinal an X; ni, moins encore, de limiter la mission des fabriques telle qu'elle a été déterminée postérieurement par les art. 1er, 36 et 37 du décret du 30 Déc. 1809.

Au surplus les *missions à l'intérieur* visées par le décret du 26 Septembre 1809 sont essentiellement différentes des missions paroissiales dont il est question ici. Voir *Mém. belge*, an. 1868, p. 909 ss.; an. 1875, p. 211; an. 1876, p. 807 ss.; Soenens, *Des fabriques d'églises*, p. 158 ss.; Moulart, *Des fabriques d'églises*,

8me édit., p. 129 ss.; Orban, *Droit administratif notarial*, nº 499.

La jurisprudence administrative actuelle reconnaît la capacité des fabriques. Un arrêté royal du 7 juin 1892 (*Moniteur*, p. 1807 ss.) a autorisé diverses fabriques d'église à accepter des libéralités faites pour la fondation d'une mission à donner périodiquement dans la paroisse. D'autre part, l'arrêté royal rapporté ci-dessus consacre implicitement la même doctrine en décidant que les frais d'une mission constituent « des dépenses dans lesquelles l'intervention de la commune est obligatoire en cas d'insuffisance des ressources de la fabrique ». Voir dans le même sens, un arrêté royal du 15 Février 1897 (*Moniteur*, p. 774).

C. V. C.

Fabriques d'églises — Placement de meubles — autorisation royale

—

Un arrêté royal en date du 15 Mars 1898 (*Moniteur*, p. 1120) autorise le placement dans l'église de Ternath (province de Brabant), d'un maître-autel, de deux autels latéraux, d'un banc de communion, de deux confessionnaux, de deux bancs-d'œuvre, de *deux prie-Dieu*, de DEUX FAUTEUILS, *d'un lutrin* et de quatorze vitraux.

Observation. En présence de cet arrêté, il ne sera pas inopportun de mettre sous les yeux des lecteurs la disposition légale dont il est une prétendue application.

L'article 2 de l'arrêté royal du 16 Août 1824 est ainsi conçu : « *On ne pourra élever ou bâtir de nouvelles églises ou de nouveaux édifices destinés à l'exercice public des cultes, reconstruire ceux qui existent, ou* EN CHANGER L'ORDONNANCE, *sans avoir préalablement obtenu le consentement du Roi.*

« *Quant aux administrations fabriciennes, elles doivent se*

borner aux réparations d'entretien, nécessaires à la conservation des monuments ».

A prendre isolément et à la lettre la disposition du § 2 de cet article, il semblerait que les fabriques ne peuvent librement ordonner que les seuls travaux d'entretien, nécessaires à la conservation des édifices; et qu'elles doivent préalablement être autorisées pour effectuer tous autres ouvrages, tels que, p. ex., les travaux d'embellissement des églises.

C'est en ce sens que le Gouvernement a interprété l'arrêté royal de 1824. D'après la jurisprudence inaugurée par M. Bara et actuellement encore en vigueur, les plans des travaux de décoration, ainsi que les plans des meubles à placer dans les églises à perpétuelle demeure, tels que confessionnaux, orgues, cloches, etc., voire même des objets mobiliers, *de grande dimension,* non attachés à perpétuelle demeure, *qui sont de nature à changer l'ordonnance architecturale* des églises, tels que statues, tableaux, draperies, etc., doivent être soumis à l'approbation du Gouvernement; et les dépenses résultant de travaux de l'espèce doivent être préalablement autorisées par arrêté royal. Circ. min. du 12 Septembre 1881, du 15 Mai 1885 et du 31 Mars 1894.

Nous ne saurions admettre cette interprétation extensive de l'arrêté de 1824, laquelle, nous n'en doutons pas, dépasse évidemment la pensée de son auteur. D'après nous, il faut mettre cet arrêté en regard du décret de 1809 auquel il se lie, et aux termes duquel les fabriques d'église jouissent de l'autonomie administrative qui leur permet de faire aux églises, dans les limites du budget et sur leurs revenus libres, tous les travaux de restauration et d'embellissement, sans être soumises à aucune demande d'autorisation. L'arrêté royal de 1824 n'ajoute qu'une réserve obligatoire, celle qui défend aux fabriques *d'élever* et *de reconstruire* les églises ou d'en *changer l'ordonnance*, sans avoir obtenu préalablement le consentement du Roi; sauf cette res-

triction, les fabriques conservent la liberté que leur assure le décret de 1809, qui est la véritable loi organique de ces administrations. Il résulte d'ailleurs de la comparaison des deux paragraphes de l'art. 2 de l'arrêté de 1824 que les *réparations d'entretien*, visées par le second paragraphe, sont toutes celles qui n'ont pas pour objet la reconstruction des églises ou des travaux qui en changeraient l'ordonnance ; en d'autres mots, l'arrêté a voulu comprendre dans les termes, impropres ou incomplets, de *réparations d'entretien*, dont il se sert au § 2, tous les travaux qui n'appartiennent ni à l'une ni à l'autre des catégories énumérées dans le § 1er de l'article 2. Cette interprétation se trouve confirmée par l'art. 1er de l'arrêté royal du 7 Janvier 1835, instituant la Commission royale des Monuments. Cette Commission est appelée à donner son avis dans tous les cas où le consentement royal est exigé ; or, cet avis n'est nécessaire que pour « les plans relatifs aux *constructions* et *réparations* des édifices mentionnés dans l'article 2 de l'arrêté du 16 Août 1824 ». Enfin, l'interprétation contraire conduit à cette conséquence étrange, que les fabriques pourraient, sans autorisation, ordonner des travaux d'entretien pour une valeur considérable, tandis qu'elles devraient se faire autoriser par arrêté royal pour faire le moindre travail d'embellissement. Non, une inconséquence aussi manifeste ne peut être supposée. Voir Lauwers, *Code de droit civil ecclésiastique*, p. 284. Delcour, *Revue catholique*, an. 1853, p. 365 ; Moulart, *Des fabriques d'églises*, 8me édit., p. 498 ; *Le Mém. belge*, an. 1882, p. 251 ; *La Revue des fabriq.*, I, p. 22 ; *Collationes Brugenses*, II, p. 573.

Nous pensons donc que l'on a tort d'exagérer la rigueur de l'arrêté royal de 1824. En dehors des restrictions *certaines* qu'il apporte au mandat conféré aux fabriques d'église par le décret de 1809, laissons à ces administrations les attributions qu'elles tiennent de la loi, et n'entravons pas davantage leur liberté d'action,

déjà trop restreinte, en les soumettant à une surveillance qui n'est établie par aucune disposition réglementaire: laissons les fabriques librement disposer de leurs revenus, sous le contrôle des autorités appelées à approuver leurs budgets et leurs comptes.

D'autre part, certains conseils de fabrique ont tort, d'après nous, de se montrer si peu soucieux de leur autonomie, en se faisant autoriser pour des objets qui ne sont pas même prévus dans les circulaires ministérielles. Le placement dans l'église d'un *candélabre*, d'un *prie-Dieu*, d'un *fauteuil* (fût-ce même de deux), est-il de nature à *changer l'ordonnance de la construction?* Est-ce là un travail qui réclame l'intervention du Roi et de la Commission royale des Monuments? Et voilà cependant où l'on en est arrivé!

C. V. C.

Consultationes

I

An distantia quartæ duntaxat partis leucæ belgicæ sufficiens est ut, in deferendo ad infirmos SS. Sacramento, hoc in bursa inclusum portetur?

R. Rituale Romanum tit. IV, cap. 4 *de communione infirmorum*, quoad rem plura disponit: nº 6 « Deferri autem debet hoc Sanctum Sacramentum ab Ecclesia ad privatas ægrotantium domos, decenti habitu, *superposito mundo velamine, manifeste atque honorifice* »; nº 9, « Sacerdos indutus superpelliceo et stola,... decenter et de more acceptas aliquot particulas consecratas, vel unam tantum (si longius aut difficilius iter sit faciendum) ponat in pyxide, seu parva custodia, *quam proprio suo operculo cooperit; et velum sericum superimponit, ipse vero Sacerdos, imposito sibi prius ab utroque humero oblongo velo decenti*, utraque manu accipiat vas cum Sacramen-

to ».; nº 10, « quod *si longius, aut difficilius iter obeundum sit, et fortasse etiam equitandum,* necesse erit vas, in quo Sacramentum defertur, *bursa decenter ornata, et ad collum appensa, apte includere* »; nº 20: « His expletis *(communione scilicet data et oratione dicta)*, si altera particula Sacramenti superfuerit (superesse autem *semper* debet, præterquam in casu jam dicto)... accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo signum crucis super infirmum, nihil dicens, et reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad Ecclesiam ». Tandem nº 24 ubi de regressu ad Ecclesiam agit, Rituale habet: « Quod si ob difficultatem, aut longitudinem itineris, vel *quia ea qua decet veneratione, Sacramentum ad Ecclesiam commode reportari non potest,* sumpta fuerit una tantum particula consecrata, ut dictum est, tunc ea infirmo administrata, Sacerdos... eum manu benedicit, et una cum aliis privato habitu, extinctis luminibus,.. latente pyxide, ad Ecclesiam, vel domum quisque suam revertatur ».

Ex his textibus citatis sequitur, in delatione SS. Sacramenti ad infirmos, *regulariter* adhibendam esse pyxidem suo velo serico coopertam, quam insuper sacerdos contegit oblongo velo humerali; et plures vel saltem duas in pyxide esse ponendas sacras particulas, ita ut una semper supersit, cum qua, post sacram communionem administratam, possit infirmo impertiri benedictio, et quæ cum honore ad ecclesiam reportetur.

Excipitur casus quo longius vel difficilius iter est obeundum, et præsertim si esset equitandum; tunc vas seu parva custodia cum SS. Sacramento includitur in bursa (alba) decenter ornata et ad collum sacerdotis appensa; et una tantum affertur particula consecrata propter eamdem rationem longioris vel difficilioris itineris, vel quia ea qua decet veneratione Sacramentum ad Ecclesiam commode reportari non potest; quæ ratio verificatur juxta auctores (Cfr. S. Carolus, *Acta Mediol.* part. 4; Baruffaldi, tit. XXVI, n. 116; Ill. Vander-

stappen, *de administr. sacr.* tit. IV, sect. 3, cap. 4), quando urgente necessitate SS. Sacramentum de nocte est deferendum, dum tempus est pluviosum vel procellosum, vel alia habentur gravia incommoda. « Utique, ait Baruffaldi, l. cit. n. 117, in longo itinere, tempore pluvio, et in via invia, maximi incommodi esset, si tum sacerdos, tum populus retrocedere deberent cum debita reverentia et decore: ideo pia mater Ecclesia hoc permisit, ut unica particula in hoc casu deferri possit ».

Rationes autem, quæ excusant ab obligatione afferendi plures sacras hostias, generatim sufficientes erunt, ut nobis videtur, ad deferendum SS. Sacramentum in bursa inclusum. Quidam tamen (uti *Nouv. Revue Théol.* IX, p. 601) distinguunt casum quo una tantum hostia *in pyxide* à casu quo unica *in bursa* defertur, et requirunt graviorem causam pro secundo quam pro primo.

Nunc autem quæritur, utrum distantia quartæ partis leucæ sufficiens sit, ut SS. Sacramentum *bursa inclusum* deferatur? Respondemus *per se* non sufficere illam distantiam, quia non potest *absolute* dici longius iter; et ita statuta Diœcesis Brugensis, parte II, tit. II, art. 3, relate ad præceptum « tot particulas consecratas deferendi, quot sufficiunt ut una saltem supersit, ad Ecclesiam cum magna veneratione reportanda, nisi fortasse longitudo vel difficultas itineris obstaret », sequentem declarationem addunt: « Declaramus, per nimiam loci distantiam aut longius iter non posse intelligi distantiam quartæ duntaxat partis leucæ belgicæ ».

Dicimus tamen non sufficere *per se*, quia præter distantiam considerari possunt et debent simul cum ea aliæ circumstantiæ, puta difficultas et incommodum viarum, aëris intemperies, pluvia, tempus nocturnum et similes, quarum intuitu quandoque licitum erit SS. Sacramentum in bursa deferre, non tantum quando distantia excedit quartam partem leucæ, sed etiam quando ea minor est.

H. V. D. W.

II

In officio proprio SS. Cruoris D. N. J. C., si festum ipsa sua die 3 Maii celebratur, an ad Matutinum unumquodque nocturnum dici debeat sub *una* antiphona juxta rubricam communiter servatam tempore paschali, vel cum *tribus* antiphonis, prout indicatur in Proprio diœcesano Brugensi?

R. Rubricæ generales Breviarii tit. XIII, ad 3, ita ordinant: « Tempore paschali, id est, a Dominica in Albis usque ad Pentecosten (præterquam in officio Ascensionis Domini) tres psalmi cujusque Nocturni dicuntur sub *una* Antiphona »; et ad 7, ubi agitur de officio trium lectionum seu unius nocturni: « Deinde (dicitur) Nocturnum feriæ, ut in psalterio, id est duodecim psalmi cum sex antiphonis et *tempore paschali* cum *una* antiphona *Alleluia*: qui dicuntur tam in officio feriali quam in festis simplicibus ». Item rubrica specialis posita ante Commune Confessoris Pontificis habet: « In communi Confessorum, Virginum et non Virginum, et Dedicationis Ecclesiæ *tempore paschali*... tres psalmi dicuntur in quolibet nocturno sub *prima* antiphona illius nocturni ». Statuitur ergo regula generalis dicendi *tempore paschali* singula nocturna sub una antiphona. Unica ponitur exceptio pro *officio Ascensionis Domini*, quod in hujus festo, per ejus octavam et duobus sequentibus diebus recitatur. Et de facto si inspiciantur omnia festa propria Breviarii Romani tempore paschali occurrentia, ubique eodem modo dispositum officium comperimus, scilicet pro singulis nocturnis unica assignatur antiphona; ita in festis Patrocinii S. Joseph, Apparitionis S. Michaëlis et imprimis Inventionis S. Crucis, quod ultimum festum maximam certe cum festo SS. Cruoris similitudinem et convenientiam habet.

Hinc concludendum est, inspectis rubricis, tempore paschali in officio SS. Cruoris singulos nocturnos sub una tantum antiphona recitandos esse et aliter fieri non

posse, nisi haberetur privilegium vel concessio specialis. Jamvero talis specialis dispositionis vel privilegii nullum exstat documentum in casu.

In editionibus proprii Diœcesani disponuntur quidem nocturni cum tribus antiphonis, sed inde deducendum non est *etiam tempore paschali* tres esse dicendas antiphonas. Notari enim potest officium SS. Cruoris 3 Maii recitandum, primo Diœcesi Brugensi, ad petitionem Rev^mi Episcopi de Castillion concessum fuisse per decretum S. R. C. de die 22 Augusti 1744. Officium autem indultum, juxta tenorem decreti, idem est ac « Officium proprium alias a Sa. Me. Gregorii XIII in honorem Sacratissimi Sanguinis D. N. J. C. pro civitate ac Diœcesi Valentina concessum ac approbatum die 19 Decembris 1583, ac subinde ad alias Diœceses extensum ». Jamvero in Archidiœcesi Valentina, uti certiores facti sumus, festum SS. Sanguinis, pro quo officium proprium anno 1583 concessum fuit, celebratur quotannis feria sexta post octavam SS. Apostolorum Petri et Pauli, consequenter semper *extra* tempus paschale; antiphonæ dicuntur sine *Alleluia* et juxta rubricas Matutinum tres habet antiphonas in singulis nocturnis. Cum autem idem officium Diœcesi Brugensi concessum sit pro die 3 Maii *intra tempus paschale*, illud juxta rubricas superius citatas redigendum est ad ritum paschalem ideoque, juxta regulam generalem, singula nocturna sub una et prima antiphona, addito *Alleluia*, recitanda sunt.

Si tamen festum SS. Cruoris transferri contingat extra tempus paschale, prouti de facto juxta hodiernam dispositionem Calendarii Diœceseos Brugensis transfertur, quando (uti anno 1894) festum Ascensionis occurrit die 3 Maii, eo in casu unumquodque nocturnum tres suas habere debet antiphonas, omissis *Alleluia*, et ideo pro speciali illa occurrentia in edendo officio Diœcesano SS. Cruoris secunda et tertia antiphona (sine *Alleluia*) in unoquoque nocturno retinendæ sunt.

H. V. D. W.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(*Sequitur*. — Cf. *supra*, p. 249.)

119. Ultimo citatis Seraphici verbis reducimur quasi ad primam ac initialem quam ex creaturis hausimus notionem Dei quid sit, spiritus nempe infiniti, actus puri intelligendi atque volendi, seu Dei omnipotentis, omniscii atque perfecti boni.

Quoniam tamen hæ divinæ perfectiones essentiales relate ad creaturas explicandæ sunt in secunda parte nostrarum meditationum, ubi de æterna præscientia et prædefinitione totius ordinis, tum naturalis in creando, tum supernaturalis in elevando ac reparando, dicendum erit, nihil nunc ultra adjicimus circa hæc Dei attributa, eo vel magis quod, explicata doctrina fidei de divina Trinitate, in eadem secunda parte addere licebit quæ diximus circa Dei essentialia perfectius ac penitius intelligi ex mysterio Trinitatis cognito.

« Cæterum ne doctrina de pluribus Dei perfectionibus jam tradita existimetur tantum speculativa, et disputationibus deservire, notant DD. quomodo ex ea multiplex fructus possit ad voluntatem derivari; plurimumque possit conducere ad affectus pie instruendos et formandos. Nam imprimis seria et attenta consideratio majestatis omni ex parte infinitæ secundum omnem perfectionem, qualis est majestas divina, quæ continet infinitam potentiam, infinitam sapientiam, quæ est infinita bonitas, justitia, sanctitas, infinita pulchritudo, infinita beatitudo, vita æterna, quæ est incomprehensibilis loco, incircumscriptibilis tempore, omnino nata est in nobis causare summam animi demissionem et reverentiam erga Deum, ut semper cum magna humili-

tate et venerabundo timore coram illo ambulemus, ad ipsum accedamus, illi nostras petitiones et orationes innotescere faciamus: quo enim persona cum qua agendum est major et supereminentior est, eo cum majori sollicitudine et timore quodam solemus nos disponere, quando vel in conspectu ejus comparendum est, vel aliquid ab eo postulandum aut cum illo tractandum. Deo itaque infinitæ omnino excellentiæ ac supereminentiæ infinita debetur reverentia a creatura sua: quantam cum non possimus omnino perfecte præstare, convenit ut saltem exhibeamus maximam quam pro humano modo possumus, idque peculiariter imprimis, quando coram eo reatus nostros confitemur et veniam deprecamur.

Deinde in sacrificio Missæ, quia hoc genus divini cultus singulariter ordinatum est ad recognoscendam infinitam hanc majestatem, et supremum illius in omnem creaturam dominatum, et ad profitendam nostram servitutem, vilitatem ac nihilitatem coram illo. Accedit simul infinita dignitas hostiæ quæ in hoc sacrificio offertur et immolatur. Ita ex divinæ magnitudinis consideratione ad summam suî demissionem et illius reverentiam commovebatur Abraham, Gen. cap. 18, dum sic Dominum alloquebatur: *Loquar ad Dominum cum sim pulvis et cinis.* Et B. quoque Virgo quando decantabat: *Magnificat anima mea Dominum, quia respexit humilitatem* (id est, pusillitatem seu parvitatem) *ancillæ suæ.* Sic etiam Isaiæ, c. 9, Seraphim describuntur velare faciem et pedes in conspectu Domini præ maxima scilicet reverentia tantæ majestatis, ut SS. PP. interpretantur, D. Dionys. de cœlesti Hier. c. 13, D. Chrysost. in cap. 6, et alii.

Secundus fructus qui inde oritur est, quod hinc accendamur ad amandum Deum super omnia sincerissima charitate et puro benevolentiæ affectu: propter infinitam enim excellentiam ac perfectionem omnino infinite dignus est omni amore, omni laude et gloria,

omni obedientia et cultu. Quo namque persona est virtutibus et perfectionibus instructior, eo ab omnibus recte judicantibus habetur dignior cui omne bonum optetur et tribuatur, ac super eo fiat ipsi aggratulatio: hoc autem fit per charitatem, et dilectionem amicitiæ: per hanc enim volumus alteri bonum, ut ipsi sit quam optime, quia tali bono dignus habetur. Considerantes itaque tantæ et tam infinitæ dignitatis Dei, magnam energiam habet ut ad ejusmodi charitatis actus nos excitet, et permoveat, quibus ex intimo animi affectu ei omne bonum suum essentiale et intrinsecus optemus, velimus, aggratulemur, et de eo gaudeamus. Ex hoc autem actu divini amoris primario sequitur quoque magnum desiderium promovendi gloriam ejus in creaturis, ut in his et ab his cognoscatur, laudetur et glorificetur. Unde nasci solet magna promptitudo ad facultates, et vires omnes, et ad vitam quoque ipsam expendendam in hoc, ut veniant populi omnes, et adorent coram Domino, et glorificent nomen sanctum ejus, confiteantur illi gentes, et metuant eum omnes fines terræ, ut colant et laudent illum in sæcula sæculorum.

Ita divinæ majestatis magnitudinem, et dignitatem infinitam considerantes Sancti, summis laudibus omnem creaturam ad Dei laudes convocarunt dicentes tribus: *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis: Laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus: laudate eum sol et luna: etc.* ac rursum: *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate et superexaltate eum in sæcula.* Ubi notandum, quod benedicere creaturæ rationalis, sit verbis et affectu Deo laudem, et gloriam, et gratiarum actionem deferre, ac infinitum bonum velle, et quasi aggratulari: benedicere autem creaturæ irrationalis, sit sua specie, pulchritudine, varietate, item artificio, sapientia, providentia, quæ in ipsa ejus creatione, et gubernatione relucent, ad benedicendum provocare creaturam rationalem.

Tertius fructus qui ex cognitione et meditatione dictarum perfectionum Dei hauriri poterit, est illa dilectio, qua ipsum nobis amamus; et vocari solet amor Dei concupiscentiæ, quo scilicet illum, ejusque fruitionem, super omnia desiderabilia nobis expetimus, ac desideramus. Ex istis namque agnoscimus in illo infinite esse quidquid possumus concupiscere ad suavem et beatam vitam: in ipso enim est omne bonum, omne pulchrum, omne delectabile, omnes divitiæ, omnes thesauri sapientiæ et scientiæ, omnis sublimitas, omnis virtus, fons vitæ sempiternæ, et quidquid mens potest boni concipere, ac infinite amplius, ut docet Apost., 1 ad Cor. 2, *quod oculus non viderit, nec auris audiverit, nec in cor hominis ascenderit, quæ præparavit Deus diligentibus se*. Ad quod accedit, quod omnia illa præparata et promissa sint diligentibus Deum possidenda absque fine et termino in omnem æternitatem. Ex hoc autem amore et desiderio facilius pervenitur ad neglectum ac contemptum rerum temporalium, ut divitiarum, bonorum, voluptatum sæculi: quæ boni valde imperfecti rationem habent, quia transitoria et caduca valde sunt, et numquam possessorem suum satiant, aut quietant: quin potius quo amplius tenentur, eo majorem sollicitudinem, anxietatem, et animi afflictionem pariant, quod Scripturæ ipsæ, et experientia passim testantur.

Quartus fructus erit, quod ex ejusmodi consideratione utiliter concutiemur, ut cum timore et tremore salutem nostram sollicite operemur. Ad quod plurimum valebit attenta meditatio æternitatis; quæ quemadmodum felicitatis est complementum, ita quoque miseriarum et tormentorum plenissima est mensura. Ob oculos itaque ponantur quæ nos manent, si a salute exciderimus; hinc jactura boni infiniti, immensi, æterni; illinc pœnæ et supplicia gravissima, æternus carcer, æternæ tenebræ, æternus vermis, stridor dentium, æternum tormentum, ignis qui semper urit, et nunquam absumit, atque adeo dolores, cruciatus omnis generis, quibus

nullum supplicium hujus vitæ quantumcumque acerbum, potest comparari. Sane mens hæc et omnium istorum æternitatem perpendens, merito perhorrescet, nec facile lubebit mundi vanitates, divitias, honores, voluptates, quasi ad momentum captare, cum tantorum malorum periculo, dum quis oculum in omnem æternitatem intendit: solatium quoddam foret miseris, si supplicia vel tunc essent finienda quando vel arenæ maris forent ablatæ, et singulis interim sæculis unica tantum auferretur. Ast modo quando et hoc concipitur fore completum, restat tantum quantum a principio, et nihil suppliciorum æternitati erit ademptum (1).

120. Nunc jam, a notione eadem initiali Dei, tamquam spiritus infiniti, actus puri intelligendi ac volendi, fides nos altius ducet, semitis rationi secundum se imperviis, per secundum gradum hujus supremæ cognitionis rerum divinarum, ad profunda Dei, ad inscrutabile mysterium beatissimæ Trinitatis. Quamquam enim Deus, prout omnem naturam præcise transcendit, a ratione naturali apprehendi nequit, idem tamen est Deus unus et trinus, in quo nihil adventitium est, adeoque nec mirum esse debet si ipsa notio Dei ex creaturis quasi a longe vestigium quoddam Trinitatis involvat, quod tamen nonnisi Deo revelante, sola fide reperiri potest.

Et hoc est quod insinuat Hugo a S. Victore, dum agit de tribus perfectis et perficientibus omnia (2), quodque non recitare, licet anticipando quasi, non possumus, eo vel magis quod simul pulchre declarat quomodo omnes Dei perfectiones quodammodo reduci possint ad tres, scilicet omnipotentiam, sapientiam, bonitatem, adeoque merito hujus doctoris verba hunc articulum concludunt, et transitum ad secundum sponte præbent.

« Erant enim, *ait*, tria quædam, et hæc tria unum

(1) Wiggers, in 1am, q. XI, art. 4.
(2) *De Sacram. christ. fidei*, lib. I, part. II, cap. VI.

erant, et æterna erant tria hæc; et nihil esse perfectum poterat sine his tribus, et cum his nihil diminutum. Constabat enim ut si abessent tria hæc, nihil perfectum esset: et si deesset de his tribus unum, aliquid consummatum esse non posset. Et hæc tria erant potentia, sapientia, bonitas: et ab omnium esse tum concurrunt tria hæc, nec aliquid absolvitur nisi ista adfuerint. Voluntas in vero scientiæ disponit, potestas operatur. Et si discernit unum eorum propinas, nec est posse illud quod scire, neque scire illud quod velle: et tamen etiam Deo unum sunt posse, scire et velle. Et discernit illa ratio, et natura non dividit: et venit nobis trinitas indivisa, quæ totum continet, et sine ipsa totum est nihil. Quidquid de Deo vere dicitur, aut pie credi potest in Deo, hæc tria continent, potestas, sapientia et bonitas. Et plena sunt hæc tria pariter.

Si immortalem nominas, si incorruptum dicis, si æternum, si incommutabilem, et quæcumque horum similia: totum hoc potestatis est. Si scientem appellas, si providum, si inspectorem, si scrutantem et consideranteni, et discernentem: totum hoc sapientiæ est. Si mitem, si mansuetum, si compatientem et benignum, vel quæcumque huiusmodi similia sunt vocas: totum hoc bonitatis est. Et nihil est quod in istis non est: et quod etiam in istis est, plenum est et consummatum totum. Propterea tria hæc specialiter discreta sunt: et suscepit mater catholica Trinitatem, quam nec numero augeri voluit, ne extra tria aliquid confiteri videretur; nec natura confundere, ne trium negare convinceretur. Et invenit in Deo tria esse: et in Deo tria unum esse. Nec propterea tria non esse, quia unum erant: neque unum non esse, propterea quod tria erant. Et tribus admonita, dixit tres personas tria, quia naturaliter Deus erant, et una substantia, et ideo unus Deus: et assignavit potestatem Patri, sapientiam Filio, bonitatem Spiritui Sancto: et confessa est Trinitatem Patrem et Filium et Spiritum Sanctum.

(Continuabitur.)

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Julii

—

I

Commentare Jo. I, 1: *In principio erat verbum.*

II

Expone notionem gratiæ supernaturalis in genere.

III

Da notionem Sacramenti Novæ Legis, eam breviter explicando.

IV

Sacramenta conferunt gratiam *ex opere operato*. Expone assertum.

V

Intimius indagatâ naturâ causalitatis sacramentorum, dijudica utrum causent gratiam *physice*, an vero *moraliter*.

VI

Quonam habitu sacro indutus esse debet sacerdos dum administrat sacramenta?

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Aprilis propositas

—

I

Q. Compone I Paralip. III, 5 « *In Jerusalem nati sunt ei* (Davidi) *filii Simmaa, et Sobab; et Nathan, et Salomon*, QUATUOR DE BETHSABEE *filia Ammiel* » cum Prov. IV, 3 « *Nam et ego filius fui patris mei, tenellus, et* UNIGENITUS CORAM MATRE MEA ».

R. Nonnullis probabile videtur tres priores, scilicet Simmaa, Sobab et Nathan, fuisse filios Bethsabee ex priore marito *Uria* susceptos, atque à Davide, ad compensandam misellis adempti parentis injuriam, adoptatos. Probatur hæc sententia:

1/ Ex eo quod Prov. IV, 3 Salomon dicit se *unigenitum coram matre sua.*

2/ Ex eo quod, si David quatuor illos filios ex Bethsabee suscepisset, cum primus eorum nativitatis ordine fuerit Salomon (Cf. II Reg. XII, 24), primus utique nominatus fuisset in filiis Bethsabee, non postremus. Atqui postremus numeratur tum II Reg. V, 14, tum I Paral. III, 5.

Probabilius tamen videtur quatuor illos filios *à Davide* ex Bethsabee genitos fuisse. Etenim:

1/ Tres priores tum II Reg. V, 14, tum I Paral. III, 5, æque ac Salomon aperte dicuntur *nati ei*, scilicet Davidi, in Jerusalem. « Quomodo, ait à Lapide, nati sunt Davidi quatuor, si tres eorum nati sunt Uriæ? Magna profecto vocum abusio admitteretur, si pro uno, qui natus esset revera Davidi, quatuor ei nati dicerentur. Retenta igitur simplici significatione verborum, nec violenta interpretatione obscurata, dicendi sunt omnes filii Davidis naturales, ab eoque geniti ».

2/ S. Lucas Christi generationem ad Davidem deducit *per Nathan*, III, 31. Atqui, ut verbis utamur Estii « si Nathan non Davidis, sed Uriæ fuit filius naturà, Davidis autem tantùm adoptione, non rectè ex genealogia Christi, quæ est Lucæ III, ostenditur Christum esse progenitum ex Davide, per Nathan. Neque enim adoptivum Davidis filium nominare Evangelista debuit in catalogo quo ostendere voluit Christum esse ex progenie David. Hoc autem ostendere, omninò tam Lucæ, quam Matthæo in recensenda Christi genealogia fuit propositum ».

3/ Accedit filium innominatum, quem Bethsabee Davidi ex adulterio peperit, quemque Dominus ante nativitatem Salomonis percussit (Cf. II Reg. XI, 27; XII, 14, 15, 24) impedire quò minus Salomon absolute dici possit unigenitus fuisse matri suæ, etiam ex Davide.

Unde ad argumenta prioris sententiæ respondemus:

Ad 1um, Salomonem Prov. IV, 3 dici *unigenitum coram matre sua*, non quod hunc solum Bethsabee Davidi pepererit, sed *quod eum unice dilexerit instar unigeniti*. « Unigenitus ergo dicitur coram matre, ait Jans. Gandav., quòd tanquam unigenitus à matre tenere et unice diligeretur. Nec est Hebræis *unigenitus*, sed *unicus*, nec dicit, *unicus matri meæ*, sed *unicus coram matre mea*, vel ut habent Hebræa, *in facie matris meæ*, hoc est, quòd mater eum sic haberet et diligeret ac si unicus fuisset. Proinde 70 id sentientes tantùm verterunt, ἀγαπώμενος ἐν προσώπῳ μητρός, hoc est, *dilectus in facie matris* ».

Ad 2um respondemus S. Scripturam in recensendis filiis non semper servare ordinem temporis et generationis. Sic Genes. XI, 27 « Thare genuit Abram, Nachor et Aran »; attamen Aran senior fuit Abramo; nam hic filiam Aran in uxorem duxit, uti legitur ibid. v. 29.

G. V. D. P.

II

Q. Quid tenendum de duratione pœnarum purgatorii, et de intensitate earum comparata ad pœnas hujus terræ?

R. I. Jam statuimus non æternas sed temporales esse animarum in purgatorio pœnas. Porro certum est nullas animas ultra diem universalis judicii in purgatorio detineri. Hoc infertur ex descriptione ultimi judicii quam tradit Dominus (Matth. XXV). Etenim ex omnibus quos juxta propria illorum opera (id est ex omnibus adultis) judicaturus est, Dominus duos tantum ordines constituet, unum beatorum, alterum damnatorum. Idem affirmat S. Augustinus: « *Purgatorias pœnas*, inquit, *nullas futuras opinetur, nisi ante illud ultimum tremendumque judicium* » (de *Civ. Dei*, l. 21, c. 16). Huic sententiæ omnes theologi assentiuntur.

Si de singularum animarum in purgatorio supplicii duratione quæritur, nullum temporis spatium cum certitudine statuere possumus. Duo tamen admittenda videntur: 1° pro variis animis varias esse durationes inclusionis earum in purgatorio; 2° aliquas animas per longissimum tempus ibi detineri.

Primum affirmatur a S. Th. (IV Sent. Dist. XXI, Q. I, art. III, q. 3ª, sol. 3ª) et huic sententiæ conformis est sensus fidelium, et favent quædam apparitiones (Cf. Bellarminum, *De Purg.* l. II, c. 9). Talem autem diversitatem in ipsa pœnæ duratione videtur ab ipsa rerum natura postulari. Nam hoc certum est quod Deus reddet unicuique secundum opera ejus: porro quamvis proportio pœnam inter et culpam effici possit sola varia cruciatus acerbitate, tamen sapientiæ Dei magis congruit ut varia non solum acerbitate sed simul etiam duratione cruciatus unicuique debitam reddat pœnam, sicut hac in terra justus judex non solum quoad modum, sed etiam quoad tempus variat supplicium. — Præterea maxima purgatorii pœna est retardatio a visione Dei: ergo in hac pœna exigitur proportio, quæ obtinetur per

hoc quod unus diutius quam alius arcetur ab hac visione. — Tandem ex ipsa diversitate venialium peccatorum trahit S. Th. rationem stabiliendæ variæ durationis supplicii purgatorii « quædam venialia sunt majoris adhærentiæ quam alia, secundum quod affectus magis ad ea inclinatur, et fortius in eis figitur: et quia ea quæ sunt majoris adhærentiæ, tardius purgantur, ideo quidam in purgatorio diutius quam alii torquentur, secundum quod affectus eorum ad venialia fuit magis immersus. » (l. c.)

Secundum probatur ex antiquissima in Ecclesia consuetudine admittendi anniversaria pro uno eodemque defuncto per diuturnum tempus, imo in perpetuum.

II. De acerbitate pœnarum purgatorii censet S. Bonaventura maximam quidem purgatorii pœnam graviorem esse maxima hujus sæculi, non tamen minimam pœnam purgatorii esse acerbiorem hujus vitæ maxima, et nominatim de pœna damni loquens conatur ostendere illam non esse maximam omnium (In IV. dist. 20. a 1. q. 2). Huic sententiæ accedit Bellarminus (*De Purg.* l. II. c. 14). S. Thomas contra tenet quantum ad utramque pœnam damni et sensus, minimam purgatorii pœnam excedere maximam hujus vitæ. Et hæc sententia vera videtur, propter rationes allatas ab Angelico doctore qui sic ratiocinatur: « Quanto enim aliquid magis desideratur tanto ejus absentia est molestior. Et quia affectus quo desideratur summum bonum, post hanc vitam in animabus sanctis est intensissimus quia non retardatur affectus mole corporis, et etiam quia terminus fruendi summo bono jam advenisset, nisi aliquid impediret; ideo de tardatione maxime dolent. Similiter etiam cum dolor non sit læsio, sed læsionis sensus; tanto aliquis magis dolet de aliquo læsivo, quanto magis est sensitivum; (1) unde læsiones quæ fiunt in

(1) Hæc verbum non restringitur ad perceptionem doloris corporei sed, proprie dicti sensibilis, sed intelligendum est generatim de perceptione

locis maxime sensibilibus sunt maximum dolorem causantes. Et quia totus sensus corporis est ab anima; ideo si in ipsam animam aliquod læsivum agat, de necessitate oportet quod maxime affligatur. Quod autem anima ab igne corporali patiatur, hoc ad præsens supponimus.... Et ideo oportet quod pœna purgatorii quantum ad pœnam damni et sensus excedat omnem pœnam istius vitæ. » (In IV. Dist. XXI, Q. I, a. 1, sol. 3ª). Si ergo intrinseca pœnarum purgatorii natura afflictiva inspiciatur, dicendum est quod ad animas revera cruciandas magis valent quam quæcumque pœna hujus sæculi.

Bellarminus, ut ostendat pœnam damni in purgatorio non esse maximam, dicit tristitiam ortam ex carentia visionis Dei mitigari propter gaudium proveniens ex certitudine visionis Dei acquirendæ, eoque magis levari tristitiam quo magis appropinquat assecutio. Ad hoc respondendum quod, quamvis animæ in purgatorio gaudeant de certitudine acquirendæ beatitudinis idque eo magis quo magis appropinquat beatitudo, hoc tamen gaudium non tollit nec minuit ipsum dolorem carentiæ visionis Dei, quia huic non directe opponitur. Nam illud gaudium est de jure certo et inviolabili quod habent illæ animæ ad Deum possidendum sed nullo modo de ipsa possessione Dei actu habita: igitur gaudium de certitudine obtinendæ salutis non habet idem objectum ac gaudium de actuali Dei possessione: porro gaudium actualis Dei possessionis directe opponitur tristitiæ de carentia visionis Dei, sed non gaudium de certitudine illius visionis in futurum acquirendæ: et sicut homo potest simul et gaudere de jure certo et infrustrabili ad aliquod bonum habendum et tamen dolere

---

cujuslibet doloris etiam ordinis intelligibilis. Nam S. Th. (l. c. in resp. ad 1um) dicit: « quamvis anima sit minus passiva quam corpus, tamen est magis *cognoscitiva* doloris; et ubi est major passionis sensus, ibi est major dolor, etiam si sit minor passio ».

quod hoc non jam hic et nunc possidet quum jam deberet hoc frui, ita etiam in purgatorio anima simul maxime dolet de carentia visionis Dei et tamen gaudet de certitudine illius acquirendæ: et si præsens Dei carentia animum torquet, hic cruciatus totus manet quamdiu et ipsa privatio Dei. Illud gaudium de certitudine visionis Dei hoc efficit quod multo melior est conditio animæ de sua salute certæ ac esset conditio animæ incertæ, sed ipsam tristitiam qua ex actuali Dei privatione affligitur hæc anima, nec tollit, nec minuit.

Tandem si quis objiciat « potest fieri ut quis moriatur nullum debitum secum ferens nisi unius verbi otiosi: at incredibile videtur propter unum solum otiosum verbum pati debere aliquem supplicia graviora omnibus pœnis hujus vitæ » (Bellarminus l. c.): respondendum erit: nemo certe affirmet pœnam etiam majorem qualibet hujus vitæ pœna esse objective nimiam ad puniendum peccatum licet levissimum; præterea nihil obstat quominus homo hac in terra minoribus pœnis possit satisfacere pro peccatis quam in altera vita, præsertim si attendatur ratio quam offert S. Thomas (l. c. ad 2um) « acerbitas illius pœnæ non est tantum ex quantitate peccati quantum ex dispositione puniti, quia idem peccatum gravius punitur ibi quam hîc; sicut ille qui est melioris complexionis, magis punitur eisdem plagis impositis quam alius; et tamen judex utrique easdem plagas pro eisdem culpis inferens, juste facit. »

J. V. D. M.

III

Q. *Summatim expone conditiones in omni martyrio, sive adultorum sive parvulorum, requisitas; easdem illustrando exemplis ex Breviario desumptis.*

R. Duæ sunt conditiones quæ ad materiale elementum martyrii pertinent et ideo ad omne prorsus martyrium, sive formale et perfectum, sive etiam materiale et

imperfectum, seu martyrium parvulorum, requiruntur. Importat nempe martyrium, in sensu vocis proprio et ecclesiastico, 1/ *realem testificationem fidei*, nec realem quocumque modo, sed 2/ exhibitam *per tolerantiam mortis*.

I. Circa primam conditionem, rursus duo exponenda sunt. Imprimis quid intelligatur per *fidem* seu *veritatem fidei* quam martyr realiter testificatur. Præterea « testificatio realis per factum non subsistit, nisi etiam facto impugnetur veritas: impugnatio enim illa dat facto totam suam significationem seu vim testandi, aliis verbis, nisi supplicium inferatur in odium veritatis, tolerantia supplicii non est testimonium veritatis ejusdem. » Ill. ac Rev. Waffelaert, de virt. card. l. 2, n. 15. Unde quæritur etiam qualis *impugnatio fidei* requiratur.

Martyr testificari debet veritatem fidei a Deo revelatam: non tamen necessario directe et in se, sed saltem quatenus relucet in exercitio alicujus supernaturalis virtutis. Aliis verbis, testificari debet fidem *theoreticam* vel *practicam*, *credendorum* vel *agendorum*. « Omnium virtutum opera, secundum quod referuntur in Deum, sunt quædam protestationes fidei, per quam nobis innotescit quod Deus hujusmodi opera a nobis requirit et nos pro eis remunerat: et secundum hoc possunt esse martyrii causa. Unde et beati Joannis Baptistæ martyrium in Ecclesia celebratur, qui non pro negandâ fide, sed pro reprehensione adulterii mortem sustinuit. » S. Th. 2-2, q. 124, a. 5. Similiter vere martyres occubuerunt S. Thomas Cantuariensis (in Brev. 29 Dec.) pro defensione jurium Ecclesiæ, B. Carolus Bonus (in propr. diœc. 2 Mart.) ex « justitiæ tuendæ zelo », S. Joannes Nepomucenus (16 Maii) « ob invictum sacramentale silentium ».

Ab alia parte requiritur aliquis hujusce fidei impugnator, necem inferens ob professionem fidei aut exercitium christianæ virtutis. « Nihil tamen refert persecutorem per mendacium aliam causam prætendere; aut

erronee impetere christianum ut talem, quasi hostem reipublicæ, aut criminis cujusvis reum: nam error ille est vincibilis... Imo non obstat persecutorem bona fide agere, si martyr sit convictus per calumnias accusatoris vel testium, qui odio in pietatem agant: hi enim tunc impugnatores fiunt. » Ill. ac Rev. Waffelaert, l. c. n. 16. — Inde sequitur a) qui sponte sese exponunt morti ex causa naturali provenienti, ut proximo lue infecto inserviant, proximum e vitæ periculo eripiant, asperrimis regionibus fidem Christi inferant, non esse martyres in sensu ecclesiastico vocis: deest enim in casu impugnator fidei. Quod confirmatur ex proscriptione libri Theoph. Raynaud, *de martyrio per pestem*, et ex correctione ejusdem libri a S. Congregatione Indicis, a. 1646, demandata; item ex titulo ac cultu confessoris, non vero martyris, tributis ab Ecclesia Sancto Aloysio (21 Jun.), qui victima suæ charitatis in pestiferos occubuit. At sensu latiori martyres recte dicuntur. Sequitur b) qui seipsos occiderunt, occasionem præbente aliquo persecutore at non pœnam infligente, non esse martyres secundum viam consuetam. Sunt tamen martyres quasi per viam extraordinariam, si instinctu divino egerunt; et revera ut martyres coluntur ab Ecclesia quando sufficientibus indiciis de hoc instinctu divino constat. Ita in Breviario legimus de S. Apollonia (9 Febr.): « comprehensa ut combureretur, cum paulisper, quasi deliberans quid agendum esset stetisset, ex illorum manibus elapsa, alacris in ignem sibi paratum, majori Spiritus sancti flamma intus accensa, se injecit. Unde brevi consumpto corpore, purissimus spiritus in cœlum ad sempiternam martyrii coronam evolavit. » Ac revera, num Deus censeri potest suo interventu specialissimo hanc virginem privasse corona martyrii alioquin ipsi impendente? Cæterum in casu non omnino deficit conditio martyrii quam hic exponimus, cum tales a persecutore secundum moralem æstimationem occidi censeantur. Cfr. Lessius, *de justit.* l. 2, c. 9, n. 24.

II. Secunda conditio est tolerantia ipsius mortis, sive saltem supplicii ad mortem. « Ad martyrium pertinet ut homo testificetur fidem, se opere ostendens omnia præsentia contemnere ut ad futura et invisibilia bona perveniat. Quamdiu autem homini remanet vita corporalis, nondum se opere ostendit corporalia cuncta despicere. Consueverunt enim homines et consanguineos et omnia bona possessa contemnere et etiam dolores corporis pati, ut vitam conservent... Et ideo ad perfectam rationem martyrii requiritur quod aliquis mortem sustineat propter Christum. » S. Th. q. 124, a. 4.

Dictum est: ipsius mortis, sive saltem supplicii ad mortem. Si ipsa mors sequatur, habetur martyrium strictissime sumptum, completum et perfectum. Si vero causa mortis posita, seu supplicio lethali illato, mors miraculose impeditur, adhuc habebitur martyrium verum seu proprie dictum, licet minus perfectum. Id admittunt AA. communiter, si vulnus lethale reapse infligitur at miraculose sanatur; et communius, etiamsi ex applicatione causæ mortiferæ, puta ignis, protegente Deo, nulla læsio inferatur. In cujus doctrinæ confirmationem prostat exemplum S. Joannis Evangelistæ, qui « in ferventis olei dolium missus, divina se protegente gratia, illæsus exivit » (in Brev., 6 Maii) atque postea senio confectus in pace quievit, et tamen ut vere martyr ab Ecclesia colitur; item Sanctæ Theclæ, de qua in Breviar. 23 Sept. 9ª lect. Objicitur quidem talem posse post passionem suam graviter peccare et damnari. Sed respondetur Deum vix permissurum ut charitate excidat, saltem finaliter, qui feliciter agonem suum consummasset, nisi miraculose a Deo conservatus esset. Si tamen id accideret, dicendum esset sicut de communi martyre, qui post lethalia vulnera accepta graviter peccaret atque ita decederet: tales non sunt martyres, sed tantum martyres fuissent nisi charitate excidissent. Sufficiet igitur ut certis argumentis perse-

verantia hujusmodi martyris miraculose conservati demonstretur.

Ex defectu hujus secundæ conditionis non sunt proprie martyres qui ex odio in fidem cruciantur, etiam acerbissime, non tamen occiduntur; vel qui in vincula conjecti aut in exilium missi, multas ærumnas patiuntur, non tamen ex eis moriuntur. Horum tamen passio dici potest martyrium inchoativum, ipsique olim vocabantur martyres, scilicet initiative. Sic in ipso officio ecclesiastico invenimus sanctum præsulem, qui in rigore martyr dici nequit et tamen ab antiquo jam tempore titulum cultumque martyris obtinet, Eusebium Vercellensem (16 Decembr.) qui diversa supplicia perpessus est ac diu rigores exilii tulit, sed postea redditus ecclesiæ suæ vitam in pace consummavit. Quid autem si carcer aut exilium ad mortem usque protrahuntur? Distinctione opus est: nam interdum talis pœna tam gravis est et cum tantis ærumnis conjuncta ut mortem inferat aut multum acceleret, et in his casibus vere martyrium habetur: atque ita inter martyres colimus sanctos Pontifices Romanos Marcellum (16 Jan.), qui in catabulo bestiarum inserviens « loci fœditate multisque ærumnis afflictus, obdormivit in Domino »; Martinum (12 Nov.), qui « in Chersonesum relegatus, ibi ob catholicam fidem ærumnis confectus, cessit e vita »; Joannem (27 Maii), Silverium (20 Jan.) et Pontianum (19 Nov.). Interdum vero mors censetur nihilominus suo naturali cursu provenire, et tunc proprie martyrium non habetur.

O. E. D.

IV

Q. *Summatim expone conditiones proprias martyrio adultorum.*

R. I. Ex his conditionibus prior est ut *mors voluntarie acceptetur ex motivo fidei seu virtutis.* Hæc autem volun-

tas martyrii non necessario actualis esse debet, sed certo sufficit virtualis, imo juxta plures, ac probabiliter, habitualis. At quæritur an hæc voluntaria acceptatio mortis ad martyrium requisita excludatur per violentam resistentiam? Si quæritur de illo qui vitam suam defendit adversus persecutorem ex odio fidei agentem, sine dubio non erit proprie martyr, si occumbit. Sed multum dubitatur de militibus qui in bello justo aut etiam sacro, pro justitia aut religione certantes occumbunt. Hos multi, præsertim si de bello sacro agatur, proprie dictis martyribus accensent: quia non resistunt nisi in quantum defensio sui confert ad defensionem causæ justæ ac sanctæ, quam principaliter tuentur. Magis tamen placet sententia tenens omnem resistentiam seu vitæ defensionem martyrio stricte dicto officere. Primo quidem quia, secundum doctrinam ipsius S. Thomæ, cæteroquin adversæ opinioni faventis, martyrium sua privilegia inde obtinet quod sit imitatio passionis Christi (3 p. q. 66, a. 11 et 12; et in 4, d. 4, q. 3, a. 3, q. 3 ad 1), qui passurus jussit Petro « mittere gladium in vaginam », qui « cum pateretur non comminabatur » sed « tanquam ovis ad occisionem ductus est ». Hanc passionem vere imitati sunt martyres, de quibus Ecclesio canit « cæduntur gladiis more bidentium.. » At contra « nemo oves appellat eos qui in bello armati et ipsi ex eadem feritate certantes cadunt » ut ait Tertull. adv. Marcion. l. 4, c. 39. Secundo quia minime favet usus Ecclesiæ, quæ hucusque nullum ex tot millibus qui in bellis sacris ceciderunt albo martyrum adscripsit, quamvis inter ipsos non desint de quorum pura intentione et pia morte omnino constat.

II. Altera conditio, martyrio adultorum propria, est ut martyr sit bene dispositus circa omnia quæ ipsi sunt de necessitate medii aut præcepti. Scilicet « debet martyr, si possit, omnia præstare quæ ab ipso præstanda essent, si alias in articulo mortis versaretur; quæ vero in re ipsa præstare non potest, si de præcepto sunt,

voluntatem habeat ea implendi ne obstaculum ponat mala voluntate effectui martyrii: si de necessitate medii sunt, in voto eadem habeat, ut illa suppleri possit sanguinis effusio. — Ill. ac Rev. Wankelaert, l. c. n. 22.

Ita a[illegible] si sit catechumenus, debet, quando potest, ante martyrium recipere sacramentum baptismi: istud enim est medium salutis ordinarium, martyrium nonnisi medium sacramento supplens ac subordinatum. — Item SS. Eucharistiam, si potest, recipere debet: quo sensu scribit S. Cyprianus, ep. 57: « Idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad praelium: et mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit et accendit. » — Baptizatus qui peccatum mortale commisit, confiteri debet si copiam sacerdotis habet: valet enim ratio pro baptismo adducta. Si confiteri nequit, dolere debet de peccato. Sed hic quaeritur primo: utrum requiratur dolor formalis, an vero sufficit virtualis, inclusus in actu amoris Dei super omnia et propter se, aut in voluntate moriendi pro Christo. Et respondemus, quum agatur de peccatore in articulo mortis, urgere praeceptum doloris formalis, ideoque virtualem illi tantum sufficere posse, qui de peccato commisso aut de praecepto poenitendi non cogitat. Secundo quaeritur: utrum requiratur contritio perfecta, an vero sufficiat attritio. Opinamur praecipi contritionem tanquam medium magis ordinarium justificationis in defectu sacramenti; sed hac obligatione inculpabiliter non impleta, censemus valere ad justificationem martyrium cum sola attritione. Repetimus nempe, cum plerisque AA., efficaciam martyrii, non ex solo opere operantis per charitatem, sed ex opere quasi operato: ita ut, posito martyrio et absente obice, peccator justificetur. Hanc specialem efficaciam martyrii inter alia suadet tum doctrina Patrum de vi martyrii, tum doctrina theologorum de martyrio parvulorum et de distinctione trium baptismatum, aquae, flaminis et sanguinis. Vide Billot, *de Sacram.* I. thes. XXIV.

Has duas quæstiones de conditionibus martyrii late docteque tractat Benedictus XIV, *de Beatificat. et Canonizat.* l. III, c. 11-20.

O. E. D.

V

Q. *Breviter declara privilegia seu peculiares effectus martyrii.*

R. Privilegia martyrii sunt tria : 1/ confert, per modum operis operati, vel gratiam sanctificantem primam, vel ejus augmentum ; 2 aufert omnem culpam venialem et omne debitum pœnæ ; 3 tribuit aureolam in cœlo.

1° Martyrium in modum operis operati gratiam confert non habenti, et adauget habenti : idque non tantum adultis, verum etiam, ex communi doctrina, parvulis, pro fide Christi occisis. Hanc efficaciam propriam martyrii non esse ex opere operantis, patet pro parvulis, atque idem pro adultis admittendum censemus (cf. resp. præced.). Rursus, non est ex opere operato sicut effectus sacramentorum : nam martyrium non operatur gratiam instrumentaliter, tanquam signum sacrum efficax divinitus institutum. Unde dicitur efficaciam habere *in modum* operis operati, seu ex opere *quasi* operato, non ut sacramentum, instar tamen sacramenti, utpote independenter ab omni merito personali agentis, præsupponendo tantum absentiam obicis. Minime quidem excluditur meritum ex opere operantis martyris adulti, sicut et in sacramentorum receptione effectus operis operati et operis operantis optime coexistunt ; sed istud meritum inter privilegia martyrii non est computandum.

2° Martyrium pariter delet omnem culpam venialem, nisi in martyre adsit obex, seu affectus ad hujusmodi peccatum ; itemque omnem reatum pœnæ, ut ex sensu et praxi Ecclesiæ colligitur : nam « injuriam facit

martyri, qui orat pro martyre » ait Innocentius III (cap. *Cum Marthæ*, de celebr. missarum), ex S. Augustino (serm. 159, n. 1): « Injuria est enim pro martyre orare, cujus nos debemus orationibus commendari. »

Si quæritur quandonam obtineantur prædicti effectus, scil. infusio gratiæ, remissio culparum venialium ac pœnarum: putamus id contingere non in ipso momento mortis, sed potius quando mors ita est in naturalibus causis determinata ut, secluso miraculo, vitari non possit. Si tamen martyr usque ad mortem retinet affectum ad aliquod veniale peccatum, istud peccatum ac pœna annexa non remittuntur nisi in ipso vitæ termino seu primo instante mortis, quo obex removetur actu ferventi charitatis in Deum, includente retractationem omnem peccatorum.

3° Martyrium confert in vita beata *aureolam*. Nempe corona aurea, sive absolute *aurea*, vocatur præmium essentiale beatorum, consistens in perfecta conjunctione hominis ad Deum; dicitur autem corona aureola, seu *aureola*, aliquod præmium quibusdam beatis superadditum, scilicet gaudium quoddam de sua excellenti victoria. Excellens autem victoria est martyrum, doctorum et virginum, qui de mundo, de diabolo, aut de carne, egregie triumphant. Parvuli pro fide occisi, sicut ad perfectam rationem martyrii non pertingunt, ita et aureolam martyrii non habent perfecte, attamen secundum participationem. Ita S. Thomas (in suppl. q. 96, a. 6, ad 12), qui circa naturam aureolæ notat (a. 10): « Dicendum quod aureola proprie est in mente: est enim gaudium de operibus illis quibus aureola debetur. Sed sicut ex gaudio essentialis præmii, quod est aurea, redundat quidam decor in corpore, qui est gloria corporis, ita ex gaudio aureolæ resultat aliquis decor in corpore; ut sic aureola principaliter sit in mente, sed per quamdam etiam redundantiam refulgeat in corpore. »

O. E. D.

VI

Q. *La déchéance de la fabrique d'église en vertu de l'article 15 de la loi du 4 Mars 1870, entraîne-t-elle déchéance pour le curé du droit au logement ou de l'indemnité qui en tient lieu? — Justifiez brièvement votre réponse.*

R. Aux termes de l'article 15 de la loi du 4 Mars 1870, *la fabrique* qui ne remet pas son budget ou son compte dans le délai fixé, qui refuse de fournir les pièces ou les explications qui lui sont demandées par la Députation permanente, ou dont le budget ou le compte est renvoyé non approuvé, « ne peut plus désormais obtenir de *subside*, ni de la commune, ni de la province, ni de l'État ».

La question posée se réduit donc à celle-ci : Faut-il comprendre sous la dénomination de *subside* accordé à la *fabrique* le logement dû au curé par la commune? Et conséquemment, la pénalité édictée contre une fabrique récalcitrante, a-t-elle pour effet d'affranchir la commune de l'obligation qui lui est imposée, et de priver le curé des avantages qui lui sont reconnus par l'art. 92 du décret du 30 Décembre 1809 et l'art. 131, § 13, de la loi communale?

A ne consulter que le bon sens, et le texte de l'article 15 précité, la négative paraît évidente. Cependant, les travaux préparatoires de la loi de 1870 laissent prise au doute, et ont donné lieu à la controverse.

Certains jurisconsultes, se fondant sur les discussions parlementaires qui ont précédé le vote de l'article 15, prétendent que le logement fourni en nature ou en argent par les communes aux curés ou desservants doivent être assimilés aux subsides dont sont privées les administrations fabriciennes contre lesquelles la déchéance est prononcée. La question fut résolue en ce sens d'abord par voie administrative (arr. roy. du 27 Déc. 1879), ensuite par voie judiciaire. Arrêts de la

cour de Bruxelles du 24 Juin et du 28 Juillet 1881 (*Pasic.* 1881, II, p. 194, et 1882, II, p. 18). Fort de ces arrêts, M. Bara adressa, le 14 Juin 1883, une circulaire aux Gouverneurs, les invitant à « prendre les mesures nécessaires pour que, sous ce rapport, la loi du 4 Mars 1870 reçoive pleine et entière exécution. Dans cette circulaire, le ministre fit, en outre, remarquer « que la privation du droit au logement encourue par les curés ou desservants par suite de la déchéance de la fabrique de l'église qu'ils desservent, est *générale* et s'applique aussi bien lorsqu'il existe dans la commune un *presbytère de fondation* ou un *presbytère restitué* en vertu de l'article 72 de la loi du 18 Germinal an X, que lorsque les administrations communales se conforment aux obligations que leur impose l'article 131, § 13, de la loi du 30 Mars 1836, en allouant à ces ministres du culte une indemnité de logement ou en mettant une habitation à leur disposition » (*Mém. belge*, an. 1883, p. 565). Cf. Giron, *Dict. de droit adm.*, V° Fabrique d'église, n° 50; Beltjens, *La Constit. belge revisée*, Art. 117, n°s 13bis et 19bis; *Pand. belges*, V° Dépenses obligat., n°s 55 ss., et V° Budget des fabriq. d'égl., n°s 65 ss.

Nous repoussons cette interprétation doublement extensive de l'article 15. Il est évident, d'abord, que cette disposition ne s'applique *pas aux presbytères de fondation, ni aux presbytères restitués* en vertu de l'art. 72 de la loi du 18 Germinal an X. Les premiers ne constituent pas un subside fourni par la commune, la province ou l'État; ils sont affectés à perpétuité à l'habitation du curé ou desservant, et, de l'aveu de tous, il n'appartient pas à la commune de changer cette affectation. Les seconds appartiennent de droit aux fabriques d'église; et, en se mettant même au point de vue de la thèse libérale qui attribue ces presbytères aux communes, il n'en reste pas moins vrai que ces immeubles ont une destination déterminée, résultant

de la loi et non d'une disposition prise par la commune. D'ailleurs, il résulte à l'évidence des travaux préparatoires de la loi de 1870 que le législateur n'a pas entendu appliquer aux presbytères de l'espèce, la disposition de l'article 15. Voir *Mém. belge*, an. 1883, p. 568 ss.

Ce texte ne peut s'appliquer d'avantage *aux logements fournis par les communes* en exécution de l'art. 92 du décret du 30 Décembre 1809.

A la vérité, comme nous l'avons déjà dit, les discussions parlementaires laissent, sous ce rapport, prise à un doute. D'une part, le Gouvernement, s'inspirant de l'opinion que l'indemnité de logement n'incombait que subsidiairement aux communes, a déclaré « qu'il fallait comprendre dans le mot *subside*, toute espèce d'allocations, de crédits, de suppléments, de quelque nature qu'ils fussent, et notamment *les crédits signalés aux n°s 9 et 13 de la* loi communale »; d'autre part, la commission du Sénat a soutenu dans son rapport, comme lors de la discussion publique, par l'organe de son rapporteur, M. d'Anethan, qui a clôturé le débat, que telle ne serait pas la conséquence de la loi. Il est donc douteux que le pouvoir législatif ait consacré l'interprétation que le Gouvernement voulut faire prévaloir.

Dans ces circonstances, il convient de recourir au *texte*, d'autant plus qu'il tranche nettement la difficulté. La déchéance, en effet, d'après les termes de la loi, ne vise que les *subsides* alloués à la *fabrique*. Or le logement que les communes doivent aux curés ne constitue pas un subside donné à la fabrique; ce sont les curés qui ont, contre les communes un droit personnel au logement, et ce n'est aucunement à la décharge des fabriques que les communes doivent le fournir. Voir *Collationes*, T. III, p. 213.

L'indemnité de logement est une charge directe de la commune absolument comme le traitement du curé est une charge directe de l'État; et la déchéance de la fabrique n'autorise pas plus la commune à refuser le

logement, qu'elle n'autorise l'État à ne plus payer le traitement du curé.

Il importe d'autant plus de s'en tenir à la signification rigoureuse des termes, que la disposition de l'art. 15 a un caractère pénal; et qu'il serait souverainement injuste de punir le curé d'un refus dont il ne saurait être personnellement responsable, voir même lorsqu'il aurait mis tout en œuvre pour faire observer, par le conseil de fabrique, les prescriptions légales.

Il résulte des considérations qui précèdent que la déchéance de la fabrique d'église n'entraîne, en aucun cas, déchéance pour le curé du droit au logement. Cette thèse, qui est la plus juridique et la plus rationnelle, est admise par la plupart des auteurs et par la jurisprudence administrative en vigueur. Voir en ce sens circulaire de M. Woeste du 8 Sept. 1884 (*Mém. belge*, an. 1885, p. 892, et *Rev. de l'adm.*, an. 1884, p. 533), et arrêté royal du 16 Janvier 1885 (*Mém. belge*, an. 1885, p. 385); — *Mém. belge*, an. 1873, p. 89 ss. et p. 319 ss.; Versluysen, *Handboek der kerkfabrieken*, p. 52; Lion et Demaret (Brixhe, 2me édit.), *Dictionnaire*, V° Budget, n° 13; Moulart, *Des fab. d'égl.*, 8me édit., p. 642; *La revue des fabriq.*, 2me an., p. 59 ss.; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, n° 452; De Brabandere, *Comp. jur. can.*, n° 1155; Bermimolin, *Les instit. prov. et comm.*, T. II, p. 418. Consultez Wiliquet, *La loi communale*, n° 1163; *Ann. parlem.*, Ch. des repr., 1884-1885, pp. 412, 415 et 418; et 1885-1886, pp. 706 et 721.

C. V. C.

Evangelia Dominicarum

Dom. V post Pentec.

—

De odio in proximum. Matth. V, 20-24.

∴

Te dien tijde, zei Jesus tot zijne leerlingen: 20 Indien uwe gerechtigheid niet overvloediger en is dan deze der Schriftgeleerden en Pharizeërs, zoo en zult gij in het Rijk der Hemelen niet ingaan. 21 Gij hebt gehoord, dat tot de Ouden gezeid is: Gij en zult niet doodslaan; en zoo wie doodslaat, die zal schuldig zijn voor het Gerecht. 22 Doch ik zeg u: Zoo wie toornig is op zijnen broeder, die zal schuldig zijn voor het Gerecht; en wie tot zijnen broeder zegt: Raka! zal schuldig zijn voor den Raad; en wie zegt: Gij dwaze! zal schuldig zijn tot de Gehenna des vuurs.

23 Zoo gij dan uwe gifte naar den autaar toebrengt, en aldaar gedachtig wordt, dat uw broeder iets tegen u heeft; 24 laat uwe gifte daar vòòr den autaar, en ga u eerst verzoenen met uwen broeder; en kom dan uwe gifte opdragen.

∴

Notationes

20. *Nisi abundaverit,* excellucrit, major ac plenior fuerit, *justitia vestra*, vestra mandatorum observatio, *plus quam Scribarum et Pharisæorum* justitia, quam illi sive docent sive præstant, *non intrabitis in regnum cælorum*, excludemini regno cælorum.

« Nunc, quo debeat justitia vera Pharisaïcæ præstare, pergit Salvator sigillatim docere. Sunt autem fere tria, unum, ut non exteriora opera seu effectum tantùm, sed et affectum omnem nostrum, Legi conformemus: alte-

rum, ut, quæ Lex necessitate permittere coacta est, ea minime nobis facienda putemus: postremum, ut Legem, non juxta verborum sonum dumtaxat, sed juxta Legislatoris intentionem observemus » Luc. Brug.

21. *Audistis* « prælectà vobis in synagoga Lege, et ejusdem explicatione ibidem traditâ a doctoribus, *quod dictum est antiquis*, majoribus vestris, a Mose: *non occides*. Exodi XX, 13. *Qui autem occiderit reus erit judicio:* hæc non totidem verbis in Lege leguntur, sed sensus eorum: homicidam deducendum esse ad judices, et ex eorum sententiâ capitali supplicio afficiendum, in Lege continetur (vide Lev. XXIV, 21; Num. XXXV, 16.) — *Judicium*, κρισις cui oppositum v. seq. *Synedrium*, erat tribunal judicum qui in porta cujusque civitatis, etiam super causis capitalibus, jus reddebant, et in homicidas irrogabant pœnam gladii. Hi judices, juxta Talmudem erant 23, juxta Josephum vero probabiliùs tantùm 7, adjunctis 2 scribis. Judicio majus erat Synedrium quod de causis gravissimis judicabat, et irrogabat pœnam lapidationis, supplicio gladii graviorem. — Id, hoc v^u^, vult dicere Jesus: lex Mosaica prohibet et punit externum peccatum, consummatum, verum et reale homicidium. Hoc observare et observandum docere est justitia Scribarum et Pharisæorum, qui non curant odium internum, nec peccata exteriora adversus charitatem homicidio minora: hæc omnia tanquam minima spernunt, quia nulla pœna sancita sunt in Lege.

22. *Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo:* longe major pars codicum hic addit: εικη, i. e. temere, sine ratione et modo. Qui enim jure, non ex odio, sed ex charitate et virtutis amore moderate irascitur, non peccat. Ille male irascitur, qui, ut ait Aristoteles, irascitur οις ου δει, και εφ'οις ου δει, και μαλλον ἡ δει. Frater hic est proximus, homo quivis. — *Reus erit judicio,* i. e. eâdem pœnâ reus erit qua antiquis reus dicebatur homicida. « Quia, ait August^s^ (adv. Faustum c. 13) non intelligebant homicidium nisi peremtionem corporis

humani per quam vita privaretur, aperuit Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidii genere putari ». Idem infra docebit Jesus de mœchia. — In seqq. hanc figurate exponit ideam Christus : cujus ira temeraria excrescit in maledicta, majorum etiam suppliciorum reus erit pro gravitate maledictorum. — *Raca* convitium erat tritissimum in ore Judæorum. Significat κενον, hominem vanum et nullius ingenii (fere nostrum : Dommekop). Non est autem in ipsa voce crimen positum. Eam usurpat Jac. II, 20, et Christus duriora Pharisæis dixit, sed in malevolo animo et irâ temerariâ unde erumpit. — *Fatue :* μωρος apud Hebræos dicit hominem sceleratum et flagitiosum, impium et atheum (nostrum : Booswicht). — *Gehenna : vallis Hennom*, locus Hierosolymæ a meridie vicinus, in quo olim Israelitæ idololatræ simulacro Molochi ignito, imaginem bovis habenti, infantes offerebant. Josias lócum fœdavit cadaveribus et morticinis variis eo projectis et combustis, atque ut deinceps ita fieret mandávit : perpetuus igitur ignis erat in loco hoc immundo. Videbant ibi Judæi imaginem inferni. Maldonatus aliique censent Jesum hîc intelligere vivicomburium, quâ pœnâ corporali omnium gravissimâ summa pœna in altero sæculo luenda figuratur. Ita sane meliùs servaretur parallelismus, cum hic sermo totus figuratus sit. Insuper etiam solum odium internum grave punietur gehenna in altero sæculo. — Ex illa pœnarum gradatione colligendum relinquit Jesus, quantâ pœnâ dignus sit qui infert verbera aut vulnera, et qui occidit; sed horum criminum non meminit, ea inter suos moraliter impossibilia supponens et docens.

23. *Ergo.* Concludit ex gravitate præcepti charitatis fraternæ et pœnarum quibus sancitur, quam sollicite ea sit restituenda si forte læsa sit. Id facit ea orationis emphasi quæ valde commovere debebat Judæos qui tanti faciebant sacrificium et altare, atque ut magnum piaculum habebant inchoatum sacrificium abrumpere.

— *Habet aliquid adversum te*, i. e. habet quod de te juste queratur, a te offensus est.

24. *Prius* gr: πρωτον, ante omnia, videtur construendum cum *vade*. — *Reconciliari*, διαλλαγηθι, reconciliator, redi in gratiam. — Recte S. August. docet præceptum hoc Domini ita intelligendum esse ut dum reipsà hic et nunc exteriùs cum proximis reconciliari non possumus, animo tamen et affectu injuriæ satisfacere velimus, dato loco reipsa satisfacturi, et omne odium ac offensam remittamus. Longe aliter Pharisæi odia, iram, calumniam, inter peccata minima referentes, Deum hæc non magnopere curare docebant, si modo sacrificia rite peragerentur, et ritus cæremoniales bene observarentur » Crombez.

23. 24. « Efficax est ergo valde hæc sententia ad suadendum studium reconciliationis, eo quod doceat primum concordiam fratrum Deum malle quam sacrificia et oblationes. Deinde non esse Deo accepta sacrificia, ac proin nec quævis alia opera nostra, si desit charitas mutua, ac ob id ante omnia studendum reconciliationi, si læsa est charitas. Nec solum efficax est hæc sententia, ut quærat reconciliationem qui læsit, sed etiam ad hoc ut qui læsus est, facile fratri reconciliationem quærenti condonet, ne Dei honorem et sacrificia illi offerenda remoretur et impediat. Advertenda hîc mira Dei benignitas, qui ut promoveat mutuam fratrum charitatem, cum alioqui liber sit, sui juris, nec ulli astrictus, suam gratiam vult pendere a fratris gratia, ita ut suam impertiri nolit, nisi fratris gratia impetrata. Advertendum item quomodo Dominus etiam hoc mandato justitiam nostram abundantiorem facit justitia et Scribarum et Pharisæorum, siquidem hi statim ad sacrificia confugiebant et vacabant, quasi per ea cuncta statim crimina expiarentur, etiam neglecta fratris reconciliatione: contra quos ut alibi Dominus dicit, Deum malle misericordiam quam sacrificium: ita hîc significat eumdem malle charitatem fraternam quam sacrificium...

Porro si ante oblationem sacrificiorum legalium, de quibus ad litteram loquitur Dominus, reconciliatio quærenda erat, multò magis ante oblationem sacrificii nostri novæ legis, eoque magis, quo hoc est charitatis et mutuæ concordiæ symbolum, unde et communio synaxis dicitur. Sunt autem etiam laudes, gratiarum actiones, orationes, et eleemosynæ, quædam sacrificia quæ Deo offerimus, et omnino omnia bona opera in Dei honorem facta, sacrificia quædam sunt. Proinde docemur sacrificium laudis, orationis, aliorumque bonorum operum Deo placere non posse, nisi reconciliati hæc Deo offeramus. Unde Paulus vult viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione. I Timoth. 2. Et Petrus viros vult muliebri sexui tanquam infirmiori vasculo impertiri honorem, ut non impediantur orationes, per contentiones scilicet et disceptationes. I Petri. 3.

Cæterum hæc Domini sententia non sic est accipienda, quasi semper necessario sit agendum secundùm eam, ut verba sonant. Contingit enim aliquando, ut vel non expediat adire offensum et reconciliationem quærere, vel tempus et locus non permittat, ut si frater offensus eo sit loco quo non facile adiri possit. Itaque intelligenda est cum eo sale discretionis, cum quo similia præcepta affirmativa debent intelligi, si scilicet tempus, locus et prudentiæ ratio ita permittat: nec tam spectanda sunt præcepti hujus verba, quàm scopus, et intentio Salvatoris, qui est, ut quantum in nobis est, omnia posthabitis omnibus faciamus, quod offensum fratrem reconciliemus nobis, adeo ut etiam sacrificium Deo jamjam offerendum intermittamus cum ita fieri potest, quo memores offensæ fraternæ, eum qui offensus est placemus, priusquam sacrificium absolvamus. Quod si autem fieri non potest ut offensum adeamus, illive reconciliemur, animo saltem et cordis bono proposito, istud quod hic præcipitur peragendum est, videlicet ut pro virili, et juxta offensæ qualitatem offensum placare

proponat priusquam oblationem suam Deo offerat. » Jans. Gand.

Conclusio

Matth. V, 25. *Esto consentiens adversario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te adversarius judici, et judex tradat te ministro: et in carcerem mittaris. 26 Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.*

« Necessitatem promptæ cum fratre offenso reconciliationis Christus inculcare pergit, sumpta a forensi consuetudine parabola. q. d. Quum ab illo, cui debes, in jus vocaris, profecto expedit tibi ut negotium cum illo in itinere cito transigas, prius quam res ad judicem deferatur: ne tradat te actor judici, isque vicissim apparitori qui ducat te in carcerem; unde, dico tibi, non exies nisi soluto prius ultimo quadrante. Ita plane stude in gratiam cum eo, quem offenderis, cito redire, dum adhuc vitam in terris agis. Si enim haud reconciliatus ultimum diem obieris, jam summo tecum agetur jure, nec vindictam Dei prius effugies quam lueris pœnas, quantas extremus divinæ justitiæ rigor a te poposcerit » Liagre.

« Igitur *via* est vita præsens, qua persistente reconciliatio cum Deo semper iniri potest; *judex* est Deus; *ministri* ejus sunt angeli; momentum, quo pervenitur ad judicem, est mors, post quam alea jacta erit; *carcer* est infernus, si admittamus, quod contexta oratio innuit, sermonem institui de carcere ex quo miser ille numquam sit exiturus; si vero, secundum aliorum sententiam, talis cogitandus sit carcer, ex quo damnatus mulcta soluta egrediatur, intelligitur purgatorium » Van Steenkiste.

G. V. D. P.

Fabriques d'église

Séance du mois de Juillet — Examen et vote du budget

Aux termes de l'article 10 du décret du 30 Décembre 1809, les conseils de fabrique doivent se réunir en séance ordinaire le premier dimanche du mois de Juillet prochain.

La principale opération de cette séance consiste dans l'examen et le vote du budget, pour l'exercice 1899, qui doit être, avant le 15 Août, transmis en quadruple expédition et avec les pièces justificatives à l'appui, au conseil communal. Art. 1r de la loi du 4 Mars 1870.

Nous engageons itérativement les curés et les administrations intéressées à ne pas perdre de vue les principes et les observations pratiques que nous avons données, à la même occasion, les années précédentes. Voir les *Collationes*, T. I, p. 309 et p. 368 ; T. II, p. 349.

Dissertationes

I

Dijudicantur nonnullæ singulares D. Ermoni opiniones circa authentiam Pentateuchi

(*Sequitur*. Cf. *suprà* p. 226.)

—

IV

Integrum *Deuteronomium*, exceptis excipiendis, v. g. ultimo capite, à Moyse conscriptum esse, constat argumentis tum extrinsecis, tum etiam intrinsecis (1), neque nisi à Rationalistis audacioribusque nonnullis neocriticis negari solet (2). Ut igitur frequentes notabilesque istius libri partes Moysi abjudicentur, merito argumenta requiruntur peremtoria, qualia profecto non sunt quæ hucusque à « sublimioris criticæ » cultoribus allata sunt (3). Quod nominatim spectat argumentum desumptum ex maxima differentia quam observare est inter hunc librum ac tres præcedentes, hoc ipse D. Ermoni ceu debile rejicit p. 605 :

« A prendre rigoureusement les choses, il n'est pas impossible que Moïse soit l'auteur de ces exhortations. Dans

(1) Cf. v. g. Deut. XXXI, 9-26.

(2) Consentiunt Rationalistæ in neganda Deuteronomii authenticitate ; in assignando verò ejusdem auctore et ætate, mirum in modum dissentiunt seseque mutuò dilaniant. Antiquiores (v. g. Ewald, Knobel, Schrader, Nicolas, Dillmann etc.) Deuteronomium recentissimam Pentateuchi partem habebant ; recentiores verò (v. g. Graf, Kuenen, Reuss, Wellhausen, Delitzsch, Smith, Seinecke etc.) legislationem librorum intermediorum (Exodi, Levitici ac Numerorum) seu *codicem sacerdotalem*, ut aiunt, Deuteronomio juniorem proclamant, quin tamen circa librorum istorum originem ullatenus consentiant. Lites illas domesticas inter sese componant falsi nominis sapientes !

(3) Vide Cornely, l. c. p. 128.

l'école évolutionniste, on a fait grand bruit de la différence énorme qui existe entre le recueil Deutéronomique et les Livres du milieu, pour en conclure naturellement qu'ils ne peuvent pas être du même auteur. Nous croyons toutefois que les Reuss, les Kuenen et les Wellhausen ont tiré de ces différences une conclusion par trop forcée. Ces nombreuses différences existent; personne n'a jamais eu l'idée de les contester. Il suffit de lire et de comparer pour s'en convaincre. Mais ces différences peuvent s'expliquer autrement que par un recours à la diversité des auteurs. *La diversité des circonstances peut très bien expliquer les différences qui existent entre les Livres du milieu et le Deutéronome.* Moïse, se trouvant dans d'autres circonstances, a pu parler aux Hébreux un autre langage que celui qu'il leur aurait tenu quelque temps auparavant. » Citat deinde Martin.

Verùm pergens : « Cependant, ait, en examinant bien les choses, je serais porté à croire que la longue parénèse deutéronomique, telle que nous l'avons aujourd'hui, n'est pas l'œuvre de Moïse ». Quarè? « La critique *interne* (1) *semble* y découvrir (2) des indices qui demandent à ce qu'on retarde d'un certain temps la rédaction de ce recueil ». Quænam sunt illa indicia recens detecta?

« D'abord, ait, il est bien *évident?* que le petit prologue n'est pas de Moïse ». Quare? « Un auteur, ait, n'aurait pas parlé ainsi ». Rursum petimus quare? nam hoc præcise demonstrandum erat. Verum hac demonstratione omissâ : « De plus, pergit, ce petit prologue devait former autrefois le titre de l'ouvrage ajouté par une main étrangère. Ce n'est que plus tard qu'il a dû cesser de constituer le titre du recueil et être incorporé au recueil lui-même. Une retouche apparait là d'une manière assez claire » (3). Hæc rursùm affirmat quidem, sed non probat.

Ad gravioria jam deveniens : « Pour ce qui regarde *le*

---

(1) Lucerna pedibus D. Ermoni critica interna!

(2) Hujusmodi *apparentiæ* lucis internæ cedere profecto debet *evidentia* luminis tum extrinseci, tum etiam intrinseci!

(3) Contra meras gratuitasque istas assertiones egregie disserentem lege R. A. D. Van Hoonacker : « *L'origine des quatre premiers chapitres du Deutéronome.* » *(Extrait du Muséon)* 1889.

corps du recueil, ait, *on ne voit pas comment il pourrait être de Moïse*. Comprend-on le législateur hébreu, même dans la terre de Moab, — car ces exhortations morales n'ont pu être faites que là, — presque à la fin de ses jours et de son œuvre, faisant aux Hébreux des instructions de ce genre, des instructions si détaillées, et qui sentent un certain art? *Il est à présumer que Moïse, dans les plaines de Moab, n'eut ni le temps ni le pouvoir de faire qu'à prononcer des sermons.*

N'y a-t-il pourtant aucun moyen mosaïque? Nous ne le pensons pas. Et voici comment nous comprenons la formation du Deutéronome.

Durant le peu de temps qu'il passa dans le pays de Moab, au déclin de sa vie, Moïse dut adresser de temps à autre quelques courtes instructions orales à ceux qui l'entouraient. Son autorité, son prestige, la grande vénération qu'on avait pour lui, faisaient que ces instructions impressionnaient fortement ses auditeurs et se gravaient profondément dans leur mémoire. A une époque plus tardive, quand on se fut établi dans la terre promise, un scribe (quisnam?), ou même longtemps après quand on se fut fixé à Jérusalem, un prêtre (quisnam?) dut écrire les dernières instructions du vieux législateur, en *les présentant dans un ordre plus régulier et en les amplifiant. Moïse fournit le canevas, mais un grand canevas du recueil; une main postérieure y ajouta le cadre et les développements*.

Argumentum istud ad hoc reducitur: Moysi in terra Moab degenti tempus defuit ad eloquendam et scribendam prolixam illam parænesin deuteronomicam; nam præsumendum est eum tunc temporis aliis negotiis incumbere debuisse. Ergo prædictam parænesin neque elocutus est neque conscripsit, sed ad summum adumbravit.

Primò respondemus sic: Argumentis externis et internis constat Moysen integrum illum sermonem paræneticum eructasse et scripsisse. Ergo Moysi tempus non defuit ad id præstandum.

Argumenta illa passim prostant apud auctores catholicos, neque hic repetenda sunt. Quod spectat ipsius Deuteronomii testimonia, lege I, 1. 6; V, 1; XXXI, 9, 24.

Sane præsumendum est Moysen in terra Moab, præter ea quæ fecisse refertur, nonnulla alia egisse. Verum quænam illa sint, et quo pacto ipsum impedire potuerint quominus paræneseim deuteronomicam, Deo inspirante, eructaret atque conscriberet, demonstrare faveat D. Ermoni. Nos enim nescimus quid utilius, quid urgentius, quid præstantius agere potuerit ac debuerit, quàm quæ ipsum egisse testatur ipsum Deuteronomium, contestaturque tota retrò Antiquitas.

Secundò respondemus, ipsum D. Ermoni hujusce difficultatis nodum solvisse p. 604, ubi demonstrare satagit nihil impedire quominus admittamus Moysen libros intermedios (Exod. Levit. et Num.) in terra Moab conscripsisse: « Durant son séjour dans le désert du Sinaï, Moïse aurait tout au plus remarqué les principaux épisodes, pris, comme nous dirions de nos jours, de courtes notes, et fixé ses souvenirs. Une fois sorti du désert sinaïtique, et parvenu dans la terre de Moab, peut-être quelque temps, un an ou deux avant sa mort, il aurait utilisé et ses notes écrites et ses souvenirs vivants pour composer son œuvre. Tout semble insinuer que cette explication est la plus probable. En effet, *une fois parvenu dans la terre de Moab, il dut mener un genre de vie plus calme et plus stationnaire. Par conséquent, il put utiliser ce temps pour rédiger les Livres du milieu* ... » — Si igitur Moyses ultimo suæ vitæ anno aut biennio uti potuit ad scribendum libros intermedios, quidni eodem fausto tempore uti potuit ad scribendum paræneticas Deuteronomii conciones, easque paulò ante mortem suam eructandum? Imo quid prohibet quominus admittamus eum conciones istas ultimo eoque pacatissimo vitæ suæ mense Deo inspirante eructasse atque scripto consignasse, maximè si supponimus libros intermedios antea jam absolutos fuisse?

Idem argumentum jam proposuerant Rationalistæ, v. g. Bleek-Wellhausen, *Einleitung*, Ed. IV, 1878, p. 106 sqq. « Conciones hæ, inquit, omnes uno eodemque die coram populo habitæ dicuntur (Deut. I, 3); atqui orationes tam longas et tam graves uno die habitas esse parum

est probabile, atque minus probabile est Moysen, si eas revera una die habuisset, eas scribere potuisse; tempus enim, quod ab ea die, qua eas habuisse dicitur, i. e. a die 1, mensis 11, anni 40, usque ad ejus mortem effluxit, ad eas scribendas non erat sufficiens, præsertim quum gubernandi populi valde esset occupatus. Quibus consideratis dicamus oportet, longiores illas conciones, ac proinde ipsum Deuteronomium, juniori scriptori deberi ».

Respondet Cornely, l. c. p. 130: « Si Moysen conciones suas, antequam eas haberet, scripsisse diceremus, major jam illa, quæ urgetur, improbabilitas dispareret; atque ne admodum quidem difficile, ne tum impossibile fuit uno eodemque die integram Deuteronomium coram populo recitare. Nugas igitur hasce relinquamus paulloque graviora videamus ».

V

Improbanda etiam videtur hæsitatio quâ D. Ermoni tractat authenticitatem *legum ritualium* ac *civilium*, in primis *agrariarum* Pentateuchi.

Quoad leges *rituales* sic scribit: « La principale difficulté se résume en ceci: On ne fera jamais croire à personne que, pour un état provisoire et nomade, comme fut celui des Hébreux avant leur établissement dans la terre promise, on élabore un code de lois cultuelles aussi detaillées que celles que nous remarquons dans le Pentateuque en général, et, d'une manière spéciale dans le Lévitique. Tout cela est l'indice d'un état stationnaire.

Je ne nie pas que cette difficulté ne soit sérieuse, très sérieuse même... Ici nous proposons des idées qui nous sont personnelles.

Qui nous empêcherait de dire que Moïse n'a pas fait un code provisoire, mais définitif? Ne pourrait-on pas soutenir qu'ayant une foi invincible dans les destinées du peuple, il n'a pas seulement songé au présent, mais aussi à l'avenir? Que dès lors, *il a fait certaines lois présentement exécutables, et d'autres qui ne devaient être appliquées que dans un certain avenir?* Il aurait donc donné à son peuple un code religieux, cons-

nant certaines lois dont l'application n'aurait lieu que dans un temps ultérieur. *Cette hypothèse ne présente rien qui implique une répugnance* ». — Hucusque egregiè. — Verum sequitur:

« Nous avons une autre ressource. L'éxégète catholique, qui ne voudrait aller à aucun extrême, qui ne voudrait pas avec le rationalisme rejeter absolument l'authenticité du Pentateuque et rompre ainsi avec une opinion bien chère à la tradition chrétienne, mais qui, d'autre part, ne voudrait pas, non plus, rien sacrifier de l'esprit scientifique réclamé par la critique moderne, cet exégète catholique, dis-je, ne pourrait-il pas trouver et adopter une *situation intermédiaire?* Cette situation serait celle-ci: Moïse n'aurait pas élaboré un code parfait et arrêté du premier coup; il aurait créé un code religieux répondant aux circonstances présentes, mais perfectible de sa nature, c'est-à-dire un code auquel il aurait été permis, dans la suite, vu les circonstances et les besoins, d'ajouter d'autres lois. Il en est ainsi de nos codes modernes. Les générations successives y ajoutent, chacune à son tour, des lois nouvelles. Pourquoi serait-il nécessaire que Moïse eût créé un code immuable, incapable de subir, nous ne disons pas des suppressions, ce qu'on n'a jamais songé à faire, mais des additions? Ce serait, à en juger de prime abord, demander presque l'impossible. Dès lors il serait permis d'affirmer que le code de Moïse est allé grossissant dans le cours des temps, et, qu'aux lois, qui furent son œuvre, on en ajouta d'autres quand un nouvel état de choses pour les enfants d'Israël l'eut exigé. Cette solution concilierait parfaitement, ce nous semble, les données traditionnelles bien comprises et certaines prétentions, *nullement à dédaigner,* de la critique moderne. A ce point de vue je crois qu'il est téméraire, sinon dangereux,! d'enseigner avec un auteur appartenant à l'école conservatrice, M. Bertheau, que la liberté de faire des additions n'était ni plus grande, ni enveloppée dans plus de difficultés, que celle de faire des suppressions ».

His plane similia tenet D. Ermoni circa leges *civiles*, nominatim *agrarias:* « Les difficultés qui naissent de ce chef, ait p. 477, nous le reconnaissons volontiers, sont *plus troublantes*, que celles que nous avons rencontrées jusqu'ici. Il serait puéril de chercher à se le dissimuler. Il semble en

effet étrange que l'on songe à faire des lois réglant les propriétés pour un peuple qui mène la vie errante, et qui ne doit pas encore connaître ce que c'est que la propriété. Se figure't-on les enfants d'Israël dans leur course à travers la péninsule sinaïtique possédant déjà des champs, en réglant les récoltes, et même le mode de transmission par hérédité? Cette supposition n'obtient de prime abord aucun crédit. Autant vaudrait-il dire par exemple que de nos jours les hordes des Bédouins, qui errent à travers le désert, possèdent un code destiné à régler les rapports sociaux et surtout le fonctionnement de la propriété privée et immobilière...

S'agit-il de ces lois agraires, qui semblent faire allusion à une propriété permanente, se transmettant de père en fils à travers de nombreuses générations? Ces lois là, supposé qu'elles existent réellement dans l'œuvre mosaïque, ce que tout le monde n'accorde pas, nous ne voyons, quant à nous, aucun moyen de les concilier avec le séjour provisoire dans le désert sinaïtique. Nous ne prétendons pas qu'il soit impossible de les concilier en réalité, ni qu'un autre ne puisse de fait les concilier. L'exégète orthodoxe aura toujours des moyens de sortir des difficultés qu'on lui présente (1). Seulement en ce moment, nous ne faisons qu'exposer nos propres idées. Eh bien, puisque nous parlons en notre nom personnel, nous croyons que, pour ce qui regarde l'objet dont il s'agit, il est nécessaire de recourir à l'une des deux hypothèses que nous avons précédemment proposées : à savoir, ou que Moïse a voulu faire un code, pour ainsi dire, définitif, ne visant pas uniquement le présent, mais aussi le futur, ou qu'il a élaboré un code perfectible de sa nature, et par conséquent capable de s'incorporer de nouvelles lois avec le cours du temps et le changement des situations ».

Quam temerè ac inconsiderate hæc dicta sint, vel ex eo patet quod, fatente ipso D. Ermoni, nihil prorsus obstat quominus Moyses futuram etiam terræ Chanaan possessionem respexerit, quodque de facto tota fere legislatio mosaica in primis futurum populi in Palæstinam ingressum futuramque terræ promissæ posses-

(1) Quantum solatium pro nobis orthodoxis!

stomum respicit, quidem sententiae in legibus additur: « Quam vocaverit terram, quam dominus ait vobis », aut similes expressiones. Cf. Exod. XII, 25; XIII, 5, 11; XXIII, 20 sqq.; XXXIV, 11 sqq., 15, 24; Levit. XIV, 33, 34 sqq.; XVIII, 3 sqq., 24-30; XIX, 23 sqq.; XX, 22 sqq.; XXIII, 10 sqq.; XXV, 2 sqq.; XXVI, 1 sqq.; Num. XV, 2 sqq., 18 sqq.; XVIII, 20 sqq.; XXVI, 53 sqq.; XXVII, 1 sqq.; XXXIV, 1 sqq.; XXXV, 9 sqq.; XXXVI, 1 sqq.; Deut. IV, 5, 14, 40; V, 16, 31, 33; VI, 1 sqq., 10 sqq., 20 sqq.; VII, 1 sqq.; VIII, 7 sqq.; XI, 13 sqq.; XII, 1 sqq.; XIII, 12 sqq.; XV, 7 sqq.; XVI, 1 sqq.; XVII, 14 sqq.; XVIII, 1 sqq., 9 sqq.; XIX, 1 sqq., 8 sqq., 14 sqq.; XXI, 1-23; XXIV, 4; XXVI, 1 sqq., etc. — Unde, mirandum solum fuit recentiores, sed ipse Pentateuchus integrum illam legislationem Deo et Moysi auctori tribuunt, non haesitando, sed asseverando libere operabat: « Moise a fait certaines lois présentant des utilités, et d'autres qui ne devaient être appliquées que dans un certain avenir ».

D. Ermoni, animum respicere videtur annus quibus Israelitae vagati sunt in deserto: verum non animadvertit Moysem, per tempore leges in Exod., Levitico, Num. I-XIII, XX-XXXVI, et Deuteronomio relatas promulgavit, spectasse hoc ut populus Dei terram promissam non adeuntem. Non enim nisi propter rebellionem suam, extra Dominium annis errare debuit in solitudine, ut patet ex Num. XIV.

Negari nequit auctorem Pentateuchi continua, humam terrae Chanaan occupationem respexisse. Atqui Prudentius esset ait Cornely, l. c., p. 136, si falsarius aliquis septem vel octo saeculis aut etiam brevior tempore postquam populus questus in terra consedit, et occupationem terrae ita semper velut futuram supposuisset, urbe semel quidem sese prodiderit ».

Ceterum, D. Ermoni merito quaeritur qua tempore, quibus in adjunctis, per quorum leges Moyse recentiores latae sint? qua veracitate quave necessitate Moyse

auctori tributæ sint? quibus omnibus universo populo ceu mosaicæ imponi potuerunt? Neque enim probabile nobis est apud Israelitas usuratum fuisse ut leges post Moysen editæ fictione pariter Moysi adscriberentur, cum contrà, quæcumque subsequenti tempore novæ statuta sunt, v. g. a Davide, singulis auctoribus suis attribui soleant.

Adversus R. P. Brucker. Études, 1888, XLIV, p. 500.

La théorie que nous venons de discuter (théorie nouvelle critique) suppose que tous ces auteurs ou rédacteurs de « codes » religieux, jéhoviste, élohiste, Deutéronomiste, ont mis leurs productions sous le nom de Moïse, bien plus, sous le nom de Dieu même, puisque la rédaction divine est donnée pour origine au tout. Elle suppose en même temps que cette attribution n'est qu'une fiction « pieuse », dont le but était de donner à l'écrit plus d'autorité. Est-il besoin de réfuter ces suppositions, qui feraient de tout le Pentateuque une œuvre de faussaires audacieux? Ce recueil admirable se défend assez lui-même par son ton d'évidente sincérité; par cette rigoureuse fidélité à ce qu'on peut appeler la couleur locale et la situation, qui ne peut être l'effet d'une imitation rétrospective, sans parler des autres raisons qui se présentent d'elles-mêmes à un chacun. Mais il n'est pas moins défendu par l'impossibilité qu'il y a à supposer, avec la critique qui ne doute de rien, que le peuple juif, où l'on a toujours vu tant de grands et de bons esprits, ait accepté des apocryphes impies et impudents sans contrôle ni protestation, et se soit empressé de courber la tête sous le joug nouveau qu'ils venaient lui imposer. Non, ce peuple n'a pas été aussi stupide que cela, et il faudrait l'être beaucoup plus que lui, pour s'en rapporter sur ce sujet à la *critique rationaliste* ».

Séjourné. G. V. D. P.

II

De missa bis de die celebranda ab eodem sacerdote

SEU

DE BINATIONE

(*Sequitur*, Cf. *suprà* p. 280 sqq.)

ART. IV. *De secundæ missæ applicatione ac stipendio.*

21. Quæ de secundæ missæ APPLICATIONE dicenda veniunt his paucis contrahimus:

Generatim illa applicatio est libera seu arbitrio celebrantis relicta; una exceptio est, nimirum: parochus qui præest duabus parochiis non unitis unione plenaria et extinctiva, tenetur et alteram missam pro populo suo celebrare. Ita resolvit S. C. C. *in Cameracen.* 25 Sept. 1858, ubi ad dubium 1m: *An parochus qui duas parochias regit et ideo bis in die celebrat, utrique parochiæ suam missam applicare teneatur, non obstante redditnum exiguitate in casu?* Respondit S. C.: *Affirmative, exceptis tamen parochiis unitis unione plenaria et extinctiva.* — Et ad dubium 2m: *An parochus qui in una eademque parochia bis eadem die celebrat utramque missam pro populo sibi commisso gratis applicare omnino teneatur in casu?* Respondit: *Negative, firma remanente prohibitione recipiendi eleemosynam pro secunda missa.* — Et *in Salamentina* 22 Febr. 1862, proposito dubio: *Utrum parochus necessario debeat illam secundam missam applicare pro populo sicuti primam, vel liberam relineat illius applicationem cum stipendio?* eadem S. C. resolvit: *Dentur resolutiones in Cameracen. 25 Sept. 1858.*

22. Progredientes jam ad quæstionem de *stipendio* secundæ missæ, inquirimus utrum, quando juxta dicta n. præc. libera est alterius missæ applicatio, possit

sacerdos pro ea celebranda accipere eleemosynam seu stipendium.

Imprimis licet stipendium recipere pro singula missa in die Nativitatis D^ni^, cum sic ferat consuetudo generalis ab Apostolica Sede non reprobata. Scribit Benedictus XIV (Const. *quod expensis*) « ubique fere receptum esse ut in solemnitate Nativitatis D^ni^ pro tribus missis tria recipiantur charitativa stipendia. Ideoque, addit, de illis qui ante hoc tempus in Aragoniæ regno duas vel tres respective missas prædicta die (np. commemorationis OO. Defunctorum) celebrantes, duas vel tres eleemosynas recipiebant, nihil innovandum censemus ». Quibus verbis Pontifex morem recipiendi plura stipendia in die Nativitatis D^ni^ legitimum esse haud obscure significat.

Præterea nemini dubium esse potest quin S. Pontifex concedere valeat facultatem accipiendi stipendium pro secunda missa in casu binationis: etenim nec jure naturæ nec jure divino positivo ista eleemosynæ perceptio in se considerata ullo modo prohibetur. Ceteroquin constat pluribus exemplis Sanctam Sedem nonnumquam hujusmodi facultatem elargiri (Vid *infrâ*).

23. At jure ecclesiastico, extra diem Natalem D^ni^ et secluso indulto apostolico, prohibitum est ne sacerdos pro iterata missa ullum stipendium accipiat. De illa prohibitione constat multiplicibus documentis a SS. Congregationibus et signanter a S. C. Concilii emanatis, quæ constanter ad dubia hac de re proposita responderunt sacerdoti binanti non licere pro altera missa eleemosynam percipere. Luculenter illud testatur S. C. de Prop. Fide in suo rescripto diei 15 Octobris 1863 his verbis: « A Sacra Congregatione christiano nomini propagando non semel per sacrorum Antistites in locis missionum degentes quæsitum est, an duplex stipendium percipere liceat sacerdotibus, qui duas in eadem die missas celebrare justis de causis permittuntur. Ut igitur in hujusmodi re omnis dubitationi locus a Missi-

onibus auferatur, visum est expedire eam promulgare *regulam, quam constanter tenuit Sacra Congregatio Eminentissimorum Patrum concilii Tridentini Interpretum;* videlicet ex praxi generali presbyteris non concedi eleemosynam recipere pro secunda missa, etiamsi de illis agatur qui parochiali munere instructi ideo stipendium pro prima missa nequeunt obtinere, quòd eam pro populo applicare teneantur. Porro hujusmodi regula recentem obtinuit confirmationem a SS^mo D. N. Pio PP. IX in una *Cameracen* die 25 Septembris 1858 ». (1) — Jam supra (n. 21) citavimus responsum ad dubium II in dicta causa Cameracen., quod etiam præsentem quæstionem spectat: alia insuper fuerunt proposita dubia, nimirum: *III. An vicarii aut alii sacerdotes curam animarum non habentes, si quando bis in die celebrant.... secundam et ipsi missam populo gratis applicare teneantur in casu. — Et quatenus affirmative ad I; II et III; — IV. An et quomodo concedendum sit parochis, qui diebus dominicis aliisque festis bis celebrant, ut unius missæ liberam habeant applicationem et stipendium pro ea recipere valeant in casu. — V. An et quomodo idem concedendum sit sacerdotibus curam animarum non habentibus quoad utramque missam in casu.* Die 25 Sept. 1858 S. Congregatio ad supradicta dubia rescripsit:... Ad III: « Negative, quatenus curam animarum non habeant, *firma semper prohibitione recipiendi eleemosynam pro secunda missa;* » — ad IV. « Negative, et episcopus provideat ad formam Constitutionis Benedicti XIV: *Cum semper oblatas* ». (2); — ad V. « Provisum in tertio ».

---

(1) Cfr. *Nouv. Revue théol.* t. IV, p. 101. — Ad eamdem disciplinam provocat S. C. de P. F. in sua sæpius citata Instructione 14 Maii 1870, n. 8, ut probet missæ itérationem non justificari *ob presbyterorum paupertatem.*

(2) Qua constitutione laudatus Pontifex concedit Episcopis facultatem dispensandi cum parochis inopia pressis ut die Dominica aut festiva valeant missam celebrare ad intentionem dantis stipendium, ea tamen adjecta conditione ut infra hebdomadam suppleant per missam aut missas pro populo. *Bullarium* (edit. Mechlin. t. II, p. 310 sq.)

Imô quum Archiepiscopus Coloniensis petiisset ut, cognita causa et respectu habito personarum et circumstantiarum, permittere posset pro iterata missa stipendium *ex quo sacerdos ipse nullum haberet emolumentum,* sed quod esset applicandum sive ad sublevandam fabricam ecclesiæ vel sacerdotis indigentis inopiam, sive in sustentationem missionariorum, sive in aliam piam causam, SS^mus^ censuit respondendum: *Non expedire.* (13 Mart. 1863 — apud *Revue catholique*, t. XXI, p. 383 sq.) — Unde liquet vehementer errare illos qui putant sacerdotem binantem posse alteram missam legere aut cantare ad intentionem dantis stipendium, dummodo ipse sibi non retineat nisi partem stipendii excedentem taxam diœcesanam missæ lectæ.

24. Ista sufficiunt ut concludamus (quod etiam ex infra referendis documentis confirmabitur) mentem ac voluntatem sedis Apostolicæ certo obstare quin pro missa iterata eleemosyna recipiatur; imo firmam esse apud Congregationes Romanas persuasionem hujusmodi stipendii perceptionem esse prohibitam *de jure:* quod apparet tum ex tenore responsorum, quibus non edunt aliquam prohibitionem novam, sed præexistentem declarant et inculcant: « *Firma remanente prohibitione* recipiendi eleemosynam pro secunda missa » ; tum ex eo quod adeo difficiles sese præbent ad concedenda indulta in ordine ad permittendam pro altera missa stipendii receptionem (Cfr. n. præc. in fine — et infrà): praxis enim hujusmodi vix explicari posset, si de jure communi dicta eleemosynæ perceptio esset licita.

25. Fatendum tamen est prohibitionem illam generalem nullo textu juris explicite enuntiari. Sed videtur ista interdictio implicite contenta in ipsa lege Innocentii III qua prohibita fuit missæ iteratio: etenim, teste Benedicto XIV (Const. *Quod expensis*), « ut facultas celebrandi plures missas uno die ad solum diem Natalem D^ni^ coarctaretur, non alia de causa factum est quam ut avaritiæ et sordidis quæstibus adimeretur occasio, vel

saltem obloquutionibus silentium imponeretur, quæ scilicet ex eleemosynis pro missarum numero multiplicatis aut ortum habuerant aut oriri posse videbantur. Voluit igitur legislator revocare sacerdotum sacerdotum qui pluries in die litabant ad cumulanda stipendia; idcirco regula generali prohibuit missæ iterationem; admisit quidem exceptionem pro casu necessitatis; quæ necessitas, uti ipsis S. Sedis documentis probatum est supra n. 6 sqq.) præcise desumenda ac mensuranda est ex indigentia populi quatenus, nisi sacerdotes his celebrent, fideles sat multi præcepto audiendi missam satisfacere non valerent, minime vero in illa dijudicanda rationem habere voluit S. Sedes indigentiæ seu inopiæ ipsius sacerdotis. Proinde inspectis motivis legis ac natura exceptionis appositæ, primum erat concludere facultatem binandi non imperare facultatem duplex accipiendi stipendium, imo stipendium pro secunda missa implicite interdicit: quod autem implicite erat lege vetitum, Sedes Apostolica, per organum SS. Congregationum et præsertim S. Congregationis Concilii interpretandi explicite prohibuit.

Qua explicatione jam plenium iter objectioni desumptæ ex defectu specialis ac publicæ promulgationis sic enim apparet illas declarationes esse potius comprehensivas quam extensivas ac consequenter eas speciali promulgatione non indigere ut vim obligandi habeant universalem. Ceterum, uti advertit ipse S. Alphonsus (1), « *hujusmodi declarationes quamvis in Ecclesia universaliter distinguidæ ac FACTÆ sint promulgatæ, iterum seu pluribus annorum vel relationis anticipatum communicatæ ipsas referentibus quod profecto verificatur in casu satis omnes fideles constringunt* ».

Igitur jure merito Episcopus Brugensis in Congr. Prosyn. 20 Maii 1871 sequens tulit decretum: « *Decretis S. C. Concilii ac ipsius summi Pontificis responsionibus*

(1) Elenchus Retract. 2a series, q. II.

[illegible] *declaramus* v.

Quod autem usus recipendi plenam stipendii in festo Natali D[illegible] [illegible] S. Sedis regulatus, apte explicari videtur ex quod. [illegible] ad unam diem per annum sit [illegible] [illegible] vix erat timendus; atque idem dicere [illegible] [illegible] in regulis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Bened. XIV l. c. supra n. 22 et Litt. Apost. 10 Aug. 1748.

Superior. H. V. D. B.

III

DES PENSIONS DE RETRAITE

des ministres du culte catholique en Belgique

—

Le droit des membres du clergé du culte catholique à une pension de retraite à la charge de l'Etat a été reconnu en principe par l'article 117 de la Constitution. Le système de rémunération a été organisé par la loi du 21 Juillet 18[illegible] sur les pensions civiles et ecclésiastiques, et par diverses décisions administratives prises en exécution de cette loi.

Nous avons cru utile de réunir, de coordonner les éléments épars de la législation et de la jurisprudence relatifs aux pensions ecclésiastiques, et de fournir à nos lecteurs un exposé succinct et méthodique des principales dispositions qui régissent cette importante matière.

Nous examinerons successivement 1° quel est le montant de la pension entière à laquelle les ecclésiastiques peuvent avoir droit; 2° quelles sont les conditions requises pour avoir droit soit à la pension entière, soit à

une partie de cette pension? Quelles sont les conditions à remplir pour entrer en jouissance de la pension qu'on est en droit de réclamer.

I

Montant de la pension entière.

« Le montant de la pension entière est égal au taux moyen du traitement dont le demissionnaire a joui pendant les cinq dernières années sur le trésor ». Art. 21, § 1er, de la loi du 21 Juillet 1844.

En conséquence, si l'ecclésiastique qui sollicite son admission à la pension de retraite a joui du même traitement pendant les cinq dernières années, la pension entière sera égale au taux de ce traitement; si, au contraire, il a, pendant ce temps, exercé des fonctions diversement rétribuées par le Gouvernement, on fera la somme des divers traitements annuels qu'il a perçus, et on divisera cette somme par cinq; le résultat représentera le taux moyen du traitement, et partant le chiffre de la pension entière.

« Si le titulaire a joui simultanément de plus d'un traitement à raison de fonctions différentes, un seul de ces traitements, le plus élevé, servira de base à la liquidation de la pension ». Art. 21 de la loi citée.

En aucun cas, la pension ne peut excéder 1000 fr. Art. 21, § 2.

II

Conditions requises pour avoir droit à une pension.

Il y a des conditions *générales* qui s'appliquent à toute pension, et des conditions *spéciales* qui sont différentes d'après les cas.

A. Conditions générales.

Aux termes de l'art. 20 de la loi citée, « Les membres

du clergé du culte catholique qui jouissent d'un traitement sur le trésor public, et qui auront obtenu leur démission de l'autorité ecclésiastique compétente, auront droit à une pension de retraite d'après les règles ci-après établies ».

Le droit à une pension quelconque est donc attaché à cette double condition :

a) L'ecclésiastique doit, *au moment de sa démission*, être titulaire d'une fonction rétribuée par l'État : tel est le principe de la loi, qui ne reconnaît le droit à la pension qu'à ceux qui *jouissent actuellement* d'un traitement sur le trésor public.

b) L'intéressé doit avoir obtenu sa *démission* de l'autorité ecclésiastique compétente, c'est-à-dire, en général, de l'Évêque diocésain.

Celui qui aurait été *révoqué* ou *destitué* de ses fonctions, n'a pas *droit* à une pension. Cependant, si les autres conditions prescrites par la loi se trouvent vérifiées, il *peut* obtenir la pension ou les deux tiers de la pension qui lui serait due s'il n'avait pas été frappé de révocation : l'article 50 de la loi donne au Gouvernement la *faculté* d'apprécier les circonstances, et de prendre en considération, s'il y a lieu, la position du réclamant.

B. Conditions spéciales.

I. *Hors le cas d'infirmités*, pour avoir droit à la pension, il faut, outre les deux conditions générales, avoir atteint l'âge de 65 ans et compter 40 années de service. Art. 22, § 1er.

L'ecclésiastique qui remplit cette double condition d'âge et de temps de service a un droit absolu à l'intégrité de la pension : mais si l'une ou l'autre condition fait défaut, il ne peut prétendre droit à aucune pension, ni entière, ni partielle.

En ce qui concerne la dernière condition, il y a lieu de remarquer que la loi n'exige pas 40 années *successives* de services *rétribués* par l'État : pour avoir droit à la pension entière, il faut, mais il suffit, que l'intéressé,

âgé de 65 ans au moins, fournisse un total de 40 années, soit consécutives, soit *interrompues*, de fonctions *admissibles pour la pension*. Or, aux termes du § 2 de l'article cité, on peut porter en ligne de compte, dans la supputation des années de service exigées pour la pension, a/ celles pendant lesquelles le titulaire aura été *aumônier d'un hôpital*, et b/ celles pendant lesquelles il aura rempli d'autres fonctions ecclésiastiques non rétribuées par le trésor plublic, et que le Gouvernement reconnaîtra avoir été *nécessaires aux besoins du culte*. Telles sont, d'après la jurisprudence actuelle du département de la justice, les fonctions de *coadjuteur* (et, à fortiori, de *vicaire*) non rétribué (lettre ministérielle du 5 Août 1897). Une règle analogue sera, paraît-il, suivie pour les *professeurs des grands et petits Séminaires*.

« Il sera également tenu compte par le trésor, aux intéressés admis à la pension, des services rendus par eux dans *l'enseignement moyen communal ou provincial*, et pour lesquels ils n'ont pu participer soit à la caisse locale, soit à la caisse centrale des instituteurs et professeurs urbains » (Art. 4, § final, de la loi du 26 Avril 1865). Cependant, cette disposition n'est pas applicable aux anciens professeurs qui sont admis à la pension au moment où ils remplissent des fonctions étrangères à l'enseignement ; en conséquence, les services d'enseignement moyen communal ou provincial ne sont pas admis dans la liquidation de leur pension. Lettre ministérielle du 27 Mars 1882.

II. *En cas d'infirmités*, la loi n'impose aucune condition d'âge et se montre plus favorable sous le rapport du temps de service ; mais elle ne donne généralement droit qu'à une pension partielle, proportionnée aux années de service. Le législateur distingue trois hypothèses différentes :

1° En cas d'infirmités *quelconques*, *provenant de n'importe quelle cause* (c'est le cas ordinaire), les ecclésiastiques qui, n'ayant pas atteint leur 65e année,

sont obligés de se démettre de leurs fonctions, sont admis à la pension, pourvu qu'ils aient au moins *10 années de service*. La pension entière est accordée à ceux qui ont 40 ans de service; ceux qui ont 30 ans de service ont droit aux 2 3 de la pension entière, et ce taux est augmenté d'un 1 30 de la pension entière pour chaque année de service depuis 30 ans jusqu'à 40; enfin, ceux qui ont au moins 10 ans de service ont droit à la moitié de la pension entière, plus à un 1 120 de celle-ci pour chaque année de service depuis 10 ans jusqu'à 30. Art. 23 et 24.

2° Lorsque les infirmités dont le ministre du culte est atteint sont *reconnues provenir de l'exercice de ses fonctions,* et l'ont mis dans l'impossibilité de les continuer, il peut réclamer la moitié de la pension entière, pourvu qu'il ait *cinq ans de* service.

3° Enfin tout ecclésiastique, *quels que soient son âge et la durée de ses services*, qui, par suite de *blessures reçues ou d'accidents survenus dans l'exercice ou à l'occasion de l'exercice de ses fonctions*, aura été mis hors d'état de les continuer et de les reprendre ultérieurement, a droit à la moitié de la pension entière, s'il a *moins* de cinq années de service; et, s'il a *au moins* cinq années de service, sa pension sera liquidée conformément aux bases établies pour la première hypothèse.

Nota. Les ecclésiastiques, dépourvus de ressources suffisantes, et qui ne remplissent pas les conditions prescrites par la loi pour pouvoir prétendre droit à une pension de retraite, peuvent adresser au Roi une demande de subside; mais, pour obtenir le secours sollicité, le pétitionnaire *doit* avoir, *pendant quelque temps au moins*, exercé des fonctions rétribuées par le Gouvernement.

III

Formalités à remplir pour obtenir une pension.

Les ecclésiastiques qui désirent prendre leur retraite

et qui se trouvent en position de pouvoir invoquer le bénéfice de l'une ou l'autre des dispositions précitées, peuvent obtenir une pension à charge de l'État moyennant l'accomplissement des formalités suivantes, prescrites par l'arrêté royal du 7 Avril 1845 ou établies par la pratique administrative.

I. *Hors le cas d'infirmités,* l'ecclésiastique qui remplit les conditions d'âge et de temps de service, après avoir obtenu sa démission de l'autorité ecclésiastique compétente, adresse sa demande de pension au Ministre de la justice.

Cette requête, qui doit être écrite *sur papier timbré*, indiquera 1° les noms, prénoms, âge, domicile ou résidence de l'intéressé; 2° les dernières fonctions qu'il a remplies; 3° l'Agence du trésor et le Bureau des contributions où il désire que sa pension lui soit payée. La requête doit être appuyée des pièces justificatives suivantes : a un extrait de l'acte de naissance de l'intéressé, *sur timbre;* b les lettres de nomination aux diverses fonctions rétribuées par le Gouvernement; c l'acte de l'autorité ecclésiastique constatant le fait de la démission obtenue ; d' un *État de services* conforme au modèle prescrit par le Gouvernement.

II. Lorsque la pension est demandée *pour cause d'infirmités*, l'intéressé doit, d'après l'arrêté royal de 1845, indiquer dans sa requête les causes, la nature, la gravité et les suites de ses infirmités ou de ses blessures, les renseignements qui tendent à prouver qu'il est hors d'état de continuer les fonctions, et, le cas échéant, la preuve que ces infirmités proviennent de l'exercice de ses fonctions, ou sont la suite d'un accident survenu dans l'exercice ou à l'occasion de l'exercice de ces fonctions. Dans la pratique, il suffit que le requérant déclare demander sa pension pour cause d'infirmités; la preuve des infirmités est fournie par *un certificat du médecin traitant*, constatant la nature de ces infirmités et l'impossibilité où se trouve l'intéressé de continuer

l'exercice de ses fonctions. Cette pièce devra donc être jointe à la requête, indépendamment des pièces indiquées ci-dessus.

En outre, le requérant sera appelé ensuite à se présenter devant la *Commission provinciale des pensions*, qui constate la réalité des infirmités, sur le rapport de deux médecins adjoints à la Commission avec voix consultative. Si les infirmités sont de telle nature qu'elles ne permettent pas à l'intéressé de se déplacer, on fera une mention expresse de cette circonstance et on demandera que l'examen médical ait lieu à domicile.

Aux termes d'une circulaire ministérielle en date du 7 Juillet 1882, « il serait à désirer que, pour se conformer à l'esprit de la loi, les ecclésiastiques qui sollicitent leur admission à la pension de retraite pour cause d'infirmités ne fussent pas déjà démissionnaires lors de leur comparution devant les Commissions provinciales ». Ceci cependant n'est pas de rigueur ; l'omission de cette formalité ne constitue pas une cause de déchéance du droit, et, en fait, le Gouvernement ne fait pas difficulté d'accorder la pension sollicitée, alors même que l'intéressé a quitté ses fonctions avant d'avoir été examiné par la Commission.

Observations.

1° L'accomplissement des formalités prescrites par la loi pour l'obtention des pensions de retraite n'offre aucune difficulté pour les intéressés. Leur rôle se réduit à apposer leur signature (nom et prénoms) au bas de la demande de pension, dont le texte leur est fourni par l'administration diocésaine, et à retourner à celle-ci la requête signée, accompagnée des pièces ci-dessus indiquées (un extrait de leur acte de naissance, leurs lettres de nomination, et, le cas échéant, un certificat de leur médecin traitant). L'administration diocésaine se charge de transmettre toutes les pièces au Ministre ; et de faire, au besoin, les démarches nécessaires pour conduire l'affaire à bonne fin. — En cas

l'aliénation mentale ou d'autres infirmités qui rendent l'intéressé incapable de signer la requête, celle-ci peut-être faite, en son nom, par le chef diocésain. Cette façon de procéder n'a soulevé aucune objection de la part du Ministère, et les pensions demandées par cette voie ont été accordées.

2° La pension prend cours à partir du premier du mois qui suit la date où l'intéressé a obtenu sa démission, pourvu que la demande de pension soit formée dans l'année qui suit la cessation des fonctions. Si l'intéressé laisse passer une année, à partir du jour de sa démission, sans formuler sa demande, il n'a droit à toucher sa pension qu'à dater du premier jour du trimestre qui suivra celui où sa demande sera arrivée au Ministère : et s'il laisse s'écouler trois ans, son droit est périmé et la demande de pension ne sera plus admise. Art. 20, 21 et 42 de la loi du 21 Juillet 1844.

C. V. C.

EX S. R. UNIV. INQUISITIONE

Circa matrimonia liberorum pensatorum, sectariorum et catholicorum qui christiana officia adimplere recusant.

Feria III, loco IV, die 25 Maii 1897.

In Relatione Sacrae Ecclesiae Tabascensis, exhibita S. Congregationi Concilii die 27 Novembris 1896, sequens legitur sub num. I *Postulatum :*

« His in regionibus frequenter accidit ut cum impii, vulgo *liberi pensatores*, matrimonium inire cupientes cum mulieribus catholicis, praemissa confessione facere renuant, quod, ut explicite fatentur, fidem Sacramento Poenitentiae omnino incredibili reputarunt et omnem fidem negaverunt. Petit ad hi, indifferentes lenitores, liceat ut possint abstinere ad contrahendum matrimonium, cum magna mulierum catholicarum et familiae detrimento et periculo ».

Cum hoc Postulatum transmissum fuerit ad hanc Supre-

mam S. R. et U. Inquisitionem, in Congregatione Generali habita ab EE^{mis} et RR^{mis} DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, proposito suprascripto dubio, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE^{mi} ac. RR^{mi} DD^{ni} responderi mandarunt:

Supplicandum SS^{mo}, ut in Decreto Feriæ IV, die 30 Januarii 1867.

Feria vero IV die 26 ejusdem mensis SS^{mus}, per facultates Emo Cardinali S. R. et U. Inquisitionis Secretario concessas, benigne annuit pro gratia.

Porro citatum Decretum fer. IV diei 30 Januarii 1867 sic se habet:

« I. Quid agendum quando vir baptizatus, sed apostasiam a fide verbis et corde profitens, asserensque nominatim se non credere Sacramentis Ecclesiæ, petit matrimonium coram ejusdem Ecclesiæ facie, unice ut desiderio sponsæ satisfaciat?

« II. Quid si idem vir petit sectæ condemnatæ muratorum vel simili addictus, qui licet fidem non omnino amiserit, sectæ tamen debite renunciare recusat?

« III. Quid si idem postulat vir, qui fidem non abjecit, sed eam profiteri, officiaque christiana adimplere abnuit? »

Responsum fuit: Ad I. « Quoties agatur de matrimonio « inter unam partem catholicam et alteram quæ a fide ita « defecit, ut alicui falsæ religioni vel sectæ sese adscripserit, « requirendam esse consuetam et necessariam dispensatio- « nem cum solitis ac notis præscriptionibus et clausulis. « Quod si agatur de matrimonio inter unam partem catholi- « cam et alteram quæ fidem abjecit, at nulli falsæ religioni « vel hæreticæ sectæ sese adscripsit, quando parochus nullo « modo potest hujusmodi matrimonium impedire (ad quod « totis viribus incumbere tenetur) et prudenter timet ne ex « denegata matrimonio adsistentia grave scandalum vel « damnum oriatur, rem deferendam esse ad R. P. D. Epi- « scopum, qui, sicut ei opportuna nunc facultas tribuitur, « inspectis omnibus casus adjunctis, permittere poterit ut « parochus matrimonio passive intersit tamquam testis *au-* « *thorizabilis,* dummodo cautum omnino sit catholicæ edu- « cationi universæ prolis aliisque similibus conditionibus ».

Ad II. « Dandum esse Decretum diei 28 Junii 1865, quod « est hujusmodi: *Quoad matrimonia, in quibus una contrahentium* « *pars clandestinis aggregationibus per Pontificias Constitutiones*

« *damnatas adhuc ex, dummodo absit scandalum. Ordinarius, habita* « *circumstantiarum ratione pro casibus particularibus, ea decernat* « *quæ magis expedire judicaverit* ».

Ad III. « Consultet probatos Auctores, et præsertim « Benedictum XIV *De Synodo Dioeces.* L. VIII. Cap. XIV. « n. 5 ».

I. C. Mancini, *S. R. et U. Inquis. Not.*

EX S. CONGREGAT. RITUUM

DUBIUM.

Quum juxta Decretum Sacrorum Rituum Congregationis die 9 Decembris 1895 (1) omnes Sacerdotes sive Seculares sive Regulares Missas in aliena Ecclesia vel alieno Oratorio publico celebrantes omnino se conformare debeant Ecclesiæ vel Oratorio; ab eadem Sacra Congregatione expostulatum fuit: *Utrum Sacerdotes alienæ Diœcesis diligenter etiam ad dicendam Orationem præscriptam ab Episcopo loci, ubi celebrant, an potius sint liberi ab hac Oratione imperata?*

Et Sacra ipsa Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicæ, reque mature perpensa proposito dubio respondendum censuit:

Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Atque ita rescripsit. Die 5 Martii 1898.

C. Card. Mazzella, *S. C. R. Præf.*

D. Panici, *Secret.*

EX VICARIATU URBIS

A Rmo Dno Felice Cadène, Ephemeridis *Analecta Ecclesiastica* Moderatore, fuit propositum sequens dubium:

Utrum post consecrationem familiæ quæ ex Statutis per formulam a Summo Pontifice adprobatam facta est, inscriptio *materialis* numeri totalis familiæ, sive singulorum ejusdem membrorum, sit tantum res ex statutis desideranda et observanda, vel potius sit conditio necessaria ad indulgentias lucrandas?

Resp. *Ad 1um affirmative, ad 2um negative.*

Ex Ædibus Vicariatus. Die 30 Martii 1898.

Raph. Chimenti, *Pro-Secret.*

(1) Cf. *Collat. Brug.* T. I, p. 90.

Collationes Brugenses

Acta Congregationis Prosynodalis

Habitæ die 24 Maii 1898, in Palatio Episcopali Brugis

Post Missam ab Ampl. D. Archipresbytero in honorem Spiritus Sancti celebratam, omnes Amplissimi et Reverendi adm. Domini præsentes in aulam palatii majorem convenerunt, ubi, recitato hymno *Veni Creator*, Ill^{mus} ac Rev^{mus} Dnus venerabilem cœtum sequentibus verbis allocutus est:

Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum (Ad Hebr., V, 1).

Amplissimi, Reverendi admodum ac dilectissimi Domini,

Quanto Nobis gaudio sit, quantosque Nobis animos addat, in hoc venerabili cœtu, vestro consortio perfrui, vestrisque consiliis adjuvari, nemo vestrum non sentit, qui in partem sollicitudinis ac laboris nostri assumpti, oneris nostris humeris impositi præ cæteris conscii estis.

Hoc tamen onus, sic disponente Deo optimo maximo, quotidie læti subimus, gratias agentes Deo et Patri, qui, ad opus suum explendum, tanta Nos cinxit corona venerabilium adjutorum, clerique vere egregii, qui, multiplicans continuo gentem sacerdotalem, merito speratur lætitiam magnificaturus sui Episcopi sanctæque Matris Ecclesiæ; qui, verborum memor Apostoli, *ex hominibus assumptus*, rite intelligit se constitutum *in iis quæ sunt ad Deum*. Cum autem recte dictum fuerit: Qualis sacerdos, talis populus, totaque revera christiani populi salus a cleri sibi præpositi sapientia ac virtute pendeat, jam citata verba S. Pauli non possumus non prosequi paululum, ut in dies ad ulteriora nos extendamus, sermone tamen admodum brevi, ne, præ amplitudine rerum in hoc nostro conventu tractandarum, tempus deficiat.

⁂

Igitur de duobus edimus mirari: de propria infirmitate, ex omnium miseriarum, ut dicimus a calamitatibus: et de propria natura ac fine totius vitæ nostræ sacerdotalis, constituto in ea quæ est ad Deum, ut, Deo credisi, in Deum solum intendamus, per omnem vitam ejusque rationem.

* *

Et mirare quidem est ut, propria infirmitatis ac fragilitatis tuæ, primula ingenia, nobis forte magis quam cæteris hominibus nota, fugamus et vel magis quod, si secundus primuli amatus in te prevet, id non tantum cum propria sacerdotii vocatione dispendio, sed etiam cum scandalo sæpe insanabili atque ruina multorum accidere solet. Adversarum igitur divitiarum plus cavere timere, a mundo et a carne quam abhorrere, secundum ea hujus mundi non refugere. Hæ quoque primula a mundo, carne et diabolo cum tempore ac loco communia sunt, quamquam pro diversis locis et aliquantis plus minusve instantia atque urgentia. Illuc vero tempestate magis propinqua periculum quidem non adest, ut superbia vitæ mundum: videlicet primis pulsandi, loquendi ac agendi libertas, cum contemptu quidem auctoritatis cujuslibet ac superiorum reverentiæ, quæ quidem libertas, omni jugo frangens, totam quasi pontem, quoque fundamentum, prædere ac minuere nos est: quam et tot ipsi, si legiferemus, mutuabimur ac valeat quidem participe aliquantulum erimus vel invitis, quoque e mundo. Hæc dicam, in medio tamen mundo vivere, agere atque peregrinari. Ex eadem superbia et pervicacia ortum, ut quidam, vel falsi nominis scientia ipsorum, vel pro debitum intelligentia ac scientia ambitione dictum, prædicti rationumque, ultimum rerum pro vanum pervertere nolunt, cum aliorum adversus alteros, dumque philosophia dictatur mundo, vitio mutare molliantur, et non veritatem a Deo ac religione hostibus dexteras jungere non dubitent.

Ut Deumque superbia ac falsa libertate clerus Brugensis diversis semper abhorruit: semper, hoc ipsi laudes, secerdotum nostri fuere humiles, dociles, obedientes, memores se esse, a Deo ipsum e mundo pervenisse, ut scirent se Dei gratia esse quod essent, nihil etiam vitæ fuisse quod fuerunt,

ut loquitur Augustinus. Hanc igitur superbiam, ex qua nimia in se confidentia, superiorum contemptus, inobedientia et demum ruina pessima nata sunt oriri, magis magisque fugiamus, aurem præbentes verbis ejusdem D. Augustini: « Videte, fratres, magnum miraculum. Altus est Deus: erigis te, et fugit a te; humilias te, et descendit ad te. Quare hoc? Quia excelsus est et humilia respicit, et alta a longe cognoscit. Humilia de proximo respicit, ut attollat; alta id est superba de longe cognoscit, ut deprimat. » Ut autem hanc animi demissionem ac docilitatem tam pretiosam tamque necessariam servemus, audiamus monitum Apostoli Petri: « Estote prudentes et vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes » (I, c. III, 7, 8). Profecto qui a fratribus discedit, qui unus a multis dissentit, qui vinculum istud sanctum perfectionis abrumpit, hujus desperanda est conditio. Contra, si manemus omnes in charitate radicati et fundati, insolubili vinculo uniti, et propriæ saluti consulimus et de hostibus quibusvis invicti triumphum agemus.

Non possumus quin vobiscum communicemus nuntium, quem a SS. Domino Leone XIII recepimus, solatio ac gaudio plenum. Mittens apostolicam benedictionem Episcopo, necnon toti clero ac populo diœcesis Brugensis, addidit Summus Pontifex hæc verba: « In diœcesi Brugensi, nisi ad laudandum, intervenire non debeo. Alibi, ex quodam forte zelo, dissentiunt, disputant, divagantur; in diœcesi Brugensi omnia sunt in pace, cuncti obediunt legitimæ potestati, ibi regnat charitas atque unio animorum. »

***

Jam ad reliqua verba S. Apostoli Pauli aures convertamus: Ex hominibus assumptus, *constituitur in iis quæ sunt ad Deum*. Quibus verbis descriptam habemus totam vitæ sacerdotalis rationem atque finem.

Quem finem si in agendo præ oculis diligenter habuerimus, tum antedicta pericula omnia vitabimus, tum continuo propriæ perfectioni necnon saluti animarum nobis concreditarum efficacissime allaborabimus. Pura in Deum mentis intentione totum revera continetur, nec sacerdotem ullum tam abjectæ salutis existere credendum est, qui a recto

sanctitatis tramite unquam deflectat, si quotidie hujus sibi præstituti finis, versari nempe in iis quæ sunt ad Deum, serio fuerit recordatus.

Igitur in iis quæ sunt ad Deum constituti, sedulo et attente consideremus singulis diebus, matutino tempore, hanc rationem integram ac totam nostræ vitæ ac existentiæ, qua sacerdotes sumus, ex quo futurum est, ut Deus continuo nobis ob oculos sit versaturus. Profecto, quam justum est: quid enim æquius quam ut illud, quod ab omnibus faciendum eloquitur S. Gregorius theologus, saltem sacerdos, homo Dei, fidelissime præstet: « Nec enim, *ait*, tam sæpe spiritum ducere, quam Dei meminisse debemus: imo, si hoc etiam dici potest, nihil aliud quam hoc faciendum. Nam et ego inter eos nomen meum profiteor, qui verbum illud probant, quod nos die ac nocte jubet meditari, vespere et mane et meridie narrare, ac denique benedicere Dominum in omni tempore, — sive, ut verbis Moysis utar, dormiamus, sive consurgamus, sive iter faciamus, sive quid aliud agamus, — atque hac ipsa recordatione ad puritatem informari. »

Præterea quoties in die, in divino sacrificio, in functionibus sacris, in oratione canonica rursum admonemur de eadem pura in Deum mentis intentione servanda! In cæteris vero, magis adiaphoris ad salutem, nos ipsi conemur, eodem nobis fine præstituto, id efficere ut quasi sponte post aliquod temporis spatium hæc mentis intentio exurgat, ita ut omnia nostra, cogitationes, verba et opera sanctificentur, meritoque æternæ vitæ donentur. Ex quo id etiam obtinebimus, ut nec otio unquam torpere, nec zelo et fervore indiscreto contra rectam rationem et præsulum mentem ac monita nos abripi patiamur. Sane nemo crediderit illum vera in Deum ac proximum dilectione moveri, gloria divina ac salute animarum duci, qui jussis vel et consiliis legitimæ potestatis contraïre præsumpserit.

Sit hic fructus nostri sermonis, sit hoc nostrum propositum, ut sæpius puram in Deum dirigamus ac renovemus mentis intentionem, ut sæpius, imo singulis hebdomadibus vel et diebus, in examine particulari conscientiæ de hac pura mente nos sedulo interrogemus, ita ut obtineatur illud ad quod hortatur ipsos fideles Princeps Apostolorum: « Si quis loquitur, quasi sermones Dei; si quis ministrat, tanquam

ex virtute quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum » (I, c. IV, 11).

Quod nobis omnipotenti supplicatione obtineat B^ma^ Virgo Maria, Auxilium christianorum, gloriosissima Cleri Regina.

Quum Rev^mus^ Dnus dicendi finem fecisset, lectæ sunt, auditisque Ampl. et RR. adm. DD. sententiis, a Rev^ma^ sua Dominatione promulgatæ ordinationes sequentes:

I

Introducto jam Rituali Romano, iterum vetamus ne in functionibus liturgicis, de quibus silet Rituale, aliquid mutetur aut innovetur, nisi de expressa nostra licentia.

II

Ut plurimorum votis fiat satis, mox edetur *Liber manualis*, ad usum sacerdotum hujus Diœcesis sacro ministerio addictorum, complectens, præter ea omnia quæ, infra anni decursum, populo e suggestu prælegenda sunt, alia haud pauca, scitu necessaria aut saltem clero valde utilia.

III

RR. adm. DD. Decanis facultatem impertimur:

1. Benedicendi quævis paramenta sacerdotalia, vasa sacra, aliaque utensilia, *licet ecclesiis aut sacellis sui districtus non destinata*, in quorum benedictione non intervenit sacra chrismatis unctio.

2. Benedicendi « nolas recenter fusas in usum Nobis commissæ Diœceseos; ipsa non excepta aquæ benedictione,... dummodo servetur forma in Pontificali Romano præscripta. » Quam quidem facultatem ipsis elargimur, vi Indulti pontificii, Nobis, 7 Augusti 1895, ad quinquennium concessi.

IV

Nonnulli in locis, in civitatibus præsertim, sat frequenter et quin necessitas aut justa ratio ita fieri suadeat, fidelium cadavera tempore pomeridiano sepulcra tradantur. Quantopere nos hic Ecclesiæ menti adhæreatur, nemo non videt qui hæc Ritualis Romani verba perpenderit: Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Missa, præsente corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam sepultura tradatur. Tit. VI. cap. I. *De funeribus*, n. 45.

Hæc igitur abusum ne sinant irrepere Parochi, et, si aliquis introierit, prudenter resecare conentur, familiis defunctorum temperatione monitis, ac fideles interdum e cathedra, nomine nostro, docendo Ecclesiæ mentem in funeribus celebrandis.

V

Statuimus et decernimus Decano, *solumniter* ecclesiam aliquam dicenti, adhibitum ex fabricæ redditibus summa *quindecim francorum*, in locis ubi mille numerantur animæ; *quindecim* vero in parœciis, quæ hunc incolarum numerum non attingunt.

VI

Ut omne dubium tollatur circa durationem jurisdictionis Coadjutorum, morienti Parocho vel Vicepaeocho, cui annuio erant, cessabunt Coadjutores Parochi, in casu jurisdictionem pro foro interno, ab Episcopo acceptam, servare usque ad diem installationis novi Parochi inclusive: Coadjutores vero Vicepaeochi, nequidem hujus successor adventit.

Jubetur ei Coadjutori sive Parochi sive Vicepaeochi prius ad aliud omnium a Nobis deputetur: quo casu cessabit ejus jurisdictio die quo, facta nominatione

litteras, in nova stationne adesse debet (Cfr. Acta Congr. prosyn. an. 1808, n. II).

VII

In hac Congregatione præcipuum negotium fuit de peccatis in Diœcesi Bruxensi reservatis. Decretum autem fuit, auditis omnium Ven. DD. animadversionibus et suffragiis, in nova editione libelli non evulgandi, ea quæ de conditionibus generalibus reservatis forte emendari, mitigari aut clamorem in locum collatum merentur, emendare, mitigare et pro explicare; quod ipsos casus reservatos attinet, plures supprimére, alios aliquantum immutare. Disciplina autem hac in re vigens servetur oportet, donec nostra auctoritate novus publicetur libellus.

Statutum etiam fuit ampliare facultatem absolvendi a casibus *simpliciter* Nobis reservatis, quam quidem, ab harum litterarum publicatione, omnibus confessariis in Diœcesi nostra admissis concedimus, videlicet:

1. Pro die præcedente vigiliam Adorationis perpetuæ, quoties hæc solemnitas incidit sive in feriam secundam, sive in diem qui proxime subsequitur festum de præcepto.

2. Pro tribus diebus Orationis XL Horarum et die præcedente, addita facultate veta simplicia non reservata, in ipsa confessione, in alia pia opera commutandi; qua facultate etiam gaudent confessarii in Adoratione perpetua (*Collect. Epist. pastor.*, tom. I, p. 260, not. 2).

3. Pro diebus 30 et 31 Julii, 1 et 2 Augusti, in favorem eorum qui lucrari intendunt Indulgentiam de Portiuncula (1).

(1) Decreto S. Congr. Indulg., de die 12 Iul. 1895, concessit S. P. Leo XIII ut confessio sacramentalis peracta etiam die 30 Julii, nimirum die immediate præcedenti perpetuam diei, quo a primis vesperis datur petitur Indulgentia de Portiuncula, suffragari valeat in posterum ad memoratam Indulgentiam adquirendam.

VIII

Enixe rogantur RR. DD. Parochi ut pecuniam pro bonis operibus in parochiis suis collectam, tempore statuto transmittant ad Districtus sui Decanum, quatenus hic elenchos solitos, omni ex parte completos, ad Secretariam episcopalem, una cum collectis pecuniis, tempestive dirigere valeat. Res majoris momenti est quam prima fronte fortasse apparet, ne in administratione nostra maxima confusio oriatur et ultra quam par est differri debeat confectio computus generalis bonorum operum.

Datum Brugis, 10 Junii 1898.

† G. J., Episc. Brug.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Augusti-Septembris

—

I

An Sassabasar, princeps Juda, de quo Esdr. I, 8, 11, idem fuit ac Zorobabel, de quo ibid. II, 2? Proba responsum.

II

Expone qua ratione distinguatur gratia in actualem ac habitualem, et utriusque existentiam demonstra.

III

Qua ratione gratia in sacramentis collata, 1/ *specialis* est præ gratiâ non sacramentali, et 2/ unicuique sacramento *propria*.

IV

Ex natura sacramenti erue in ministro requiri *intentionem internam*, *saltem virtualem*, ministerialiter agendi nomine et auctoritate Christi.

V

Expone naturam *characteris sacramentalis*, in Baptismo, confirmatione et Ordine impressi.

VI

Quænam est materia licita baptismi tum solemniter, tum privatim administrandi.

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Maii propositas

I

Q. Ennarra I ad Thessal. V, 9, 10: « *Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in adquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum, qui mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus.* »

R. *Quoniam.* Confirmat Apostolus quod proximè dixerat v. 8: *et galeam spem salutis*. — *Non posuit nos Deus in iram*, i. e. Deus nos, quos per gratiam suam ad christianismum vocavit, non destinavit ad vindictam, non ordinavit ad æternam damnationem, *sed in adquisitionem salutis*, ut acquiramus ac possideamus aliquando salutem æternam, non per nos et vires nostras naturales, sed *per Dominum nostrum Jesum Christum*, per merita et gratiam Christi, *qui mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus*, id est, sive superstites, sive mortui deprehendamur die secundi adventus Domini, *simul*, omnes pariter, *cum illo*, cum Christo capite nostro conjuncti et consociati *vivamus* beata et æterna vita. His ultimis verbis redit Apostolus ad doctrinam supra IV, 12-17 expositam.

Præclaré Estius in h. l.: « Triplicis somni meminit Paulus, in superioribus. Primus, erat *somnus mortis*, de quo dixerat IV, 12: *Nolo vos ignorare de dormientibus*. Secundus, *peccati*: de quo paulo antè V, 6 dixit: *Igitur non dormiamus sicut et cæteri*. Tertius, *naturæ*, de quo subjunxit v. 7: *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt*. Huic autem triplici somno, *triplex vigilia* respondet, *sive justitiæ*, et *naturæ*.

Constat autem hoc loco *non* intelligi *somnum secundi generis;* et proinde *nec vigiliam ei oppositam*. Sed utrum de tertio, an verò de primo genere somni et vigiliæ loquatur, quærendum est. De *tertio*, sensus est hujusmodi: Christum pro nobis mortuum esse, ut sive corpore vigilemus, sive dormiamus, id est, in omnibus quæ agimus aut patimur in hac vita, simul cum ipso vivamus: ut sicut illius vita justitia est, ita nos illi, justè vivendo, conformemus. Hæc Cajetani est expositio.

Verùm alii ferè omnes tam Græci quàm Latini de *primo genere* interpretantur, eo sensu quem dilucidè tradit Ambrosianus. Idcircò, *inquit*, mortuus est pro nobis Dominus Jesus et resurrexit, ut sive vigilemus, hoc est, vivamus; sive dormiamus, id est, mortui simus, una cum illo æterna vita fruamur. Hic *sensus* omnino probabilis est; respicit enim Apostolus, ut idem author submonet, ad doctrinam suam superiorem, qua dixit *fideles, in adventu Domini, tam mortuos quam viventes, obviam ituros Domino, et sic semper cum eo futuros;* id quod propriè est *vivere cum Christo*, secundum phrasim Scripturæ; quam vitam significavit etiam nomine *salutis* in parte præcedenti, v. 9. Nam alioqui, durante mortali hac vita, magis *in* Christo, quam *cum* Christo vivere dicimur. Denique confirmat hunc intellectum quod exhortatiunculam, qua doctrinam de beata resurrectione supra traditam concluserat (IV, 17), nunc repetit dicens v. 11: *Propter quod consolamini invicem*, scilicet per ea quæ de resurrectione mortuorum et vita perpetua cum Christo ducenda, jam ex me audivistis ».

G. V. D. P.

II

Q. *Beatitudinis notione exposita, demonstra Deum esse essentialis beatitudinis objectum.*

R. I. Nomina *beatus* et *beatitudo* proprie non nisi de entibus intellectu præditis usurpantur. *Beatus* dicitur

ille qui bonum perfectum sibi conveniens perfecte possidet atque hoc intelligens eoque gaudens in eo perfecte quiescit nihil aliud appetens. Unde *beatitudo* a S. Th. definitur: « bonum perfectum quod totaliter quietat appetitum. » (1-2, q. 2, a. 8) Quæ si consideratur definitio, apparet duo in ratione beatitudinis includi, nempe ipsam rem bonam quæ capax est perfecte satiare appetitum, et deinde ejusdem rei possessionem et de ea fruitionem: primum est objectum quod reddit beatum et vocatur beatitudo *objectiva*, alterum est unio subjecti cum objecto qua subjectum evadit formaliter beatus, et vocatur beatitudo *subjectiva* vel *formalis*. Et hæc de significatione nominis. Si ulterius quæritur qua in re verificetur ratio beatitudinis pro homine duo statuenda sunt: *quodnam* sit illud bonum quod homo possidere debet ut evadat beatus, deinde *quo modo* illud possidendum sit. Primum solum hîc proponitur. Porro beatitudo tum objectiva, tum subjectiva dividitur in *essentialem* et *accidentalem:* beatitudo essentialis est id (sive objectum, sive ipsa unio cum objecto) quo quis primo et simpliciter evadit beatus, ita ut sine hoc omnino impossibilis sit beatitudo et cum hoc statim habeatur; beatitudo accidentalis est id quo alicui jam essentialiter beato additur aliqua delectatio. De essentiali solum beatitudine in præsenti fit sermo.

II. Deus est objectum essentialis beatitudinis hominis.

1. Demonstratur ex ratione. S. Thomas ex ipsa natura humanæ voluntatis ostendit Deum et nihil præter Ipsum posse reddere hominem beatum. « Objectum voluntatis quæ est appetitus humanus est universale bonum, sicut objectum intellectus est universale verum. Ex quo patet quod nihil potest quietare voluntatem hominis nisi bonum universale; quod non invenitur in aliquo creato, sed solum in Deo; quia omnis creatura habet bonitatem participatam. Unde solus Deus voluntatem hominis implere potest. » (1-2. q. 2, a. 8) Ut argumentum

melius intelligatur considerandum est quod homo intellectu præditus cognoscit ipsam rationem boni seu bonum illimitatum, ideo voluntas quæ est appetitus rationalis naturaliter tendit ad bonum illimitatum : quum autem voluntas tendat in ipsam rem scilicet ad unionem cum bono reali, et quum bonum illimitatum non inveniatur reale nisi in ipso Deo qui bonitas est infinita, ideo voluntas appetit Deum et non nisi in ipsius possessione quiescere valet. Sed statim ac voluntas unitur Deo bono illimitato omnis ejus appetitus quiescit et satiatur : impossibile enim est ut appetitus se extendat ultra bonum infinitum quod est omnis boni bonitas : et si quædam res creatæ beato homini afferre possunt aliquam beatitudinem accidentalem hoc in tantum est in quantum illæ res ad ipsum increatum bonum referuntur : eatenus enim creaturæ bonæ sunt quatenus infinitæ bonitatis sunt participationes, ergo in tantum amantur et delectant in quantum infinita bonitas amatur et delectat : igitur si homo ipsum infinitum bonum possidet in eoque quiescit, de aliis non gaudebit nisi in quantum ad infinitum bonum referuntur tamquam ad fontem omnis bonitatis. Ergo Deus est objectum quo primo et simpliciter homo evadit beatus, seu est objectum essentialis beatitudinis.

Hæc propositio etiam confirmari potest ostendendo singula bona creata incapacia esse ut perfecte quietent hominis appetitum : hoc pulcherrime exponit S. Thomas in 1-2, q. 2, ab art. 1 ad 7um inclusive.

2. Hæc veritas etiam apud Patres invenitur expressa. Ita Lactantius illam copiose exsequitur et concludit : « Atqui remotis omnibus officiis corporis, in sola mente ponenda est hominis ratio. Non ergo ideo nascimur, ut ea, quæ sunt facta videamus, sed ut ipsum factorem rerum omnium contemplemur, id est, mente cernamus. » (Div. instit. l. 3. c. 9) S. Aug. ait : « Tu excitas ut laudare te delectet, quia fecisti nos ad te et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te » (Conf. l. 1,

c. 1.) Quo in loco S. Aug. rationem indicat cur in Deo solo requiescat cor nostrum, nempe « quia fecisti nos ad te » quia Deus est ultimus finis hominis.

3. Tandem de supernaturali beatitudine loquens Benedictus XII definit Deum esse id ex cujus possessione homines vere evadunt beati: quo æquivalenter dicit Deum esse objectum essentialis beatitudinis. « Diffinimus..... quod (beati) divina essentia perfruuntur, necnon quod ex tali visione et fruitione eorum animæ qui jam decesserunt, sunt vere beatæ et habent vitam æternam, et etiam illorum qui postea decedent..... » (Denzinger *Enchir.* nº 456.)

4. Quod hic exposuimus, videlicet Deum esse essentialis beatitudinis objectum, in omni ordine rerum valet, sive naturæ, sive gratiæ, adeoque verificatur de objecto beatitudinis subjectivæ seu formalis, sive supernaturalis et absolute perfectæ, sive naturalis et relative tantum perfectæ, relative scilicet ad imperfectionem naturæ appetentis beatitudinem. Quamquam alio et alio modo Deus, ut objectum beatitudinis, attingitur seu possidetur pro diverso ordine naturali aut supernaturali. Sed hæc explicanda potius sunt, ubi de beatitudine subjectiva seu formali agitur.

J. V. D. M.

III

Q. *Quænam delectationes sunt materia abstinentiæ, sobrietatis, castitatis? Paucis explica responsum.*

R. Materia, seu objectum materiale proximum, virtutis *abstinentiæ* est delectatio cibi, sub quo comprehenditur et potus non inebriativus. Hæc delectatio, ex doctrina S. Thomæ, 2-2, q. 141, a. 5, refertur ad tactum, quoniam alimentorum « omnis usus est in tangendo »; cæteri tamen sensus, maxime gustus, deinde olfactus et visus, usum alimentorum magis delectabilem reddunt. Unde materia principalis virtutis

abstinentiæ est delectatio tactus quæ usui ciborum annectitur; materia secundaria et de consequenti sunt delectationes aliorum sensuum in quantum ad usum ciborum ordinantur.

Materia virtutis *sobrietatis* est delectatio potus inebriantis. Etenim « potus inebrians habet specialem rationem impediendi usum rationis, in quantum scilicet perturbat cerebrum sua fumositate: ideo ad removendum hoc impedimentum rationis requiritur specialis virtus, quæ est sobrietas. » S. Th. q. 149, a. 2.

Materia virtutis *castitatis* est delectatio venereorum. Hæc delectatio ad tactum pertinet; attamen participative aliis sensibus inesse potest, quia operationes et delectationes aliorum sensuum ordinari possunt ad usum venereorum. Unde principalis materia castitatis est ipsa delectatio venerea seu carnalis, quæ in organis generationis sedem habet. Hæc quidem aperte distinguitur a delectationibus cibi et potus: sed etiam distinguenda est a reliquis delectationibus tactus, quæ ex convenientia objecti cum organo sensus percipiuntur, ideoque organicæ sive sensibiles vocantur. Ita delectatio mere sensibilis ex contactu carnis, si in ea sistitur, non erit objectum ipsius castitatis sed modestiæ alicujus, partis potentialis temperantiæ: at quærens talem delectationem sensibilem facile transit ad veneream. Materia secundaria et de consequenti castitatis sunt delectationes aliorum sensuum, præsertim visus, non in se, quatenus organicæ seu sensibiles, sed in quantum ad venerea ordinantur.

Circa hanc suam materiam quomodo operentur abstinentia, sobrietas et castitas, elucebit ex responso sequenti.

O. E. D.

IV

Q. *Expone generalem ordinem a Deo statutum et ab homine servandum circa easdem delectationes.*

R. « Cum sapientissimus Deus voluerit ut homo tum seipsum conservaret in præsenti vita per usum cibi et potus, tum speciem propagaret per opus generationis, utrique usui seu operi, ad utrumque finem necessarium requisito, annexuit delectationem propriam, essentialem et intrinsecam, tamquam motivum invitans ad opus. Utraque delectatio est in sensu tactus, qui maxime materialis, corporalis seu carnalis est; et cum homini magis naturale sit seipsum conservare per cibum et potum, quod quidem sine dolore non omitteret, quam alios procreare, quod absque tanto incommodo negligeret, ideo vehementiorem delectationem annexuit veneri. Ex his jam patet, *in ordine physico*, utrumque opus delectabile habere duplicem effectum, unum primarium, qui est in intentione Creatoris necessarius ille *finis ad quem* exercendum est opus; alterum secundarium qui est in intentione Dei medium ad movendum hominem ad opus, seu *motivum alliciens*, nempe delectatio. Adeoque vult Deus, ut homo *in ordine morali* seu intentionis, servet illum ordinem inter præfatos effectus a se statutum, et ea tantum conditione poterit actus ejus referri in finem ultimum : debet nempe homo opus exercere ad proprium finem ad quem natura sua tendit, seu ad finem operis, nempe conservationem sui vel propagationem speciei; moveri tamen potest delectatione tamquam secundario *fine cur* exerceat opus ad finem suum ; aliis verbis, finis operantis potest esse delectatio, modo non excludatur ab intentione seu fine operantis ipse finis operis, sive explicite, sive implicite; excluderetur autem [1°] explicite, si quis expressa intentione *propter solam delectationem* ageret, [a] inefficaciter tamen excluderetur, si opus ipsum exerceretur ita ut aptum esset proprium

finem suum attingere, [b] efficaciter, si ita non fieret opus; [2°] implicite sed omnino efficaciter, si quis opus ita exerceret ut non sit aptum fini suo consequendo, sed solummodo delectationem producere idoneum sit, licet hanc unice non intendat expresse agens. Non excluditur autem finis operis agendo *cum delectatione*, vel etiam *propter delectationem;* modo non propter solam delectationem, sive expresse, sive a parte operis inepte exerciti. » Ill. ac Rev. Waffelaert, *de temperantia*, n. 12.

Unde 1° inordinate et illicite agit qui actum delectabilem exercens intendit explicite ut finem solam delectationem, excluso fine operis. Etenim vel a ponit nihilominus actum modo apto ad finem operis consequendum: ut si quis expresse ob voluptatem solam salubres cibos potusque sumeret aut conjugalem actum debite exerceret. Et tunc efficaciter quidem, seu a parte rei, non excludit finem operis, at ipsum excludit affective seu mentaliter et sic ordinem pervertit. Vel b ipsum actum ponit modo inepto ad finem consequendum. Et tunc manifestior ac major est perversio ordinis. Cfr. propositiones 8ª et 9ª inter damnatas ab Innocentio XI: « Comedere et bibere ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non obsit valetudini, quia licet appetitui suis actibus frui. » — « Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa ac defectu veniali. »

2° Illicite agit qui actum delectabilem exercet modo ad finem operis attingendum inepto, quamvis explicite non intendat voluptatem solam: ut conviva qui cibis corpus gravat, concubinarius qui ad prolem procreandam actum carnalem habet. Etenim talis implicite, seu ipsa positione actus, excludit efficaciter finem operis, et ideo convincitur intendere ut finem actus sui illud quod non est nisi motivum alliciens ad opus rite exercendum.

Contra licite agit qui actum delectabilem exercens ut oportet, implicite intendit finem operis, simul tamen

delectationem vult ut effectum secundarium actus, seu operatur cum delectatione, imo hunc effectum delectationis intendit ut secundarium finem operantis, et ita operatur propter delectationem, nequaquam vero propter solam delectationem.

Quæ hucusque diximus de ordine statuto a Deo circa duas principales delectationes cibi ac potus ac venereorum, omnino applicantur et reliquis delectationibus quæ ad prædictas ex sese vel saltem ab agente ordinantur et in tantum constituunt materiam secundariam temperantiæ stricte sumptæ.

Ex principiis propositis elucet *quænam* sint in hac materia inordinationes; *quanta* vero sit singula inordinatio elucebit perpendenti in specie quanti momenti sit conservatio ordinis a Deo statuti. Et hoc quidem negotium inchoatur in responso sequenti.

O. E. D.

V

Q. *Quantum peccatum est gula et ebrietas? Explica responsum.*

R. I. Peccatum gulæ, virtuti abstinentiæ oppositum utpote immoderata concupiscentia delectationis cibi, 1° est per se veniale tantum: apparet enim hanc immoderantiam per se non multum nocere conservationi individui quam Deus tamquam finem præstituit usui ciborum, adeoque non graviter ordinem perturbare. 2° Per accidens tamen erit mortale contra abstinentiam: a/ si quis explicite constituat finem suum ultimum in gula; quod sane raro accidit et peccatum est illorum quorum in proprio sensu Deus venter est. b/ Si quis implicite seu interpretative in gula finem suum ultimum constituat, inhærendo alicui delectationi ciborum quæ sub gravi prohibetur, violando nempe præceptum jejunii aut abstinentiæ.

Hic loquimur de gula in quantum est vitium huma-

num, relicta specie gulæ bestialis, sub qua continetur comestio carnium humanarum, quam communiter AA., seclusa necessitate, ut gravem habent. Præterea loquimur de gravitate gulæ secundum speciem suam, non de gravi malitia quæ interdum aliunde adjungitur, puta dum gulosus suo corpori nocet suam sanitatem subruendo ac vitam multum breviando, aut dum se suis obligationibus implendis ineptum reddit.

II. Peccatum ebrietatis, virtuti sobrietatis oppositum utpote appetitus et usus inordinatus potus inebriativi. 1° mortale est per se et ex genere suo: quando nempe plena est ebrietas, scil. ad privationem usus rationis pertingens, estque simul perfecte voluntaria.

Gravis malitia ebrietati, præ gula, adscribitur: quia ebrius ob delectationem potus privat se usu rationis, quo a brutis distinguitur, « in Deum ordinatur », « secundum virtutem operatur et peccata declinat » (S. Th. 1-2, q. 88, a. 5 ad 1 et 2-2, q. 150, a. 2). Neque obstat aliquem venialiter tantum peccare si dormit superflue et ob solam delectationem: nam privatio usus rationis per somnum homini plane naturalis est et simul proximam potentiam ad usum rationis relinquit: prout vero ab ebrietate inducitur violenta est ac conditioni rationalis creaturæ contraria et simul aufert expeditam potentiam ex illo statu surgendi. Aliud tamen dubium potest moveri: utrum privatio usus rationis ad aliquot horas tantum protracta, prout fit in ebrietate, tamquam satis notabilis sit habenda; an non potius ad culpam gravem requiratur ebrietas assidua, seu ebriositas? Hoc alterum opinamentum adscribitur S. Augustino (locus tamen allegatus ad ejus opera genuina non pertinet: serm. 104 Appendicis, olim 41 de Sanctis), cujus auctoritate permotus S. Thomas pluries eamdem sententiam proposuit (præsertim qq. *de malo*, q. 2, a. 8 ad 3 et q. 7, a. 4 ad 1), at postea eam diserte retractavit (*in epist. ad Rom.* XIII; in 1-2, q. 88, a. 5 ad 1 et in 2-2, q. 150, a. 2). Ac sane merito: talis enim privatio,

utut paucarum horarum, graviter contradicit rationali naturæ hominis ejusque vitam moralem ac socialem graviter perturbat. Et ut utamur similitudine quam innuit Cajetanus (in cit. q. 150, a. 2): si graviter nocere diceretur qui alteri per diem ambas manus ligatas teneret, nonne et graviter ordinem naturæ lædere dicendus est, qui ex ebrietate per notabilem diei partem sibimet rationem violenter alligat, dum inferiores vires laxat, ita ut vere bestialis conditio ejus evadat? Nihilominus instare posses: S. Alphonsus, l. 5, n. 75, ait: « Addit Croix, l. 5, n. 327, cum Ang., Tann., Fagund., Gob. et communi, ebrietatem non esse mortalem, si per modicum tempus privet ratione. Dicit autem Croix longum tempus videri unam horam. » Ergo non potest sine discrimine ebrietas plena de gravi damnari. Respondetur, data veritate asserti theoretice, practice nullum esse faciendum discrimen: nam ebrietas plena ex sua natura diutius protrahitur, et si per accidens aliquando post modicum tempus cessat, id tamen prudenter prævidere non potest qui se inebriat. Denique quod ebrius se statim somno tradat, id statum ebrietatis quoad substantiam non immutat, quum semper maneat, ut diximus, violenta alligatio rationis.

2° Veniale peccatum erit, quando vel advertentia ad secuturam privationem usus rationis, sive ad probabile periculum ejusdem, imperfecta est, vel usus rationis tantum imperfecte impeditur.

Circa judicium de advertentia: multum refert distinguere ebrietatem assiduam ab ea quæ aliquoties tantum sine ulla consuetudine accidit. Nempe in secundo casu præsumitur defuisse requisita advertentia seu prævisio plenæ ebrietatis: quamquam rarissime omnis advertentia ad immoderantiam potus, adeoque omnis culpa, deerit. Contra, in primo casu præsumitur adfuisse advertentia ad grave peccatum sufficiens. Non enim requiritur ut jam turbato usu rationis adhuc advertenter bibere pergat; sed sufficit ut bibere incipiens se ad plenam ebrietatem progressurum advertat.

Circa discretionem ebrietatis plenæ et non plenæ: certum signum perfectæ ebrietatis est si ratio adeo turbetur ex potu ut inter bonum et malum morale non discernat. Alia indicia ita proponit Billuart, *de temper.* diss. 3, a. 2: « R. 1° Ridiculum plane esse, quod quidam dicunt, eum non esse mortaliter ebrium, qui potest adhuc equum vel currum prætereuntem declinare ne lædatur, domum redire, lectum repetere; id enim et canes faciunt. 2° Quamvis linguæ balbuties, gressus titubatio, rerum circumstantiarum apparens gyratio, satis sæpe indicent ebrietatem mortalem, non sunt tamen certa ejus indicia [imo sunt valde dubia], quum quandoque contingant remanente fere integro usu rationis. Idem dic de vomitu, qui quandoque ex nimio potu vere inebriante procedit, quandoque absque ebrietate ex vitiosa potus qualitate aut ex indispositione sumentis. 3° Certiora ebrietatis mortalis indicia sunt 1/ si quis faciat ea quæ sui compos nunquam facit, ut si vir aliunde modestus et probus blasphemet, turpia dicat aut faciat, rixas moveat, vasa confringat, uxorem, liberos verberet, et similia [scilicet valde abnormia, a quibus multum abhorret: nam et semiebrius insolita facit]. 2/ Si rerum principalium, quas gessit, sequenti die non recordetur, hæ enim facile retinentur, secus res minutæ... 3/ Si suis actionibus communibus et facilibus dirigendis vix aut ne vix sufficiat. »

Tandem quod de gula notavimus a fortiori de ebrietate valet: propriæ ejus malitiæ frequenter conjungi alias malitias, ratione nocumenti, scandali et multorum peccatorum quæ ex ebrietate occasionantur.

O. E. D.

VI

Q. *Quelles sont les personnes qui ont droit à une place distinguée dans les églises?*

R. 1° Aux termes de l'article 65 § 2 du décret du 30 Décembre 1809, « il sera réservé, dans toutes les

aveugles, une place où les fidèles qui ne lisent pas de chaises ni de bancs, puissent commodément assister au service divin, et entendre les instructions ». Bien que la loi ne le prescrive pas, il convient que la fabrique prête les bancs à la disposition des pauvres.

2° Tous les membres du conseil de fabrique, ainsi que les marguilliers d'honneur, s'il y en a, auront une place réservée dans l'église : ce sera le banc de l'œuvre : il sera placé devant la chaire autant que faire se pourra. Le curé ou desservant aura, dans ce banc, la première place, lorsque les fidèles qu'il s'y amènera, pendant la prédication ou les autres cérémonies religieuses. Art. 21 du décret.

En se rendant à la première du conseil, le trésorier aura droit de se placer au banc de l'œuvre et il occupera, en l'absence du curé, celui qui lui donnera la première place.

Il n'est pas de règlement que le banc de l'œuvre soit plus rapproché de la chaire de vérité. Dans les petites églises, il est complètement présentable dans un emplacement supérieur. Le curé peut le désigner pour banc de l'œuvre celui qui est le plus rapproché de l'autel ou le plus important de l'église. La place choisie doit être de bonne...

3° « Celui qui aura obtenu une chapelle, pourra, suivant la proximité d'un banc ou d'une chapelle, pour lui et sa famille, tant qu'elle existera.

« Pour obtenir un emplacement d'une église pourra, dans le nombre prescrit, sur l'avis du conseil de fabrique approuvé par l'Evêque et par le ministre des cultes ». Art. 72 du décret.

Celui qui fonde une église, ou concourt à l'en doter, obtient le patronat. Il a droit au banc de l'œuvre. Le simple donateur ou bienfaiteur peut obtenir le banc, la chapelle, mais à titre de faveur, en vertu d'une délibération du conseil de fabrique approuvée par l'Evêque et par le Ministre de la justice. A l'exception, le titulaire dont il s'agit ne doit être assujetti

aux donateurs ou bienfaiteurs que s'il font des libéralités d'une réelle importance : si, par exemple, ils donnent le terrain ou fournissent les matériaux ou pourvoient aux frais de la main d'œuvre, pour la construction de l'église.

Il faut entendre ici par « famille », la femme, les enfants, les domestiques et les hôtes du bénéficiaire, ses héritiers en ligne directe, mais non pas les collatéraux jusqu'au douzième degré.

A la mort du réservataire ou concessionnaire, s'il laisse plusieurs héritiers, chefs de famille eux-mêmes, il y a lieu entre eux à une licitation : et le droit reste à l'acquéreur pour lui et les siens.

Si le titulaire du droit n'est pas marié au moment où il l'acquiert, ce droit devient, après son mariage, commun à son conjoint et à ses enfants. La veuve conserve le droit réservé au mari, à moins qu'elle ne convole en secondes noces.

4° L'article 68 du décret autorise la fabrique d'église à concéder, aux personnes qui le désirent, des bancs ou des places réservées dans l'église, soit par bail pour une prestation ou redevance annuelle, soit au prix d'un capital, d'une somme ou valeur une fois payée, soit moyennant un immeuble dont la propriété est transmise à la fabrique.

Ces concessions sont temporaires. Elles ne peuvent avoir lieu, dit le décret, pour un terme plus long que la vie de ceux qui les auront obtenues.

Le concessionnaire d'un banc ou d'une place ne peut pas sous-louer ou céder son droit à la jouissance de ce banc ou de cette place par aucun des moyens ordinaires de droit commun, soit à titre onéreux, soit à titre gratuit. La doctrine des auteurs et la jurisprudence administrative sont unanimes à cet égard. A proprement parler, le droit de banc n'est pas un droit de propriété, ni même un droit de location, mais plutôt un droit *d'usage* et, par suite, un droit personnel.

Toutefois, de l'assimilation du concessionnaire à l'usager, il résulte qu'il peut installer à son banc ou sur ses chaises, sa femme, ses enfants, ses parents demeurant chez lui, les amis qui séjournent momentanément sous son toit, et les personnes attachées à sa maison.

5° Enfin l'article 47 de la loi du 18 Germinal an X porte qu'« Il y aura dans les cathédrales et paroisses une place distinguée pour les individus catholiques qui remplissent les autorités civiles et militaires ».

L'application de cet article, dont la rédaction est assez singulière d'ailleurs, a donné lieu à de nombreuses controverses et aux prétentions les plus incroyables. Nous croyons inutile de nous y arrêter : nous nous contenterons d'indiquer le sens que la jurisprudence et la doctrine ont donné à cette disposition.

Les auteurs aujourd'hui sont généralement d'accord pour dire que l'article 47 de la loi de Germinal doit être entendu dans le sens du décret du 22 Messidor an XII : il s'applique à toutes les personnes qui sont revêtues d'autorité, et qui sont indiquées dans la première section du décret de Messidor ; mais il ne donne droit à ces autorités d'occuper une place distinguée dans l'église que dans les cérémonies publiques, auxquelles elles assistent en corps et en costume, après une invitation officielle. C'est en ce sens que l'article 47 a été constamment interprété par le ministère des cultes en France ; et l'autorité administrative en Belgique admet la même interprétation : « Le clergé, dit la circulaire ministérielle du 15 Mai 1885, doit faire part aux autorités des jour et heure auxquels se célébrent les cérémonies nationales (circ. des 9 Sept. 1874 et 21 Juillet 1884) ». C'est la doctrine professée par Dieulin, *Le guide des curés*, 5me édit., T. I, p. 136 ss.; Trempsault, *Dictionnaire de droit*, V° Bancs ; Cauchet, *Pouvoir du clergé*, an 1847, p. 570, note 2 ; *La Belgique judiciaire*, T. II, p. 528 ss.; *Le journal belge des conseils de fabriques*, T. IV, p. 321 ; Delcour, *De l'administration des*

fabriques d'églises, p. 13; Lauwers, *Code de droit civil ecclésiastique*, p. 44 ss.; De Fooz, *Le droit administratif*, T. IV, p. 510; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabricken*, n. 126; *Het Vlaamsch Bestuur*, IV, p. 253; Pilette, *Admin. des fabriques d'églises*, p. 119; Giron, *Dictionnaire de droit administratif*, V° Fabriques d'église, n. 28; *Revue de l'administration*, I, p. 195; *Revue communale*, an. 1897, p. 239 ss.

En fait, dans beaucoup d'églises rurales, le bourgmestre, les échevins, les membres du conseil communal, du bureau de bienfaisance et des hospices, le juge de paix, le secrétaire communal, voire même le garde-champêtre occupent gratuitement, les dimanches et jours de fête ordinaires, des bancs qui leur sont réservés. Il va sans dire que, si l'on excepte le bourgmestre qui trouve sa place au banc de l'œuvre, ces fonctionnaires ne jouissent de cette place qu'à titre de faveur éminemment révocable. Il dépend du bon vouloir de l'administration fabricienne, et du curé, qui a la police de l'église, de les priver de cet avantage. Il convient toutefois, en général, de respecter à cet égard les usages existants, surtout s'il y a lieu de craindre que la suppression, quoique légale, doive entrainer des inconvenients. « Il vaut mieux, dit Dieulin, renoncer à un modique avantage que de jeter les autorités dans une ligne d'opposition contre le curé et les fabriciens. Les intérêts de l'église pourraient eux-mêmes en souffrir par des refus d'allocations qui auraient ce sujet de mécontentement pour principe ».

C. V. C.

Evangelia Dominicarum

Dom. XI post Pentec.

—

Homo surdus et mutus sanatur. Marc. VII, 31-37.

*
* *

Te dien tijde 31 ging Jesus uit de landpalen van Tyrus, en kwam door Sidon aan de zee van Galilea, midden door de streken van Decapolis. 32 En zij brengen tot hem eenen doofstomme, en verzochten hem, dat hij de hand op hem zou leggen. 33 En hem van de schare alleen genomen hebbende, stak hij zijne vingeren in zijne ooren; en gespuwd hebbende, raakte hij zijne tong aan. 34 En opwaarts ziende naar den hemel, verzuchtte hij, en zei tot hem: Ephpheta! dat is: Word geopend! 35 En terstond werden zijne ooren geopend, en de band zijner tong werd los, en hij sprak goed. 36 En hij gebood hun, dat zij het aan niemand en zouden zeggen. Maar hoezeer hij hun dat ook gebood, zoo verkondigden zij het des te meer, 37 en des te meer waren zij verwonderd, en zeiden: Hij heeft alles wél gedaan: en de dooven heeft hij doen hooren, en de stommen spreken.

*
* *

Notationes

32. *Et adducunt ei surdum, et mutum, et deprecabantur eum, ut imponat illi manum.* « Eum qui pro se Dominum orare non potuit, pii pro ejus salute soliciti, et illius calamitatem miserati, ad Dominum ducunt, ac pro illo deprecantur, sola manus impositione credentes, duo simul mala posse tolli ab hoc misero » Jans. Gand. — *Mutum*, « græce *mogilàlon*, id est ægre loquentem,

impeditæ linguæ, balbutientem: nam sanatus à Christo *loquebatur recte*, id est expeditè, ut dicitur vers. 35. Non ergo erat omnino mutus, uti sunt ii qui à nativitate sunt surdi, qui Græce *àlaloi* dicuntur. Sic enim duo fuissent hîc Christi miracula, scilicet solutionis linguæ, et inditæ scientiæ vocum. Contrarium tamen quoque est probabile » a Lapide.

33. *Apprehendens eum de turba*, « ex turba, extra turbam populi, non tamen extra discipulorum suorum et eorum a quibus hic offerebatur consortium. *Seorsum*, ne quid videretur ostentabundus agere coram turba, et popularem laudem affectare. *Seorsum accipit*, ait Victor, *tum ne ad ostentationem divina signa perficere videatur, tum maximè quò nos hoc facto admoneat, uti animi candorem laudatamque ab omni fastu vacuitatem studiosè semper consectemur* » Luc. Brug. — *Misit digitos suos in auriculas ejus*, « haud dubium, indicem dexteræ manus suæ in aurem illius sinistram, indicem vero sinistræ in aurem illius dexteram, quasi terebrans utrumque sive perforans et aperiens ejus aures: videntur enim surdorum aures obstructæ re aliqua. *Et expuens, ptùsas*, spuens, postquam spuisset sc. in digitum suum, sive indicem sive salutarem, *tetigit*, digito saliva uncto, *linguam ejus*. Quia balborum lingua præ oris siccitate palato faucibusque adhærescere, eamque ob causam difficulter, quod vult eloqui videtur, humectat saliva sua Jesus hujus linguam: per salivam enim lingua mobilis ac volubilis redditur. Porrò his agendi modis, quibus membra affecta Jesus attingit, (quos constat naturâ suâ nihil ad rem facere, tametsi similitudinem aliquam referant causarum naturalium, quod ostendimus) significat id quod verè à se agitur, se inquam hujus aures aperire et linguam solvere, idque virtute ex se exeunte, et quidem ex carne sua, ut instrumento divinæ naturæ suæ, (carnem enim suam esse vivificatricem, et sua omnia salutifera esse) quo consilio aliàs toto corpore laborantibus solet manus imponere, Luc. 4. v. 40.

Potuisset haud dubium, unica manus impositione, quam fuerat rogatus, immo ne moto quidem digito, solo hunc sermone nutuve sanare, quemadmodum aliàs sæpè multos sanaverat : sed visum est illi, has illasve aliquando ceremonias adhibere, quarum usum judicabat utilem esse præsentibus, ac præsertim discipulis, qui suo tempore intellecturi et aliis expositurì essent, quid mysterii hujusmodi actionibus voluisset significatum. Nam quòd amplius quid hic significarit, quàm se esse illum, cujus proprium sit loquendi facultatem in mutos, audiendi in surdos transfundere, docuit Ecclesia catholica, dùm à Spiritu sancto docta, intellexit, Christi mentem fuisse, ut hos ritus ad baptismum adhiberet : quibus admoneremur, nobis natis surdis ac mutis, priusquam renati, à Christo redemtore fuerimus reformati, (surdis inquam ad audienda et amplectenda Dei verba et ea quæ salutis nostræ sunt, mutis ad confessionem nostræ turpitudinis et veritatis misericordiæque divinæ) rectum ac salutarem linguæ et aurium usum, à Domino Jesu per baptismum exspectandum esse, offerentibus nos ipsi et deprecantibus pro nobis amicis sponsoribus. Ipse est enim qui labia nostra aperit, ita ut annuncient laudem Dei, Psalm. 50 v. 17 ; qui erigit, aperitque nobis aurem, ut audiamus quasi magistrum, Isa. 50, v. 4. 5 ; denique tunc nobis est salus, ubi ipse donis Spiritus sui, qui digitus est Dei, aures mentis nostræ ; et saliva cælestis sapientiæ, quæ ipse est ex ore Altissimi prodiens, linguam animi nostri, dignatur contingere » **Luc. Brug.**

34. *Et suspiciens in cœlum, ingemuit* « ipso quidem respectu in cœlum, significans virtutem sanandi se habere à Deo, atque ab illo quærendam omnem medelam : ipso vero gemitu significans quam miseretur humanæ naturæ, quæ tum à dæmonibus, tum ab aliis infirmitatibus variis modis impetitur, propter peccati transgressionem, ac gemendi nobis præbens exemplum, cum pro nostra nostrorumque salute supernæ pietatis

subsidia invocamus. Non enim ipse ingemuit, quòd opus illi esset cum gemitu aliquid petere à Patre, cùm cuncta petentibus donet cum Patre. Postremum, qui se suspiciendo in cœlum, et ingemiscendo verum hominem ostendit, jam et divina se præditum potestate declaravit, cum imperativo usus verbo dixit, *Ephpheta*, quod est, adaperire... Quæri autem potest quarè Dominus tam singulari et speciali modo sit usus in curatione hujus surdi et muti. Et possunt ejus duæ assignari rationes. Primò, ut ostenderet quam difficilis sit curatio ejus qui secundùm animam surdus est, et mutus, quemadmodum ingemiscendo, et in cœlum suspiciendo, et lacrimando suscitavit Lazarum, significans difficilem esse ad meliorem vitam revocationem ejus, qui jam vitiis assuetus jacet veluti sepultus. Secùndò, ut quæ deerant ex parte hujus miseri et aliorum offerentium, Dominus suppleret gemitu, suspectione in cœlum, et applicatione propriæ carnis et sputi, tanquam sancta instrumenta adhibendo, instrueretque discipulos suos supplere quandoque orationibus, et sacrarum rerum adhibitione, ea quæ desunt ex parte aliorum. Nihil enim de fide, et devotione hujus surdi apparet, et fortè etiam offerentium fides fuit imperfecta. In hunc ergo usum sunt instituta sacramenta Ecclesiastica, ut per ea suppleretur quod alioqui deest fidei, et devotioni hominum, atque in ipso baptismatis sacramento à Christo facto desumptæ sunt ex antiqua traditione similes cæremoniæ his quæ Christus hîc legitur servasse, ut et baptizandi aures, et nares sputo digitis imposito contingantur, et dicatur ei: *Effetha, quod est, adaperire.* » Jans. Gand. — *Adaperire*, adaperitor, apertus esto... q. d. Liberas aures linguamque habeto ». Luc. Brug.

35. *Et statim apertæ sunt...* « h. e., ex hebraica loquendi ratione, Et illico aurium suarum usum recepit, et sublatum est omne prorsus linguæ impedimentum, ita ut recte et expedite loqueretur ». Liagre. « Non enim curabat Jesus medicorum more, qui et longum

tempus requirunt, et plerumque reliquias veteris vitii relinquunt » Luc. Brug.

36. *Et præcepit illis* qui sanatus fuerat et qui eum adduxerant *ne cui dicerent.* Præceptum hoc fuit non proprie dictum, quod ad culpam obligaret, sed urbanitas dumtaxat, et modestiæ indicium, ut scilicet significaret se nolle sua miracula ostentare, et ea iis aucupari vanam hominum gloriam. Quare non peccabant, qui eo non obstante ea divulgabant. Unde sequitur: *Quanto autem ei præcipiebat, tanto magis plus prædicabant.* Docemur hoc loco, ait Theophylactus, quod quando beneficiari sumus, ne plausus vel celebritates ex beneficiis quæramus: cum autem beneficia acceperimus, ut beneficiores, licet ipsi recusent, laudemus et prædicemus. Ut enim illud est hominis benefici, ita hoc grati, ait Franciscus Lucas » a Lapide.

37. *Et ut amplius*, græce *et superabundanter*, *supra modum*, *admirabantur*, græce *perexhibantur*, *obstupebant* omnes scilicet, non soli illi qui hunc adduxerant, sed et turba universa, quæ ex his intellexit quid factum esset, et suis etiam oculis vidit: omnes attoniti ac perculsi, hoc vehementius suspiciebant magnitudinem Jesu, quod cum talia posset et præstaret, non solum nihil exigeret præmii, sed ne gloria quidem tam insignium operum cuperet frui. — *Bene omnia fecit.* Est applausus atque acclamatio, approbantium ea omnia quæ ab Jesu gerebantur: q. d. Nihil ab eo agitur quod reprehensionem, qualem Pharisæi fingunt, mereatur: nihil enim facit, quod bonum non sit, et non in maximam hominum redundet utilitatem: omnia ipsius miracula, nostra sunt beneficia. *Et surdos fecit audire, fecit mutos loqui.* Facit audire, facit, ut et surdi audiant, et muti loquantur, quoties opus est: nullum est hominum malum, quod vel non possit, vel non velit auferre. Luc. Brug.

Moralia ac mystica.

Docemur in *afferentibus*, quid valeat aliena fides et

oratio, et quam solicitudinem debeamus his maximè qui sibi non sufficiunt. Docemur in *Christo* bis, fugere plausus populares. Docemur in *turba*, Dei beneficia prædicare, et justorum laudes etiam illis invitis non reticere, atque de salute proximorum gaudere, ac Deum laudare. — Quod vero ad *mysticam* historiæ pertinet tractationem, præterquàm quòd *allegoricè* per hunc surdum et mutum rectè intelligimus humanum genus designatum, quod Christo in hunc mundum turbido mari similem adveniente, Prophetis et Patriarchis orantibus recepit auditum et loquelam, idque per Spiritum sanctum aurem mentis contingentem, tanquam digitum Dei, et per salivam cœlestis sapientiæ prodeuntis ex ore Altissimi qua factum est ut nobis sapiant quæ Dei sunt, et ea loqui libeat: *moralitèr* surdus iste et mutus designat eum qui nec aures habet ad audiendum sermonem Dei, sed obturatas habet in modum aspidis adversus sapientis incantatoris vocem: nec linguam habet ad professionem propriæ turpitudinis ac divinæ misericordiæ et bonitatis, sed tantùm ad obtrectationes, maledicentiam, stultiloquia, et id genus, ita ut loquatur quidem, sed non rectè. Talis igitur si sanandus erit, necesse est ab his qui rectè audire et loqui sciùnt, offeratur Domino, et his qui in terris Domini vice funguntur, qui in primis illum apprehensum è turba abducere debent, hoc est, à turbulentis cogitationibus, actibus et sermonibus inordinatis semovere, atque à lata via, per quam multi ambulant, revocare ad pusilli gregis consortium: deinde inserere digitos suos in aures ejus, atque saliva tangere linguam: quod fit cùm avocantes à fiducia rerum fluxarum, hortantur ad doctrinam cœlestem, et fidem in Christum, quæ est ex auditu, cùmque salivâ Evangelicæ sapientiæ ita afficiunt palatum ejus et linguam, ut de rebus jam melius habeat judicium, qui palatum priùs humana saliva vitiatum habens, perversè de rebus judicavit. Horum præterea est ingemiscere potius ob peccata aliena, quam sævire

[illegible]

G. V. D. F.

Dissertationes

I

Dijudicantur nonnullæ singulares D. Ermoni opiniones circa authentiam Pentateuchi

(*Sequitur*. Cf. *suprà* p. 329.)

—

VI

Integrum *Codicem sacerdotalem* (sc. totum Leviticum, Exod. XXV — XXXI; XXXV — XL; Numer. I — X; XV — XIX; XXV — XXXVI, præter nonnullas particulas ex Genes., Exod., Num. et Deuter.) Deuteronomio (1) juniorem esse, ac sæculo demùm quinto, Esdræ et Nehemiæ ætate prodiisse, jam apud recentissimam « sublimioris criticæ » scholam recepta est sententia. Hanc tamen indignabundi rejiciunt nonnulli Rationalistæ, v. g. Dillmann, qui non semel declarat (2) theorias Wellhausen, Kuenen etc. circa hanc quæstionem esse absurdas (wiedersinnig), funditus erroneas, falsis principiis criticis innixas, omnibus documentis exsilio antiquioribus oppositas. Quæ etsi verissima sunt, prævaluit tamen novitas. Instare enim videtur tempus quo seriò edocebimur codicem sacerdotalem esse ipsà Nova lege juniorem.

At vero, quantopere rationalismi biblici principum apparatæ species eruditionis mentes incautas fascinare valeat, rursùm exemplo suo ostendit D. Ermoni, cum censet veterem codicillum sacerdotalem a sacerdotibus

(1) Si novæ scholæ criticæ fides adhibenda est, Deuteronomium exortum sit anno Josiæ 18, ante Christum 622, sc. tempore Jeremiæ, brevi ante exsilium.

(2) Cf. v. g. *Exodus u. Leviticus*, 1880, p. VII-VIII, et 534.

in Babylonia exsulibus, inspirante Ezechiele, mutatum et adauctum, ab Esdra demum novis alterationibus et additamentis completum novoque Judæorum statui accommodatum fuisse. P. 553 sqq.

Novellam hanc theoriam, ex rationalismo biblico prognatam, ipsorumque *recentissimæ scholæ critica* principum dissidiis dilaceratam, nos temerariam erroneamque esse censemus, utpote constanti et universali Judæorum et Christianorum traditioni, necnon omnibus documentis exsilio Babylonico vetustioribus (Josue, Judic, Reg. ac Prophetarum contrariam (1). Quanta veri imprudentia laudatus Scriptor receptæ Veterum sententiæ novissima *sublimioris critica* commenta prætulerit, vel ex eo liquet quod ipsemet ex una parte asseverat standum esse auctoritati traditionis, quoadusque adversus eam allata fuerint argumenta peremptoria (p. 466), ex altera vero parte concedit talia argumenta nondum prolata fuisse. (Il ne faut pas supposer, ait p. 585, que l'opinion de ceux qui attribuent à Esdras un rôle plus ou moins considérable sur les destinées du Pentateuque soit destructive de tout fondement. *Sans doute elle n'a pas à sa disposition des preuves décisives* : mais à défaut d'un tel avantage, elle a *certains faits* qui lui permettent *jusqu'à un certain point* de faire des inductions ». Æquum tamen sese judicem fore supponderat p. 554 : « Sans nous laisser séduire par les brillantes hypothèses des uns (Rationalistarum) et les solennelles affirmations des autres (sic taxare non veretur argumenta apologetarum catholicorum), nous suivrons nos habitudes ; c'est-à-dire, nous apporterons dans cette recherche cette impartialité dont nous ne nous sommes jamais départi au cours de cette étude » (2). Ipsum vero Rationalistarum

(1) Vide Brucker, Biblio. crit. XLIV, p. 362 sqq. ; Connely, Introd. spec. Dr Pentat. p. 186 sqq. ; Hummelauer, Commen. in lib. Judic. Introd. p. 19 ; Vigouroux, Dictionnaire de la Bible, III, p. 182 sqq. etc.

(2) Sane summa erraret, nisi, ut animi compleant adversus traditionem antiquam eique innixam Pentateuchi authenticitatem, omnino haberet Scripturam catholicam animum præsere ab omni partium studio alienum.

fallaciis nonnihil seductum fuisse clamat non solùm integræ fere lucubrationis ejus tonus atque processus, verum etiam singularis methodus ac ratio qua præsentem litem dirimit.

Et primo quidem omittit examen librorum ante exsilium Babylonicum conscriptorum, ex quibus tamen facile discere potuisset *Codicem sacerdotalem* inde à Moyse notum ac pro temporum opportunitate observatum fuisse. Vide Cornely, l. c., ubi concludit: « Satis ostendisse nobis videmur, « codicis sacerdotalis » figmentum nullo prorsus fundamento inniti *nec nisi omnibus omnino V. T. libris negatis et repudiatis adstrui potuisse* » p. 134.

Deinde in codice sacerdotali aliæ leges respiciunt tempus commorationis Israelitarum in deserto, aliæ tempus futuræ occupationis et possessionis terræ Chanaan: omnes tamen indiscriminatim, additis temporis et loci adjunctis, in ipso Pentateucho Moysi auctori tribuuntur. Hoc argumentum, ex ipso Pentateucho desumptum, rursum omittit D. Ermoni, quamvis rationes internæ ipsi unice placere videantur. Operæ tamen pretium erat nos edocere ubinam, quandonam, quonam auctore singulæ leges Moyse recentiores latæ atque antiquo codicillo sacerdotali additæ fuerint? quo signo illæ leges à legibus vere mosaïcis discerni valeant, quantumvis hæ non magis aperte quam illæ Moysi tribuantur? quà veracitate leges illæ Moysi auctori adscribi potuerint? quà necessitate debuerint? quo demùm pacto universo populo ceu mosaicæ imponi valuerint?

Egregie R. A. D. Palis, l. c. p. 526: « Il répugne aux lecteurs d'admettre sur la seule parole d'un écrivain, quand il s'agit d'un recueil divin de lois, ce qu'on ne leur demanderait pas d'admettre sans preuves, pour un recueil profane: ils voudraient donc qu'on leur donnât des raisons prouvant que, en réalité, des lois portées par Esdras ont été mises sous le nom de Moïse.

Ils seraient encore curieux de savoir qui s'est permis ce faux en écriture divine, et pour quel motif il a eu recours à un expédient nullement nécessaire pour assurer l'autorité législative d'un homme tel que Esdras, et auquel ni David ni ses historiens n'avaient songé pour donner plus de crédit aux règlements rituels de ce prince.

Ils aimeraient aussi qu'on leur expliquât comment l'auteur de cette substitution de noms s'y est pris pour faire croire à ses contemporains que des lois toutes récentes étaient l'œuvre de Moïse, et comment cette erreur s'est perpétuée jusqu'à nous. Ce sont là des questions fort naturelles, et il est surprenant qu'on n'ait pas cru devoir y répondre.

Mais voici une omission bien plus étonnante. Lorsque M. Ermoni nous dit que Esdras a eu sa part dans la législation mosaïque, une question se présente immédiatement à l'esprit : Quelle est cette part ? Dans quels endroits du Pentateuque la lui taillez-vous ? Le soi-disant Code sacerdotal serait formé, d'après ses inventeurs, du Lévitique et d'un certain nombre de chapitres de l'Exode et des Nombres. Laissons ces deux derniers livres, dans lesquels la partie législative est généralement si étroitement encadrée dans le récit historique qu'on n'en peut guère rien arracher sans détruire le cadre : je ne crois pas qu'un exégète catholique ose se hasarder sur ce terrain. Bornons-nous au Lévitique, dans lequel l'histoire n'a à peu près point de place, et dont les vingt sept chapitres (y compris les deux derniers consacrés à la sanction légale) sont remplis par des préceptes rituels, distribués en dix-huit sections, portant chacune cette suscription : *Le Seigneur parla à Moïse*. Dans quelles de ces sections faudra-t-il lire : *Dieu parla a Esdras ?* A quels signes scientifiques connaîtrons-nous d'abord que celles-là ne sont pas de Moïse ; ensuite que les lois qu'elles renferment ont été promulguées beaucoup plus tard ; enfin qu'elles l'ont été par Esdras et non par un autre ? On ne peut faire à M. Ermoni l'injure de croire qu'il n'a pas prévu ces questions : c'est parce qu'il n'avait pas les moyens de les résoudre qu'il ne se les est point posées, et cette omission relative au Pentateuque équivaut à un aveu implicite du mauvais état de sa cause. »

Porro seriam refutationem non meretur levissima

argumentatio qua D. Ermoni positive probare nititur Codicem sacerdotalem a sacerdotibus in Babylonia captivis mutatum auctumque fuisse : « Il ne paraît pas si clair, ait p. 892, quoi qu'on pense, que les prêtres de Babylone n'aient pas écrit et modifié le noyau primitif de la législation sacerdotale. Les défenseurs de la tradition s'accordent, il est vrai, à dire que les prêtres captifs à Babylone ne mirent nullement par écrit le Code sacerdotal, et n'ajoutèrent rien à son contenu, tel qu'il était en vigueur à l'époque salomonienne. Il est bien facile d'affirmer cela ; il est bien plus difficile de le prouver. (1) Cette thèse, considérée dans sa stricte teneur, suppose deux postulats qu'on n'a jamais démontrés. On suppose premièrement qu'on conserva, pendant la captivité, le souvenir fidèle de cette législation, sans la mettre par écrit. (2) Le second postulat consiste à croire que le même Code peut s'adapter partout et toujours, et qu'un changement d'État, de nouvelles circonstances ne demandent, ne nécessitent de nouvelles lois ». (3)

Quænam tandem sunt argumenta propter quæ D. Ermoni opinatur Codicem sacerdotalem ab Esdra mutatum completumque fuisse? Omnia reducuntur ad *publicam legis mosaicæ lectionem* (II Esdr. VIII, 1-6) *rerumque adjuncta extraordinaria.*

Et primò quidem : « Le fait le plus important, ait p. 886, qui a donné naissance à cette théorie,... le fait qu'il faut

---

(1) Non vacat hîc repetere omnia argumenta quibus demonstratur mosaica Pentateuchi origo atque substantialis integritas. Sufficiat animadvertere onus demonstrandi Codicem sacerdotalem à sacerdotibus in Babylonia degentibus immutatum auctumque fuisse, ipsi D. Ermoni incumbere.

(2) Nihil aliud suppeunt traditionis assecla quam Pentateuchum mosaicum, ne tempore quidem captivitatis Babylonicæ periisse, saltem irreparabiliter; quod quidem demonstratum vide apud Lamy, *Introd. gen. in S. Script.* C. 4, sect. 1, nn 24-29. Quid autem novi scripserint præfati sacerdotes, nescit ipse D. Ermoni.

(3) Contrà, supponit, non demonstrat ipse D. Ermoni, Codicem mosaicum de facto non fuisse satis accommodatum novo statui Judæorum, adeoque de facto alteratum adauctumque fuisse. Qua de re sermo recurret infra, ubi de Esdra.

retenir..., c'est la lecture même de la loi par le célèbre scribe en présence du peuple et de Néhémie ».

Aptè respondet Palis, l. c. p. 528: « Non; en soi la lecture de la loi était un fait commun et régulier chez les Hébreux; elle devait avoir lieu tous les sept ans durant la fête des tabernacles, Deut. XX, 10-13, et si ce fait a eu, cette fois, une réelle importance, c'est seulement à cause des circonstances et de ses heureux résultats. — Il s'était passé quelque chose d'analogue près de cinq siècles auparavant, lorsque le roi Josaphat avait envoyé des princes, des lévites et des prêtres dans les villes de Juda pour y lire au peuple le livre de la loi et l'instruire, II Paral. XVII, 7-9; aucun exégète catholique n'a vu là un fait d'une importance capitale ni la promulgation d'une loi nouvelle. C'est pour les besoins de la cause que la lecture faite par Esdras est transformée en un événement d'une portée telle « qu'il s'agissait avant tout de donner une explication de ce fait ».

Praeterea in libris Esdrae *nullo verbo* innuitur Esdram *Legem Moysis* mutasse et complevisse; imo simpliciter ac discrete asseritur (II Esdr. VIII, 1-6) Esdram *librum legis Moysi, quam praeceperat Dominus Israëli, coram multitudine attulisse et legisse;* populumque *spopondisse ac jurasse* (X, 29) *ut ambularent in lege Dei quam dederat in manu Moysi servi Dei, ut facerent et custodirent universa mandata Domini Dei nostri, et judicia ejus et caeremonias ejus.* (1)

Quam infeliceter D. Ermoni ad hanc Legis lectionem provocaverit, eruditè ostendit idem Palis, p. 524 « M. Ermoni, *ait*, dit que le fait qu'il faut retenir, le fait capital, c'est la lecture même de la loi par le célèbre scribe; et qu'il s'agissait avant tout de donner une interprétation de ce fait. Rien de plus naturel, après ces préliminaires, rien même de plus nécessaire, que de discuter ce fait si important, puisque bien interprété il constitue *la seule preuve positive* sur laquelle on puisse appuyer la thèse, — une thèse

(1) Cf. I Esdr. VI, 18; VII, 6, 11, 12, 14; IX, 11; X, 3; II Esdr. I, 7, 8; VIII, 13-18; IX, 3-38; XIII, 1 sqq.

historique, — touchant la participation d'Esdras à la rédaction du Pentateuque. L'argument principal devait être évidemment le récit sacré, légitimement interprété dans le sens de cette thèse. Eh bien! non seulement on ne trouve nulle part un essai d'interprétation ou d'explication, mais le fait capital, le fait à retenir et qu'il s'agissait avant tout d'interpréter, est totalement passé sous silence dans cette démonstration. Ce silence est fort étrange et non moins significatif, surtout chez un partisan des preuves intrinsèques, qui n'en a pas d'autres à sa disposition, et que l'on voit négliger celle qui serait, pour sa cause, la plus précieuse de toutes. C'est que l'auteur ne pouvait, sans se réfuter lui-même, reproduire fidèlement le récit de cette lecture et des circonstances qui l'ont amenée ou accompagnées.

En effet, les lecteurs non imbus de préjugés d'école n'auraient vu dans le fait de cette lecture que ce que l'Esprit Saint y a mis, à savoir un prêtre juif du nom d'Esdras, scribe zélé et habile dans l'interprétation des paroles, des commandements et des cérémonies prescrites par le Seigneur, envoyé par Artaxerxès à Jérusalem avec la mission d'accomplir les réformes nécessaires et d'instruire ceux qui ignoraient la loi du Seigneur, mais nullement d'étendre ou de compléter cette loi. I Esdras VII, 6, 10, 11, 25. Plus loin ils auraient retrouvé Esdras, assisté de quelques lévites, lisant la loi au peuple assemblé, mais toujours la même loi du Seigneur à l'étude de laquelle il s'était appliqué auparavant afin d'en instruire ensuite ses compatriotes, I Esdras VII, 10, cette antique « *loi donnée par le Seigneur à Israël et qui se trouvait dans le livre de la loi de Moïse, la loi de Dieu* » II Esdras VIII, 1, 8. Ils auraient vu la suite répondre à ces commencements ; car cette lecture d'ordonnances trop longtemps oubliées toucha le peuple à tel point que Esdras, Néhémie et les lévites durent calmer sa douleur, 9-11 ; sans retard, il voulut célébrer la fête des Tabernacles dont il venait d'entendre les prescriptions données par Dieu à Moïse, et cette solennité surpassa par son éclat toutes les fêtes des Tabernacles « que les enfants d'Israël avaient célébrées depuis les jours de Josué ». 14, 17. *D'un bout à l'autre du récit, il n'est donc question que d'une loi ancienne, donnée autrefois par le Seigneur ; Esdras n'a fait que la lire et l'expliquer*, et le seul point de cette loi dont il soit fait

une mention spéciale, la fête des Tabernacles, se célébrait depuis Josué. Cf. les mariages avec les infidèles, I Esd. IX, 1, 2, 11, 12; Exod. XXXIV, 16; Deut. VII, 3.

Ainsi rien de nouveau, au point de vue de la loi, dans le fait allégué, tout y est vieux comme Moïse, et *la réforme d'Esdras, loin d'introduire des lois nouvelles, n'est que le retour formel et explicite à l'antique loi du Sinaï.*

Cela est confirmé de la façon la plus claire par un autre fait raconté II Esdras, IX et X. Je veux parler du renouvellement de l'alliance entre Dieu et son peuple. On voit par ce récit que les premières infractions à la loi ont eu pour auteurs les contemporains même de Moïse, IX, 16, imités ensuite par leurs descendants, 16, 17; 26-29; 34, 35; et que cette loi à laquelle les Juifs déclarent vouloir revenir en renouvelant leur alliance avec Jéhovah, 38, est celle que le Seigneur, descendu sur le Sinaï, donna jadis aux enfants d'Israël par l'intermédiaire de Moïse, avec ses préceptes, ses ordonnances et ses cérémonies IX, 13, 14. Les points énumérés X, 29-40, que les Juifs s'engagent à observer, sont ceux-là même qui formeraient le prétendu Code sacerdotal, dont M. Ermoni attribue une partie à Esdras. Voilà plus qu'il n'en faut pour ne laisser subsister aucun doute sur ce qu'on entendait, au temps d'Esdras, par la loi de Moïse, et sur le rôle que l'illustre réformateur a joué par rapport à cette loi. (1)

Il résulte incontestablement de ce simple exposé, que pour voir, dans le fait de la lecture de la loi par Esdras, la promulgation d'une loi nouvelle ou une addition à l'ancienne, il faut, lorqu'on ne peut comme les rationalistes recourir à l'accusation de fraude contre les auteurs sacrés, introduire soi-même dans le texte ce que l'écrivain inspiré n'y a point mis, et même lui faire dire le contraire de ce qu'il énonce. C'est une manière toute nouvelle, inconnue de nos grands exégètes, « d'interpréter » l'Ecriture. M. Ermoni a senti la fausse position où il se trouvait, et il a tourné la difficulté en passant sous silence le récit d'Esdras au moment même où il fallait le produire et le discuter. Ne vaudrait-il

(1) Quo sensu Esdras librorum sacrorum instaurator habendus sit, vide Lamy, l. c. n. 27.

pas mieux abandonner purement une thèse dont la défense impose de pareilles réticences? »

Quod verò spectat *rerum adjuncta*, sic ratiocinatur D. Ermoni, p. 894: « L'opinion traditionnelle restreint trop, à notre avis, la part d'Esdras dans le code sacerdotal actuel. Nous n'avons guère l'intention de surfaire la réputation du scribe babylonien. Néanmoins nous ne pouvons nous empêcher de croire qu'Esdras a modifié le code sacerdotal d'une manière plus profonde qu'en y ajoutant des gloses et des notes marginales. Le milieu, où s'est déroulée la vie d'Esdras, les circonstances dans lesquelles il est apparu sur la scène de l'histoire, le rôle qu'il a joué, au retour de la captivité, dans la réorganisation du culte, tout cela exige apparemment quelque chose de plus que de simples notes marginales. A qui ferait-on croire que la restauration d'un culte, qui avait presque sombré dans la tempête, la réorganisation sociale et religieuse de tout un peuple puissent s'accomplir avec le seul secours d'un petit code très-ancien, et sans des règlements nouveaux adaptés à des besoins nouveaux? On suppose donc que l'état *postexilien* des enfants d'Israël a été fidèlement coulé dans le moule de l'état *antéexilien*. C'est une chose bien dure à croire. Un restaurateur a généralement besoin de nouvelles mesures, un réformateur emploie assez communément de nouvelles prescriptions. Dans la vie ordinaire on ne reconstitue pas avec le seul souvenir et les seuls éléments du passé; on reconstitue à l'aide de réformes imposées par les exigences de nouvelles circonstances. Nous pensons donc, sans vouloir pourtant donner cela comme certain, qu'Esdras lui-même, étant obligé de reconstituer le culte et le service du nouveau temple, ou, du moins, quelqu'un de son entourage a *modifié*, par la force des choses, le code de l'ancienne législation sacerdotale, et y a *ajouté* de nouvelles prescriptions demandées par les temps où s'opéra une pareille restauration ».

Hæc asserere non veretur D. Ermoni, quamvis, ut supra vidimus, nihil in libris Esdræ occurrat quo probetur Esdram Legem Mosaicam revera alterasse aut complevisse, imo quamvis ibidem haud obscure affirmetur eum antiquam tantùm Legem legisse atque

instaurasse. Contra hujusmodi argumentum *historicum* nihil prorsus valet argumentum *à priori*, ex adjunctorum novitate desumptum, quo tamen solo innixus duo concludit: 1 Esdram, utpote reformatorem, novas leges condidisse; 2 Eumdem hisce legibus Codicem sacerdotalem mutasse et complevisse. Nam, ut verbis utamur R. A. D. Palis, l. c. p. 529: « M. Ermoni n'a pu prouver aucune de ces deux assertions parce qu'il n'a eu, pour les appuyer, que l'argument *à priori* cité plus haut et que je vais maintenant discuter.

C'est une preuve intrinsèque de convenance ou de vraisemblance qui peut se résumer ainsi: La nouveauté des circonstances et des besoins ainsi que la nature de l'œuvre de réformation que devait accomplir Esdras exigeaient qu'il modifiât l'ancien code de législation sacerdotale et qu'il fit des lois nouvelles pour le compléter.

Ce genre de preuves ne peut avoir généralement en histoire, tout le monde le sait, qu'une valeur secondaire et relative, et même n'en a aucune quand on s'en sert, comme dans le cas présent, contre le témoignage positif de la tradition. Celle que l'auteur emploie dans cette question, et qui est la seule en faveur de sa thèse, est absolument dénuée de toute force probante, dans les deux applications qu'il en fait. Démontrons-le.

Première affirmation: Esdras a fait des lois. La preuve? Parce que « la restauration d'un culte... la réorganisation sociale et politique d'un peuple n'ont pu s'accomplir sans des règlements nouveaux » (p. 894). Cette raison n'est qu'une assertion gratuite. Sans doute un restaurateur, un réformateur peuvent faire des lois, mais ce n'est pas en vertu d'une exigence rigoureuse de leur mission ou de leur qualité. Restaurer, c'est remettre les choses en leur ancien état; réformer, c'est leur rendre la forme primitive. Quelle nécessité de lois nouvelles quand on ne veut que ramener le peuple à l'observation des anciennes, surtout s'il s'agit de lois portées par Dieu lui-même ou par son ordre? Voilà pourquoi Esdras et Néhémie ont pu rétablir et ont rétabli l'ancienne alliance et l'observation de la loi qui en était l'expression et comme la forme extérieure, sans rien innover, sans porter aucune loi nouvelle.

Seconde affirmation : Esdras a fait des lois rituelles et par conséquent il est l'auteur de la partie du Pentateuque qui contient ces lois. Remarquons d'abord que cette seconde affirmation, reposant sur la première, doit crouler avec elle. Mais quand même quelque passage de la Bible autoriserait à admettre ce qui n'est pas, que Esdras fit des « règlements nouveaux », il ne suivrait pas de là que ces règlements aient modifié la Thorah, ni qu'ils auraient été insérés dans le livre **de la loi comme partie indistincte et intégrante.**

C'est ce qui est confirmé d'une manière frappante par un fait qui aurait dû attirer l'attention de M. Ernst. C'étaient bien des temps nouveaux que ceux qui virent Israël passer de l'état anarchique de la période des juges au régime monarchique : ils exigèrent des règlements nouveaux. Mais cette fois les auteurs inspirés ne passent pas sous silence ces innovations législatives ; le premier livre des Paralipomènes, dans un récit dont aucun catholique ne contestera l'authenticité, nous dit, comment David (pour ne parler que de ce qui a trait à lui), classa les prêtres et les lévites, détermina leurs droits, leurs fonctions, les divers services du Temple. I Paral. XXIII. XXVI. Or toutes ces ordonnances qui complétaient celles de la loi de Moïse et semblaient par leur nature devoir être placées dans le corps même de la loi, ou à sa suite, et insérées dans le livre qui la renferme, ces ordonnances restent en dehors de l'ancien texte de la Thorah et sont consignées dans un autre livre sacré distinct du **Pentateuque.**

C'est là, je crois, un exemple typique et qui fait bien voir que, Esdras serait-il réellement l'auteur de nouvelles prescriptions rituelles, on n'en pourrait conclure qu'il les a insérées dans la Thorah, et qu'il est conséquemment l'auteur **d'une partie du Pentateuque.**

Bien plus, ce passage nous fournit une preuve indirecte que Esdras n'a fait aucune loi : car c'est lui, d'après l'opinion commune, qui est l'auteur des Paralipomènes. Or conçoit-on cet écrivain législateur, rapportant les règlements rituels de David **et ne disant pas un mot des siens propres,** et cela dans le livre même qu'il écrit pour raconter son œuvre réformatrice?

Voilà dans quelles invraisemblances on est jeté par

l'argument intrinsèque de vraisemblance ou de convenance, lorsqu'on prétend l'appuyer sur un argument étranger qui, de la tradition, ne laisse dans son ensemble, le seul légitime, qui est de confirmer le témoignage de la tradition quand il existe, ou de le suppléer, autant que possible, s'il faut l'obtenir. »

En résumé, les plus légitimes vraisemblances : « des systèmes qui, en supposant une assurance tout en apparence sans fondement, ne peut ne s'appuyer que sur la parfaite [illegible] de la thèse. La supposition dans le texte sacré de ce qui ne s'y trouve pas et même de l'inverse de ce qu'il lui [illegible], tels sont les arguments qu'une jeune science, née d'hier, ne craint pas d'opposer à la tradition constante et unanime des Juifs et des chrétiens... »

Tandem, cum Eruditi [illegible] probabilitas [illegible] decem tribuum (Cf. Lamy, *l. c. nn.* 55-59), cumque nulla [illegible] Israelitarum [illegible] Pentateuchum [illegible] et Pentateuchum Samaritanum, [illegible] Pentateuchi [illegible] immutatam ab Esdra, [illegible] (Eruditi, p. 595) :

« Nihil hic [illegible] Eruditorum [illegible] argumentum [illegible] Esdras ita [illegible] Pentateuchi [illegible] : Hoc sane argumentum non indigemus, verum fulmineis [illegible] Pentateuchi originis nihil esse [illegible] [illegible] tenemus.

Jam igitur ex hactenus disputatis manifesta [illegible] Eruditorum est. Eruditi nulla [illegible] argumenta probasse, quamque [illegible] asseruisse Pentateuchi Codicem [illegible] quoque [illegible] in Babylonia [illegible] primus ab Esdra mutatum, adeoque [illegible] fuisse.

[illegible]

Conclusio

Doctum benevolumque Lectorem nihil aliud rogamus quam ut, quæ disque illi præsentamus, [illegible] sanæ doctrinæ studio scripsimus, attent[illegible] [illegible] legere, perpendere ac dijudicare faveat.

G. V. D. P.

II

De formula flandrica G. verdomme.

—

Elapso mense Maio prodiit dissertatio inscripta: Question de Théologie Morale. An formula flandrica G. v. doemé habenda sit ut vere blasphema. E. Schoolmeesters, Curé-Doyen de l'église Saint-Jacques à Liège. Liège. Spee-Zélis. In qua dissertatione impugnatur alia de eodem argumento tractatio R. P. Van Elst, inserta Periodico Nouv. Revue Théologique, dist. 1° currentis anni. Quæstioni propositæ respondet affirmative Van Elst, negative Schoolmeesters. Quum plures forte confessarii, auditis aut perlectis argumentis quæ hinc inde proferuntur, incipites haerent circa rectitudinem doctrinæ ac praxis quas hucusque tenuerunt, operæ pretium ducimus controversiam tum momenti practici ad veritatem revocare, nulla cupidine contradicendi cuiquam sed solo studio investigandæ veritatis permoti. Et tria quidem inquirimus. I. Quænam sit genuina formulæ significatio. II. An formula habenda sit ut blasphematoria. III. Quomodo sacerdos, præsertim qua confessarius, fideles circa hanc formulam locere debeat.

I. Quænam est genuina hujus dicti significatio?

Qui circa hanc formulam scripserunt, fere communiter eam interpretantur ad litteram *Deus damnet me*, ita

ut dictum *verdomme* (sive *verdoemme*) constet duabus vocibus *verdom' me*. — Ita Van der Velden, *Praxis*... 2m præcept. c. 3. cas. 1; Van Egeren, *Notat*... fasc. I, in blasph.; Ill. ac Rev. Waffelaert, *Confessarius rite institutus ad impugn. blasphemiam*, n. 48; Van der Moeren, *de Virtut.* append. II; Aertnys, *Theol.* l. III, tr. II, n. 67, q. 6; Theol. Mechlin. *de Virtut.* n. 144, q. 12; Génicot, *Theol.* I, n. 285; Van Elst, diss. cit. p. 94.

His tamen AA omnino repugnat Schoolmeesters, qui p. 2 ait: « Imprimis statuendum est quid ista formula significet. Auctor [Van Elst] illam interpretatur ac si sensus illius foret: *Deus damnet me*.

Hanc versionem prorsus abjiciendam puto. Significat enim simpliciter *Deus damnet*. Ponitur verbum *verdoemen* in modo subjunctivo seu optativo: pronomen *me* non exprimitur.

Taliter intellecta, per se et vi verborum non est nisi imprecationis interjectio quædam; objectum imprecationis non designatur; et solet hæc, per modum exclamationis, ex impatientia vel ex ira proferri, quin ulli malum optare intendatur.

Non est igitur maledictio in Deum, neque in seipsum.

Interpretatio Reverendi Auctoris mihi videtur omnino nova, inaudita, saltem in nostris regionibus. Ex omnibus qui illam formulam pronuntiant, forsan nullum esse arbitror qui seipsum damnationi devovere velit, vel solummodo de hoc cogitet. »

Hanc interpretationem *Deus damnet* olim jam exhibuit consultatio transmissa Periodico *Mélanges théologiques* (t. IV, p. 481), ipsique favet Haine, *Theol.*, de 2° præc. q. 46.

Jamvero imprimis censemus *primitivum* sensum formulæ minime esse eum quem Schoolmeesters proponit. Etenim 1° a priori improbabile apparet invectam esse inter nostrates formulam imprecatoriam in qua ipsum imprecationis objectum non designabatur. 2° De facto id non obtigisse ostenditur: tum ex usu primitivo hujus

formulæ: « Usus ille primitivus videtur fuisse juramentum execratorium, ac si diceretur: Ik mag verdomd zijn indien ik dat doe.. » Ill. ac. Rev. Waffelaert, l. c.; — tum ex formulis identicis apud finitimas gentes usurpatis. Præsertim attendenda est formula Anglica: G. damn me (quamvis etiam adhibeatur suppresso pronomine). Ex hac Anglica nostram formulam ducere suam originem, Van der Moeren l. c. asserit; ac revera in veteri Theologia Mechlin., nomine P. Dens inscripta, ipsa formula Anglica, non flandrica, proponitur: « Variæ passim audiuntur formulæ quæ haberi debent tamquam juramenta quando assumuntur ad aliquid affirmandum vel negandum; et ita juramentum execratorium important hæ: *op mijn ziel... bij den bliksem, diable m'emporte,* Anglice, *God dam me*, Latine *sic me Deus adjuvet...* » t. VI, n. 261; item t. IV, n. 136.

Porro, si semel admittamus hunc sensum etymologicum ac primitivum, nescio quo jure assereremus nunc eamdem formulam, non truncatam, quæ olim pronomen continebat, jam id non continere, sed *me* factam esse desinentiam modi optativi; eo vel magis quod qui vellet pronomen *me* exprimere, numquam diceret *verdomme me*, sed vere *verdom' me*. Assertum sane ex hodierno usu et æstimatione loquentium probandum esset. Ait quidem Schoolmeesters, modo negativo, in suis locis forsan nullum cogitare de damnatione imprecanda sibi; sed non ait, positive, etiam plerosque apprehendere sensum *Deus damnet*. Contra pro nostris locis fatendum puto hunc ultimum sensum vix apprehendi. Inter proferentes formulam alii nullam rationem sibi reddunt de sensu ac forma locutionis, alii multi putant Deo immediate maledici, alii tandem, a confessariis edocti, sensum *Deus damnet me* apprehendunt. Optarem quidem multum ut plures suo testimonio probarent acceptionem *Deus damnet* esse populo usualem: quoniam hæc acceptio grammaticaliter bona est, et omnem sensum blasphematorium longius removet; at donec id factum fuerit,

censeo a consueta interpretatione non esse recedendum, et ideo in sequentibus ab interpretatione laudati scriptoris præscindo.

Jam age, quod majoris momenti est, nullatenus tamquam sensus proprius ac nativus formulæ haberi potest sensus: *Deus sit damnatus*, G. zij *verdomd* (quasi *verdomme* diceretur pro *verdomd*). Quamvis enim in pluribus locis communiter ita accipiant homines, adeoque de facto formula id vere significet apud ipsos, hæc tamen acceptio contra litteram seu vim verborum, ex ignorantia grammatices, a vulgo formulæ affixa est. Id ex dictis constat, et a citatis AA. omnibus vel diserte traditur vel implicite admittitur. Notentur speciatim verba Ill. ac Rev. Waffelaert, l. c.: « est formula execratoria, non in Deum, sed in seipsum hominem. Hæc significatio omnibus indicetur, et certe omnino corrigatur error eorum, qui putent se damnationem optare Deo, nisi forte dixerint: G. verdomd, seu vermaledijd, quod vix aut numquam contingit (1). »

II. An hæc formula habenda est ut blasphematoria; an vero ut simplex maledictio, de se leviter tantum mala, si non ex animo profertur?

Præmittimus regulas generales ex quibus judicandum est an locutio quædam sit, necne, blasphematoria. Quas ita exhibet opus cit. *confessarius rite instit.*, n. 41: « Regula I. Ut sit blasphemia, debet locutio.. esse *certo* contumeliosa Deo. Unde in dubio, an locutio sit

(1) Hanc formulam G. verdomd, hic vix aut numquam, alibi tamen non raro usurpatam, Schoolmeesters, consequenter ad suam interpretationem formulæ ordinariæ, ita explicat (p. 6): non dicitur *verdoemd* sed *verdoemt*, quod potius scribendum esset *verdoem't* = *verdoeme het*, ita ut sensus sit *Deus damnet hoc*. At gratis asseritur scribendum esse *t*, quum vulgaris loquela desinentias *d* et *t* non distinguat. Incassum etiam adjungitur constructionem vocum G. verdomd esse abnormem, quum vulgus in talibus dictis sonum reboantem magis quam bonam syntaxim quærat. Tandem explicatio proposita cuique videbitur laboriosa: dum contra facile intelligitur quomodo ex tritis dicteriis *vervloekt, verdomd*, ad hanc componendam formulam pervenerint.

blasphematoria, necne, minime ut blasphema est sumenda. Et si quis hujusmodi dubiam locutionem.. usurpet, sine animo blasphemandi, non blasphemat.

Regula II... Ut sensus blasphemus determinetur, non sufficit attendere significationem etymologicam, nativum et *proprium sensum* literalem, sed etiam *usus* est inspiciendus, qui potest significationem substantialiter mutare: adeoque et *communis apprehensio* ac æstimatio seu usualis interpretatio patriæ, civitatis, *loci*, eaque *actualis* debet attendi, sicut enim locus, ita et tempus mutat usum. »

Regula III spectat formulas *alteratas*.

Quibus præ oculis habitis, assumimus formulam propositam : ....

A' in suo proprio ac litterali sensu, abstrahentes a communi acceptione et æstimatione hujus regionis ac temporis.

Utrum sic inspecta sit dicenda blasphematoria, AA. non conveniunt. Negantem sententiam propugnavit Periodicum *Mélanges Théolog.* t. II, p. 470 sqq., t. IV, p. 65 sqq., 483 sq.; eamque tenent Van der Moeren, l. c., Kenrick, Theol. mor. I, n. 44, Konings, Theol. de 2° præc. art. 2: pariter quæstionem « disputari posse » docet Ill. ac Rev. Waffelaert, l. c. n. 48. Contra plures eam ut blasphemam habent, suamque sententiam probant duabus rationibus quas nitide exponit Van Elst:

« Ratio affirmandi 1ª. Ista verba, interposito explicite nomine Dei, continent imprecationem seu petitionem Deo contumeliosam: « Imprecari vel deposcere a Deo damnationem cujuspiam, est petitio contumeliosa in Deum; nam ut ratione utar S. Alph. n. 126, Deus non ad perdendum, sed ad salvandum nos pronus est, et communiter in his verbis apprehendunt homines magnam Dei vilipensionem contineri. Continent revera contemptum tum voluntatis Dei salvandi homines, tum omnium quæ fecit Deus pro salute eorum. Deinde si blasphema est imprecatio: *Perdat te Dei sanguis*, prout habet

S. Alphonsus, n. 126 (et auctores communiter admittunt) quidni hæc similis: *Damnet te Deus?* » (*Aertnys*, l. c. n. 67, q. 6.) — Similiter *Van Egeren* (op cit. n. 14): « Locutio ista immediate attingere videtur ipsam bonitatem divinam, cum vi verborum sit provocatio Dei, summe Boni, ad perdendam animam, quam sincere et efficaciter salvare exoptat, quantum est ex sua parte. »

« Altera non minus convincens ratio desumitur ex eo, quod si quis sibi a Deo æternam damnationem imprecatur, manifeste relationem suam cum Deo fine suo ultimo exprimit, sibique maledicit in hoc in quo habet specialem cum Deo relationem; quod.. communiter habetur ut blasphematorium. Hoc vel simile argumentum habet *Van Egeren*, l. c.: « Locutio ista *ex usu*, refertur specialiter adversus animam; hinc ex usu quoque censetur in se continere blasphemiam imprecativam immediate erga animam prolatam, ideoque, mediate saltem, redundantem in ipsum Deum, ad quem anima specialem habet relationem, utpote ad imaginem Dei creata. »

« Et revera si maledicere toti mundo jam communiter habetur ut blasphemia, quia in hac formula sufficienter exprimitur specialis relatio creaturæ ad Deum, nonne idem a fortiori dicendum est de locutione de qua agimus? »

Attamen dubium mihi manet an revera prima ratio omnino « convincens » dicenda sit; secunda autem ratio nullatenus potest convincens dici.

Ut ab altera incipiamus, qua adstruitur formulam ex se esse blasphemiam mediatam, quatenus imprecans sibi damnationem seipsum spectat ut aliquid pertinens ad Deum et sic mediate ipsi Deo maledicit, tria opponimus. a/ Doctrina recepta de blasphemiis mediatis sic habet; « Creaturæ generatim eo facilius in ordine ad Deum considerantur de facto, quo propius de se ordinem ad Deum objective dicunt.

Ita 1. per se de facto considerantur Angeli et Sancti in cœlo, et res sacræ...

Ita 2. sat facile in ordine ad Deum considerantur, nisi abstractio fiat, anima, cœlum, totus mundus seu creaturæ generatim; ut si quis maledicat animæ, cœlo, toti mundo.

3. Maledicta in res quasdam, non sacras, in homines aliquos hic in terra, in mortuos, nisi speciatim in animas purgatorii, per se non sunt blasphemiæ; sed potius requireretur positiva consideratio in ordine ad Deum, ut esset blasphemia. » *Confessar. ritc instit.* n. 13.

Jamvero in formula proposita non maledicitur, expresse et directe, *animæ* sed *homini* viventi: proinde ad tertiam potius quam secundam classem maledictionum reducitur. Verum est damnationem hominis principalius animam attingere et afficere ipsum ordinem hominis ad finem suum ultimum: ideo poterit quis facile, si velit, seipsum considerare cum relatione ad Deum; at talis relatio, populo parum obvia, non est generaliter præsumenda neque vi ipsius formulæ necessario oritur. Unde vel ipse Van Egeren, cujus testimonium producitur, *ex usu* suæ regionis talem relationem colligit. Contra, in alia regione, Konings, l. c., distinguit inter formulam *G. damn me, you*, et *G. damn my soul, your soul*, et ait: « Prior formula vix aut ne vix quidem blasphema probari posse videtur; nam pronomen *me* vel *you* neque etymologice, ut per se patet, neque ex communi apprehensione, nostratum saltem, animam denotat... Altera, spectatis principiis a S. Alphonso mortuorum maledictioni applicatis, blasphema videtur ». Et revera in rem nostram faciunt quæ S. Alph. (l. 3, n. 130) de maledictione mortuorum habet: « ... Respondeo quod tunc maledicere animæ alicujus erit mortale, quando in prolatione maledictionis exprimitur verbum *anima*, connotando excellentiam Divinæ Potentiæ quæ in anima relucet.. Non vero quando maledicitur homini, non facta mentione animæ: sicut jurare per animam alicujus esset verum juramentum, non autem jurare per aliquem hominem, nempe per Franciscum, per Petrum. »

b Imo his verbis S. Alphonsi, quibus invocat paritatem inter mediatam blasphemiam et mediatum juramentum, subiungere possumus: spectata natura utriusque actus, difficilius apprehenditur relatio ad Deum in formula capaci blasphemiæ mediatæ quam in formula capaci juramenti per creaturas. Quod observat Ill. ac Rev. Wahlaert, op. c. n. 48: « .. Dici potest, in juramento quidem, ut existat, semper requiri adeoque adesse apprehensionem relationis ad Deum: in mera autem imprecatione, quando, ut fieri solet, non fit cum animo ut res eveniat, facilius contingere ut talis apprehensio, adeoque non solum intentio sed etiam voluntas contumeliæ in Deum desit. »

c Quoad illationem finalem: « maledicere toti mundo habetur ut blasphemia, quia sufficienter exprimitur specialis relatio creaturæ ad Deum.. » Sane facile sese offert hæc relatio: ecce tamen Itali hanc non apprehendunt, testante Ballerini (Op. Mor. de blasph. n. 36): « fere non cogitatur talis sensus (blasphematorius) et solet potius esse expressio superbiæ et contemptus omnium. » — « nonne idem a fortiori dicendum de locutione de qua agimus? » Qui probaretur illatio a fortiori? Nunne potius dicendum facilius attingi Deum in maledictione totius mundi, totius sui operis, quam in maledictione cujusdam hominis individui?

Quod jam primam rationem propositam attinet: demenda est paritas adducta inter formulam *damnet te Deus* et alteram *Perdat te Dei sanguis*, quam plerique AA. blasphemam dicunt. Disparitatem bene indicant *Melang Théol.* IV, p. 69 sq. et Schoolmeesters, p. 5. Scilicet vere et proprie Deus, justus judex, damnare dicitur; at sanguis Christi, quamvis interdum dicatur fieri quidam in condemnationem, secundum proprium et communem loquendi modum, neminem perdit: et ideo censetur injuriosus Deo qui ipsum pretium ac fontem humanæ salutis tali dicterio in alicujus perniciem detorquet.

Dempta hac paritate, nihilominus ratio ex Aertnys et Van Egeren allata me multum movet et facile concedo in hac formula vilipensionem divinæ bonitatis, scil. voluntatis ejus salvificæ et (per ulteriorem deductionem) omnium quæ fecit Deus pro salute hominum, posse contineri et apprehendi; at dubito an necessario vi verborum contineatur et a proferentibus communiter apprehendi debeat. Si quis alteri imprecatur: Deus te damnet, nonne intelligi potest: te pro peccatis justo judicio damnet? Et si etiam sibi damnationem apprecatur, sine animo ut eveniat et sine intentione inhonorandi Deum, an non pariter intelligi poterit: pro merito meo, justo judicio, sicut homines a Deo damnantur, quin revera apprehendatur, neque a proferente neque a vulgo communiter, divinæ bonitatis vilipensio et Dei injuriosa provocatio? Quod soleant homines in quadam regione in hoc dicto apprehendere vilipensionem Dei, nondum ostendit hunc sensum esse ipsi formulæ imbibitum; multoque minus id ostendit æstimatio nostrorum locorum, quum potissimum ex erronea interpretatione verborum oriatur. Contra, sensum blasphematorium non esse a formula inseparabilem ostendi potest. Nam in America scribentes, Kenrick et Konings in locutionibus: *Deus damnet te*, *me*, nullum sensum blasphematorium apprehendebant. Item Gallice reperitur eadem locutio *D. me damne*, quæ initio fuit stricte juratoria, mox quasi interjectiva facta est, at numquam videtur eumdem quem apud nostrates excitat horrorem ingessisse. In Lexico Academiæ gallicæ, v° damner, describitur: « locution interjective, qui exprime une sorte d'assurance mêlée de surprise. » Sed jam ad actualem æstimationem nostratum transeamus.

B) Ex hodierna æstimatione communi nostræ regionis, hæc formula sensum blasphematorium certo obtinet: ideo hanc proferentes, supposita scientia et advertentia, reatum blasphemiæ incurrunt.

Hanc communem æstimationem, undecumque oriatur,

de hujus vitium testantur unanimiter theologi nostrates qui recentissime et in variis quidem provinciis scripserunt: Ill. ac Rev. Wartelaert. Theologia Mechl., Van der Moeren. Haine. Génicot. ll. cc. Eamdem ceterum deprehendit quotidiana confessariorum experientia. Nec reapse solidum est quod opponit Schoolmeesters:

Communis aestimatio illam locutionem considerat et poenitentes illam confitentur ut quandam maledictionem, concedo: ut blasphemiam, nego. Dicunt enim se maledixisse: *ik heb gevloekt*: *vloeken* non est blasphemare, sed *maledicere*, *mandere*. Fateor plures reperiri qui illam ut blasphemiam traducant, sed negari nequit quod vulgus non satis distinguit quid sit blasphemia, *Godslastering*, quid maledictio, *vloek*, et sæpissime hæc postrema confundit. Sicut Galli sæpissime permiscent verba *jurer* et *blasphémer*, ita theutonici *godslasteren* et *vloeken*. Respondeo: vulgus *vocabula* confundit seu sub uno titulo et, non vero *res* seu confundit. Loco vocabuli *godslastering*, quod bene intelligit sed vix adhibet, populus dicit *vloek*, idem prorsus peccatum significans reintuendens: item pro *God lasteren* dicit *vloeken*, vel etiam *zweren*. Unde quando dicit *vloek* et *vloeken* intelligit malam locutionem *in Deum*, non autem simplicem imprecationem in se vel proximum. Et revera qui simpliciter imprecati sunt mala cuidam, puta mortem, imprecationem eorum, non confitentur nisi forte rudissimi: *ik heb vloekt*, sed: *ik heb iemand verwenscht*, *kwaad gewenscht*. Alia quidem confusio apud rudes interdum obtinet inter blasphemiam et meram irreverentiam erga nomen divinum. Quia scilicet locutiones irreverentes vocare solent sensu diminuto *kleine*, *halve vloeken*, interdum non satis distinguunt inter utrumque genus et indiscriminatim confitentur: *ik heb gevloekt*. Sed hæc confusio non refert quando agitur de locutione G. v. d. Tunc enim plures dicunt expresse *den grooten vloek*, et communiter omnes persuasi sunt esse unam *ex fejoribus* locutionibus contra Deum: hujus rei testes confessarios fidenter appellamus.

Habemus ergo in populo, non meram confusionem verborum, sed realem æstimationem, satis communem, contumeliæ Deo illatæ. An et quomodo hæc æstimatio mutari possit, tangemus in puncto III ad quod properamus.

O. E. D.

Consultationes

I

QUÆRITUR. — Rediens a peregrinatione Romana, attuli quædam diplomata quibus conceditur N. ejusque consanguineis et affinibus usque ad tertium gradum, benedictio apostolica cum applicatione indulgentiæ plenariæ in articulo mortis. Ad hanc lucrandam requiriturne interventus sacerdotis benedictionem impertientis juxta formulam a constitutione « Pia Mater » præscriptam? Nonne simile privilegium adnexum est crucifixis a summo Pontifice benedictis?

RESPONDETUR. — Benedictione pontificia hi crucifixi ditantur indulgentiis quæ nuncupantur « apostolicæ » quæque enumerantur in Elencho quem ultimo edidit SS. D. N. Leo PP. XIII, die 23 Febr. 1878. (1) Inter illas notissima est indulgentia plenaria *in articulo mortis:* quare crucifixi illi « a bona morte » vocari solent, et in hoc conveniunt cum facultate personali concessa in diplomate de quo in quæstione.

In neutro casu requiritur interventus sacerdotis aut ullius formulæ prolatio. Est enim indulgentia concessa, non concedenda: Romanus Pontifex immediate sive N. ejusque consanguineis et affinibus sive crucifixi

(1) *Summarium indulg. SS. Pont. Leonis XIII,* ap. *Rescripta authentica* edita a J. SCHNEIDER, p. 345-349.

possessori concedit hanc indulgentiam acquirendam in ipso mortis instanti, dummodo hic « in mortis articulo constitutus a animam suam devote Deo commendaverit atque juxta... constitutionem *Pia Mater*... (1) paratus sit obsequenti animo a Deo mortem opperiri, b vere pœnitens, confessus et S. Communione refectus et si id nequiverit, saltem contritus, c invocaverit corde si labiis impeditus fuerit sanctissimum Nomen Jesu » (2).

Discrepantia est in hoc quod in uno casu benedictio cum indulgentia adnectitur directe *crucifixo*, et ideo ægrotus, crucifixi proprietarius (3), debet illum tenere apud se vel in cubiculo suo. E contra in altera concessione benedictio cum indulgentia conceditur directe *personis ipsis* in diplomate designatis : unde parum refert utrum moribundus habeat instrumentum concessionis necne.

Notetur admodum facile esse obtinere objectum benedictum cum applicatione indulgentiæ plenariæ in articulo mortis. Nam

1 *multi sacerdotes* gaudent facultate applicandi (simplici signo crucis) indulgentias apostolicas;

2 idque non tantum crucifixis sed etiam *coronis*, *rosariis*, *crucibus*, *parvis statuis et numismatibus*, modo cruces, crucifixi, statuæ et numismata non sint ex stanno, plumbo, aliave materia fragili seu consumptibili confecta, et imagines repræsentent sanctos canonizatos vel in martyrologiis rite probatis descriptos.

C. C.

II

Comme en beaucoup de localités, les murs de l'église de X... sont constamment couverts d'affiches de tout

(1) Ita in citata Constit: « ut (ægrotus) morbi incommoda ac dolores in antecactæ vitæ expiationem libenter perferat. Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter, eundam in satisfactionem pœnarum quas peccando promeruit. »

(2) Quoad hanc ultimam conditionem vide *Collat. Brug.* II, p. 598.

(3) Hic applica quæ scripsimus *Coll. Brug.* II, p. 102.

genre : annonces de ventes, réclames de journaux, affiches illustrées de théatres, affiches électorales des divers partis en temps d'élection, etc., etc. l'administration fabricienne voudrait mettre fin à cet abus ; mais, au cours de la délibération qui a eu lieu à cet effet, certains membres du conseil ont prétendu, contrairement à l'avis de plusieurs autres, que la fabrique n'avait aucun pouvoir pour défendre l'apposition d'affiches, même privées, sur les murs de l'église et de ses dépendances.

Cette opinion est-elle fondée ? Et quel est, en *droit* et d'après la *jurisprudence* en vigueur, le pouvoir de la fabrique relativement à l'affichage sur les murs extérieurs de l'église ou de ses dépendances ?

R. Nous pensons ne pouvoir mieux répondre à la présente consultation qu'en exposant brièvement les principes généraux qui régissent l'importante matière de l'affichage sur les édifices affectés au culte. Cet exposé fournira en même temps la solution de plusieurs autres questions analogues, relatives au même objet, qu'on a bien voulu nous soumettre.

L'administration communale, qui est chargée d'assurer le bon ordre, a le droit de réglementer l'affichage dans les endroits publics : elle peut, dans un but d'intérêt public, déterminer les édifices, bâtiments ou murs où les affiches pourront être apposées, et défendre cette apposition à un endroit déterminé, dans le cas, par exemple, où l'affichage entraînerait des inconvénients graves pour la circulation. Arrêt de la Cour de Cassation du 28 Avril 1879 (*Pasic.*, I, p. 234) ; jugements du tribunal civil de Termonde du 16 Déc. 1879 (*Pasic.* 1881, III, p. 41), du tribunal de police de Lokeren du 14 Sept. 1889 (*Het Vl. Bestuur*, II, p. 26) et du tribunal correctionnel de Nivelles du 4 Sept. 1891 (*Pasic.* 1892, III, p. 55). Cf. *Rev. de l'adm.*, 1878, p. 811 ss. et 1879, p. 329 ; Bernimolin, *Les institut. prov. et comm.*, T. II, p. 207 ; Wiliquet, *Commentaire de la loi communale*, n. 847.

Cependant ce droit de l'administration communale n'est pas absolu; et, spécialement en ce qui concerne les lieux où l'apposition des affiches peut être permise, il est important de faire une distinction entre les affiches de l'*autorité publique* et celles des *particuliers*.

I. Il est reconnu par la doctrine et la jurisprudence qu'il appartient à l'autorité communale de désigner les endroits où seront apposées les affiches *officielles* des actes publics ou administratifs; elle peut désigner à cet effet, non seulement les édifices dont elle a la libre disposition, mais tous les édifices ou endroits publics, y compris les églises, les presbytères et les murs des cimetières, et même les propriétés privées joignant la voie publique. Arrêts de la Cour de Cassation du 5 Fév. 1855 (*Pasic.* I, p. 105), du 24 Oct. 1865 (*Pasic.* 1866, I, p. 142), et du 7 Fév. 1868 (*Pasic.*, I, 148).

Les affiches de l'autorité publique sont a) celles qui ont pour objet la publication des lois, arrêtés, ordonnances, règlements, ou bien encore des avis, circulaires et proclamations que le gouvernement, les pouvoirs provinciaux et communaux doivent ou croient devoir porter à la connaissance du public; b) les affiches dont l'apposition est ordonnée par les tribunaux en exécution d'un texte de loi; c) celles qui, bien qu'elles ne soient pas toujours d'un intérêt aussi général, doivent être apposées, parfois à la diligence de l'autorité, mais parfois aussi à celle des particuliers, pour satisfaire à une disposition spéciale de la loi. Citons pour exemple les affiches des demandes en concession de mines (art. 24 de la loi du 21 Avril 1810), des exploits d'assignation en matière d'expropriation pour cause d'utilité publique (art. 2 de la loi du 17 Avril 1835), des saisies immobilières (art. 39 de la loi du 15 Août 1854): ces affiches, aux termes des dispositions citées, seront placées *à la porte principale de l'église et de la maison communale*.

Toutes les affiches officielles, même en l'absence d'un

règlement communal sur la matière, sont légitimement apposées sur les murs extérieurs de l'église et du presbytère (1). En conséquence, ni l'administration fabricienne, ni le curé n'ont qualité pour en empêcher l'apposition ; et quiconque se permettrait d'enlever, de lacérer ou de recouvrir les affiches apposées, tomberait sous l'application de l'article 560, 1° du Code pénal.

II. En ce qui concerne les affiches *privées*, émanant de particuliers :

1° *En l'absence d'un règlement communal* désignant les lieux d'affichage, a il est incontestable que les particuliers n'ont pas le droit d'apposer des affiches sur les murs de l'église ou du presbytère sans le consentement du conseil de fabrique ou du curé ; il est libre à ces derniers d'arracher ou de faire arracher les affiches apposées contre leur gré.

b D'autre part, il est également certain que la fabrique et le curé peuvent permettre l'affichage sur les édifices dont ils ont la propriété ou la jouissance, et que les affiches placées de leur consentement respectif sur les murs de l'église ou du presbytère le sont légalement. Ce consentement peut même être donné *tacitement ;* et il est censé exister lorsque les édifices ont été affectés à l'affichage par un long et constant usage. Dans ce cas, les annonces privées qui sont placées sans opposition sur les murs de l'église ou du presbytère sont apposées légitimement, et elles doivent être respectées, même par ceux qui ont la propriété ou la jouissance des dits immeubles. Voir en ce sens les arrêts de la Cour de Cassation du 2 Fév. 1880 (*Pasic.*, I, 64) et du

(1) Par *presbytère* ici nous entendons un immeuble appartenant soit à la commune, soit à la fabrique, *affecté* à l'habitation du curé ; et non pas une maison occupée par le curé recevant une indemnité de logement. Dans ce cas, l'immeuble occupé par le curé doit être rangé parmi les propriétés privées. Or, de l'avis de plusieurs auteurs, les affiches même officielles ne peuvent être placées sur les propriétés privées, à moins que celles-ci n'aient été désignées par l'autorité administrative. Bernimolin, *l. c.* ; *Rev. de l'adm.*, an. 1879, p. 337 ; *contra* Willequet, *l. c.*, n. 849.

2 Nov. 1891 (*Pasic.*, I, 279); et les jugements des tribunaux de Quevaucamps, 8 Janv. 1897 (*Rev. de l'adm.*, 1879, p. 341), de Liège, 11 Nov. 1882 (*Pasic.* 1883, III, p. 20, de Fexhe-Slins, 17 Sept. 1884 (*Pasic.*, III, p. 351), de Dour, 7 Mars 1891 (*Pasic.*, III, 206), de Nivelles, 4 Sept. 1891 (*Pasic.*, 1892, III, 55), etc.

Il ne suit cependant pas de ce que nous venons de dire qu'une fabrique d'église ou un curé, qui auraient depuis longtemps toléré l'apposition d'affiches privées sur les bâtiments dont ils ont la jouissance, ne pourraient s'affranchir de cette charge; mais il faudrait qu'ils fissent connaître leur volonté de s'opposer à ce que des affiches privées soient à l'avenir collées sur les murs de l'église ou du presbytère.

Ces divers points sont hors de controverse; mais ici se présente à notre examen une question plus difficile.

2° *L'administration communale peut-elle légalement désigner pour l'affichage d'annonces privées les murs de l'église ou du presbytère?*

Laurent se prononce pour l'affirmative (*Principes de droit civil*, T. VII, n. 466) (1). Giron (*Droit adm.*, n. 216 et *Dict.*, V° Affichage, n. 1) et les *Pandectes belges* (V° Affiches, n. 116) adoptent la même opinion en ce qui concerne les *églises;* et plusieurs tribunaux ont déclaré légal le règlement communal qui autorise les particuliers à apposer des affiches sur les murs des *églises* affectées au culte. Voir les jugements du tribunal correc-

(1) Laurent ne fait pas une mention expresse des presbytères; mais il reconnaît à l'autorité communale le droit de désigner, sans l'autorisation du propriétaire ou du possesseur, *tous* les bâtiments, même ceux qui appartiennent à des particuliers. Cependant on est assez généralement d'accord pour dire que la commune ne peut pas imposer les affiches des particuliers aux propriétés privées. En ce sens, jugements des tribunaux de police de Liège, 26 Avril 1873 (*Pasic.* 1874, III, p. 213), du Rœulx, 5 Juillet 1879 (*Mém. belge*, 1880, p. 76), et de Vielsalm, 15 Mai 1880 (*Pasic.*, III, p. 307); *Rev. de l'adm.*, an. 1879, p. 337; *Pandectes belges*, V° cit., n. 97; Seresia, *Droit de police*, p. 223; Bernimolin, *l. c.;* Wiliquet, ouv. cité, n. 849.

tionnel de Charleroi, 9 Juil. 1877 (*Jurisp. des trib.* T. XXVI, p. 428) et 21 Nov. 1877 (*Pasic.*, III, p. 151), des tribunaux de simple police du Rœulx, 5 Juil. 1870 (*Mém. belge*, 1880, p. 76), et de Jodoigne, 31 Juil. 1891 (*Pasic.* 1892, III, p. 55); et les considérants du jugement du tribunal correctionnel de Liège, 18 Juil. 1891 (*Pasic.*, I, 279). « Seulement, observent les *Pandectes*, *l. c.*, n. 117, il convient qu'en désignant une église, on évite toute préoccupation de vexation et qu'on n'obéisse qu'à une nécessité bien visible pour tous. On doit, en effet, reconnaître que, pour ceux qui pratiquent un culte, l'apposition d'affiches de concerts, de bals, de meetings sur un temple, blesse le sentiment religieux. Le premier devoir de toute autorité étant de respecter les sentiments de ses administrés quand ils sont l'exercice d'une liberté, le pouvoir communal devra s'abstenir de toute mesure qui, sans utilité bien démontrée, froisserait ces sentiments. Toutes les fois donc qu'il existera quelqu' autre lieu où les affiches pourront être apposées d'une manière aussi favorable à la publicité, elle devra s'abstenir de désigner les édifices dont l'administration ne lui est pas réservée ».

Cette thèse, même restreinte dans ces limites, ne saurait se justifier en droit. Il serait en effet contraire à tous les principes qu'une administration communale, sans y être autorisée par une disposition formelle de la loi, et pour des motifs d'utilité *privée*, pût édicter un règlement portant atteinte aux droits de propriété ou de jouissance d'autrui. Or, en vertu de la législation existante, la jouissance de l'église et du presbytère appartiennent respectivement à la fabrique et au curé, aussi longtemps que ces édifices conservent leur destination. L'administration communale ne peut donc, sans le consentement du conseil de fabrique ou du curé, affecter les murs de l'église ou du presbytère à l'affichage des annonces privées ; et, si elle juge à propos de s'en occuper, elle devra se borner à désigner les murs,

bâtiments ou emplacements dont elle à la libre disposition.

Cette solution, qui est la seule juridique, est donnée par la presque *généralité* des auteurs qui se sont occupés de la question. Qu'il nous suffise de citer Nypels, *Le code pénal belge interprété,* T. III, p. 742; Crahay, *Traité des contraventions,* n. 434; Limelette, *Le code pénal appliqué*, p. 321, n. 6, et *Supplément*, p. 114, n. 17; Labye, *De la police du domaine public* (Dissert. insérée dans la *Rev. de l'adm.*, T. IX, p. 428, n. 235); Berten, *Dissert. sur les affiches*, publiée par la *Jurispr. des tribunaux*, de Cloes et Bonjean, T. XIX, p. 126; Delcour, *Rev. cath.*, T. VII, p. 480; Lauwers, *Code de droit civil ecclésiastique*, p. 43; Moulart, *Des fab. d'égl.*, 8me édit., p. 335; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, n. 45; Bernimolin, *ouv. cité*, T. II, p. 207; *Le Mém. belge,* an. 1874, p. 785; an. 1877, p. 516 et p. 363; an. 1879, p. 367; an. 1880, p. 872; an. 1892, p. 141, etc.; *Le journ. belge des cons. de fab.*, T. II, p. 116; *Het Vl. Bestuur*, II, p. 25; III, p. 203; VIII, p. 172; *Revue des fabriques,* I, p. 46; *Jurisprudence des tribunaux,* T. XXVI, p. 428 et p. 1106; *Rev. de l'adm.*, T. XXVI, p. 339 ss.

Le gouvernement s'est officieusement prononcé pour la même opinion dans les observations dont il a fait suivre au *Moniteur* la reproduction de l'arrêt de la Cour de Cassation du 5 Fév. 1855 (*Moniteur* du 16 Fév. 1855); et les tribunaux se sont à différentes reprises prononcés en ce sens. Voir les jugements du tribunal correctionnel de Liège, 24 Fév. 1877 (*Mém. belge*, p. 793), et des tribunaux de police de Charleroi, 21 Août 1877 (*Pasic.*, III, p. 79), de Viel-Salm, 15 Mai 1880 (*Pasic.*, III, 307), de Dalhem, 3 Août 1880 (*Pasic.* 1881, III, p. 241), de Liège, 11 Nov. 1882 (*Pasic.* 1883, III, p. 20). — L'arrêt de la Cour de Cassation du 5 Fév. 1855 est favorable à cette opinion; et les arrêts cités du 2 Fev. 1880 et du 2 Nov. 1891 ne lui sont pas

contraires. Cf. *Pandectes*, *l. c.*, n. 123; et *Pasicrisie* 1884, III, p. 351, en note.

Lors donc qu'un conseil communal prendrait un règlement autorisant l'apposition d'affiches privées sur l'église, le presbytère ou les murs attenants, le conseil de fabrique ou le curé devraient formuler une protestation, et au besoin un recours auprès de l'autorité administrative contre cette disposition; à défaut de quoi, ils seraient censés adhérer à la décision ou tout au moins tacitement consentir à faire servir les dits murs à l'affichage. Arrêt de Cassation du 2 Nov. 1891.

C. V. C.

Ex S. R. et Univ. Inquisitione

Circa usum Spiritismi.

Beatissime Pater, (1)

Titius, exclusa omni conventione cum spiritu maligno, evocare solet animas defunctorum. Ita procedit: dum solus reperitur, quin aliquid aliud præmittat, precem dirigit ad Ducem Militiæ Cœlestis, ut ab ipso obtineat facultatem communicandi cum spiritu talis determinatæ personæ. Aliquantulum expectat: tunc ipse præparatam manum dum prabet ad scribendum, persentit illam moveri, ex quo certior fit de præsentia spiritus. Ipse exponit ea quæ scire cupit, et manus scribit responsa hisce quæsitis. Quæ responsiones quadrant omnes cum catholica fide et doctrina Ecclesiæ relate ad vitam futuram. Plerumque spectant statum in quo reperitur anima alicuius defuncti, necessitatem suam de recipiendis suffragiis, querimonias ejusdem circa ingratitudinem parentum, etc.

His positis, estne licita praxis Titii?

Feria IV, die 30 Martii 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab Emis ac Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, proposito suprascripto dubio, prahabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Uti exponitur, non licere.

Feria vero VI die 1 Aprilis ejusdem anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmó D. N. Leoni Div. Prov. PP. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum adprobavit.

I. Can. Mancini, *S. R. et U. Inquis. Not.*

(1) Dubium ex italico versum.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra tom. III, pag. 297.)

ARTICULUS II.

De speculanda beatissima Trinitate.

§ I.

Monitum prævium.

121. Ut viam sternamus ad profunda Dei, quantum licet in caligine hujus sæculi profunde, simulque modeste scrutanda, quædam sunt præmonenda.

Et primo quidem in memoriam hic præprimis revocandum est nos cogi, quamdiu in hac vita degimus inque via sumus ad patriæ lucem, ex rebus creatis haurire notiones, quas ad Deum quadamtenus intelligendum ac vere, licet imperfecte, cognoscendum transferimus. Nec divina revelatio, ut quoque jam monuimus, naturam mutat notionum rerum divinarum, ita ut ex analogicis propriæ fiant, sed iisdem notionibus analogicis et modo loquendi humano utitur ut abscondita ac rationi impervia cognoscenda ac credenda proponat. Utrimque ergo devius esset et ad errorem declinaret, qui vel alias quam analogicas Dei notiones ex supernaturali revelatione exspectaret, vel nullam aut falsam nos habere cognitionem autumaret eorum quæ de Deo credenda proponuntur. Prior mysterium in divinis et in fide argumentum non apparentium, posterior rationabile fidei obsequium, ipsamque adeo fidem uterque negaret.

Unde nec inutile erit paulo accuratius definire quid

[illegible] quod non potest ratio in hisce divinis arcanis.

Itaque hoc nihil quomodo doctrina de augusta Trinitate est subliminis, nihil quod mentem pro maximum apprehendere nequeunt, non tamen fide propterea videri debet hac doctrina, cum nulla omnino ratione innotescat. Fides proinde non nulla prorsus, si quatenus ad creandum perpetuae mentis desiderium, et ex usque explicata natura hujus veritatis comparata, neque hisce omnibus, nisi quatenus ad ordine generalis amoventur cognitio, neque qui veritatem non novit, eandem vere credere seu et assentiri praebere possit. Fides igitur consistunt, quam in rationem divinae Trinitatis inquirunt, sigillatimque investigantur in subjiciendam veritatem, quibus illae probatae continentur. Ut enim ex conscientia ebriori ad sobriam, neque ex fide assentiri, qua nondum assumpsit ordinat ad pietatem: nisi si qui forte pro eium conscientiam exhibentur veritatem veli, quae latent in nobis, verbumque atque abundantur.

Multo autem evidentius scientia, intelligentiaque prorsus, quae ex usque natura referuntur, et quae obscura sunt clarescunt, quae vero implexa ejus explicentur, omnibus nominum fidei, quam Chrysostomus (1) fidei fructum et omnem nuncupat, ad quam Cyrillus Alexandrinus (2) post fidem consideratione esse testatur, de qua praedicat Anselmus: « Sicut recta ordo exigit, ut prius credamus fidei arcanum, postquam ea praesumamus ratione discutere, ita negligentia mihi videtur si postquam confirmati sumus in fide, non studemus quod credimus intelligere (3) ».

122. Tandem, quod hic addere, quomodo minime superflum videri debeat, homini tradere quod humana ratione cognovit non potest: minima enim et quantumli-

(1) In epist. ad Philip., hom. XI.
(2) In Catena ad Joan. VI.
(3) [illegible]

bet obscura divinitatis cognitio, ut ad initio diximus, omnem rerum creataram cognitionem antecellit, et, quod speciatim Trinitatem augustissimam attinet, hoc mysterium totius doctrinæ salutaris quasi cardo est ac fundamentum, utque notat Angelicus Doctor: (1) Cognitio divinarum personarum fuit necessaria nobis dupliciter. Uno modo ad recte sentiendum de creatione rerum. Per hoc enim quod dicimus Deum omnia fecisse Verbo suo, excluditur error ponentium Deum produxisse res ex necessitate naturæ. Per hoc autem quod ponimus in ea processionem amoris, ostenditur quod Deus non propter aliquam indigentiam creaturas produxit, neque propter aliquam aliam causam extrinsecam, sed propter amorem suæ bonitatis.... Alio modo et principaliter, ad recte sentiendum de salute generis humani, quæ perficitur per Filium incarnatum et per donum Spiritus Sancti (2).

Igitur potest ratio apprehendere notiones sibi a Deo revelante circa divinam Trinitatem traditas, quarum naturam paulo infra accuratius explicabimus, easque revelatas veritates debet homo propter divinam auctoritatem, sibi manifestam, fide firma tenere, post fidem tandem easdem notiones ac veritates creditas potest excolere ac perficere, quod quidem summopere decet. Ac profecto ampla hæc est studii materia, hucque scientiæ fidei comparandæ non alacritate magis quam dexteritate opus est: et alacritate quidem, quod mysterii enarratio ac intelligentia in arduo sit et inter salebras versetur: dexteritate vero, quod neque omnis commendetur alacritas et industria, sed quæ rationis consilio ac fidei humilis luce gubernetur, atque apte congruenterque adhibeatur.

Ad hoc proinde, post fidem, inducitur ratio, non quæ sufficienter probet radicem, ut loquitur divus Thomas (2), sed quæ radici jam positæ per revelationem, ostendat congruere consequentes effectus.

---

(1) 1ª, q. XXXII, art. 1, ad 3m.
(2) Ibid., ad 2m.

123. Sic transimus ad secundum, quid non possit ratio in cognitione divinæ Trinitatis, videlicet, nec Trinitatem invenire quod sit, nec, revelatione jam cognitam ita intelligere, seu sufficienter probare radicem, ut demonstret quod sit. Et hoc rursum concinne ostendit S. Thomas: « Impossibile est, *ait* (1), per rationem naturalem ad cognitionem Trinitatis divinarum personarum pervenire. Ostensum est enim supra, quod homo per rationem naturalem in cognitionem Dei pervenire non potest, nisi ex creaturis. Creaturæ autem ducunt in Dei cognitionem sicut effectus in causam. Hoc igitur solum ratione naturali de Deo cognosci potest, quod competere ei necesse est secundum quod est omnium entium principium.... Virtus autem creativa Dei est communis toti Trinitati. Unde pertinet ad unitatem essentiæ, non ad distinctionem personarum. Per rationem igitur naturalem cognosci possunt de Deo ea quæ pertinent ad unitatem essentiæ, non autem ea quæ pertinent ad distinctionem personarum ».

Occasione horum verborum S. Thomæ notatu dignum est quod, cum de Deo nullos habeamus in hac vita conceptus proprios, sive intuitivos, sive ex effectibus univocis, quales nulli existunt aut esse possunt, sed conceptus analogicos tantum, ex effectibus nempe æquivocis, a perfectione causæ infinite distantibus, hi tamen conceptus analogici rursum sint in duplici differentia, quos alios immediatos, alios mediatos non immerito dixeris. Revera immediate ex creaturis apprehendimus analogice quæcumque ad unitatem essentiæ divinæ attributaque absoluta spectant; quando vero de Deo agitur formaliter ut est actus ad intra et personarum trinitas, cum sic non sit nec esse possit causa operum ad extra, ex hisce operibus non possumus eum immediate sive quid sit sive an sit cognoscere, creatas perfectiones transferendo ad Deum ut est actus ad intra,

(1) 1ª, q. XXXII, in corp.

easque corrigendo per negationem imperfectionis et per supereminentiam, cum Deum ut sic hae perfectiones non habeant nec adeo referam ut causam. Igitur ad attingendum mysterium SS. Trinitatis, notiones analogicae ex creatis non immediate deserviunt, sed potius mediate, quatenus, posita revelatione processuum ad intra, relationumque originis ac personarum divinarum, et ipsa revelatione analogice ex creatis notiones proponente, mediante hac revelatione et ex attributis Dei absolutis, adeoque mediate ex creaturis notios Deum secundum essentiae unitatem manifestantibus, jam cum analogia ad creaturas nobis nota quadamtenus processiones divinas Trinitatemque concipimus. Quod ut clarius appareat, in concreto idem faciamus : v. g. in spiritu creato non est analogia necessaria quasi et naturalis, directa et immediata cum spiritu infinito sub ratione actus ad intra, sed tantum sub ratione notus absoluti, quia sub hoc respectu, non sub priore, ducit spiritus creatus ad mentem ut effectus aequivocus ut causam. Sed, postquam revelatio nos docuit Deum ut est actus ad intra, jam ex attributis absolutis analogice notis, potissimum ex actu puro absoluto intelligendi ac volendi, quae, ipsa revelatione duce, conferimus cum processionibus ad intra, adeoque mediate ex spiritu creato, possumus analogice processiones et Trinitatem personarum concipere et declarare, ita ut spiritus creatus non immediate et directe, quamquam solum analogice, Trinitatem manifestet, sed tantum Deum ut est actus purus intelligendi ac volendi, et, hac notione mediante, ac juvante semper revelatione, analogias quidem, non tamen necessarias nec naturaliter ducentes ad Trinitatem, subministret ut Trinitatis notio concipiatur.

Modo dicebamus verbulum de conferendis attributis Dei absolutis cum processionibus ad intra, non inutile erit jam hic addere, quod magis supradicta declarat, attributa quaedam analogiam seu affinitatem quamdam

specialem habere cum charactere hypostatico singularum personarum, quæ quidem affinitas fundamentum est appropriationis aliquorum attributorum, revera communium et identicorum in tribus, uni determinatæ personæ, qua de re infra. Jamvero, quod huc spectat, cum creata perfectio analogice referat attributum absolutum, hoc vero affinitatem habeat specialem cum charactere personali, mediate ergo creata perfectio quasi a longe personam analogice refert. Unde S. Thomas: « Repræsentatio, *sit* vestigii attenditur secundum appropriata, per quem modum ex creaturis in Trinitatem divinarum personarum veniri potest (1) », mediate videlicet, modo a nobis explicato, et posita cognitione per revelationem. Et sursum: « Secundum hoc processiones personarum sunt rationes seu causæ productionis creaturarum, in quantum includunt essentialia attributa, quæ sunt scientia et voluntas (2) ».

124. Ex omnibus supra dictis statim quoque intelligitur quanti momenti sit in hujusmodi mysterio rite modum loquendi observare et pressius inhærere terminis quibus veritates rationi impervias nobis in scripturis sacris ac traditione ecclesiastica proponuntur. Fides enim ex auditu, auditus autem per verbum Christi, sunt igitur vocabula totidem velut instrumenta divinitus delecta, quibus cognitio atque intellectus credendarum, ipsaque fides mentibus inseratur: cæterum, res expiratissima est, vix a nobis quidquam cogitari nisi intime vocabulo colligatum: tandem, non tantum credendi officium, sed etiam profitendi fidem nobis impositum est, quod nonnisi vocabulis exprimendo veritatem mente retentam potest expleri. Merito profecto Augustinus ex licentia verborum consequi docet, ut impia eorum, quæ verbis significantur, signatur opinio (3), et ipsum

(1) 1ª, q. 45, art. 7, ad 1um, et cf. q. 32, art. 1, præs. ad 1um.
(2) 1ª, q. 45, art. 6, in corp., et cf. art. 7, ad 3um.
(3) *De civit. Dei*, l. X, c. XXIII.

secutus S. Thomas monet (1): « Quia ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis.... ideo cum de Trinitate loquimur, cum cautela ac modestia est agendum, quia ut Augustinus dicit in l. de Trinitate (c. III) nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid invenitur ».

(Continuabitur.)

(1) 1ª, q. XXXI, art. 2.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Octobris

—

I

Commentare Jo. I, 1: *Et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum.*

II

Demonstra ad omne opus salutare internam gratiam supernaturalem (sive habitualem sive actualem) esse absolute necessariam.

III

Explica in quo consistat reviviscentia sacramentorum.

IV

Proba baptismum validum sed informe reviviscere, obice remoto; addendo qua ratione obex removeatur.

V

Contra Græcos schismaticos, ostende validum esse baptismum infusione collatum, non secus ac immersione.

VI

Quomodo definitur et quomodo potissimum dividitur censura, explicando?

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Junii propositas

—

I

Q. Explana II Paral. XVIII « 18 *Audite verbum Domini: Vidi Dominum sedentem in solio suo, et omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris et à sinistris.* 19 *Et dixit Dominus: Quis decipiet Achab regem Israël ut ascendat et corruat in Ramoth Galaad? Cumque diceret unus hoc modo, et alter alio:* 20 *processit spiritus, et stetit coram Domino, et ait: Ego decipiam eum. Cui Dominus, In quo, inquit, decipies?* 21 *At ille respondit: Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Dixitque Dominus: Decipies, et prævalebis: egredere, et fac ita.* » Cf. III Reg. XXII, 19-22.

R. v. 18/ *Audite... à dextris et à sinistris.* A dextris fuerint Angeli, à sinistris vero dæmones, unde exiverit qui dixit v. 20: *Ego decipiam eum.* Sic Job I, 6: « *Cum venissent filii Dei ut assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan* ».

Notandum verò cum à Lapide « hanc visionem non fuisse rem veram vereque gestam, sed imaginariam: Deus enim in imaginatione Michææ pingebat hanc speciem et formam concilii, ut videretur sibi videre Deum cum Angelis et dæmonibus consultantem de modo decipiendi regem Achab. Nec enim verè Deus concilium cum Angelis, multò minus cum dæmonibus celebrat, neque cum eis consultat, utpote qui sciat certissimo omnes modos rei conficiendæ, quique sint futuri efficaces et habituri effectum, qui non. « *Quis enim consiliarius ejus fuit?* » Rom. XI, 34.

Igitur fuit imaginaria et symbolica hæc visio, à Deo

immissa Prophetæ, ut per eam rex Achab intelligeret se decipi à suis pseudoprophetis victoriam promittentibus, illique fieri Deo permittente et disponente ad justam ejus justificationem et meritum. Adimplebat enim Deus se suumque oraculum Achab regis tæpui et conceptui. »

19. *Et dixit Dominus: Qui decipiet Achab?* — « Ita Dei inquisivit, ait à Lapide, præter dementia et scelera Achab, duo significat: Prius, quod decipere alienum est à Deo... Posterius, quod ipsum decipere dæmonum fuerit evente mutatum et ordinatum à Deo ad Achab punitionem: Deus enim volebat punire Achab, idèoque permisit eum consulere dæmonem per suos pseudoprophetas, ac dæmonem permisit mentiri et decipere Achab, promittendo victoriam in prælio, quo ipse erat occidendus... Hæc duo, ait Cajetanus, significat ista Dei inquisitio. Nam alioqui Deus propriè nihil inquirit, cum omnia perfecte perspiciat et sciat. Loquitur ergo hic Scriptura anthropopathè, sive humano more, quia homines in re dubia et futura inquirunt et consultant de modo congruo rei peragendæ ».

Dumque diversi sunt hos modi, et diversi illi, « Varii modi decipiendi Achab ab adstantibus non tam Angelis, quam dæmonibus in symbolica hac visione Dei suggesti narrantur, qui in particulari non recensentur, quia ds uti voluit Deus. In genere tamen referuntur, ut pateat omnes modos decipiendi a Deo esse cognitos, et in promptu ad manum, ut ita ensequatur decretum suæ providentiæ, et punitræ de nolendi impio. Ita Cajetanus » a Lapide.

21. *Processit igitur, hebr. hayyaçâ, cum arrogantia, illi spiritus*: scilicet Satan, princeps dæmonum et pater mendacii, abiuit se Dominus ad decipiendum Achab.

22. *Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus*: « p. d. Suggeram mendacium et mendax pronuntiatum omnibus pseudoprophetis Achab, ut illi uno ore regi promittant victoriam in prælio, cum ipse in eodem sit occidendus » a Lapide.

Dixitque Dominus: Percute, et percutiebat: egredere, et fac ita. « Verba sunt Dei non jubentis, sed permittentis diabolo parato deripere, ut Iobum Achab. Sic Christus ait Judæ: « Quod facis, fac citius. » Joan. cap. XIII. 27. id est permitto ut facias me prodas... Hisce enim phrasibus significat Scriptura altissimam Dei providentiam ita sua manu continere omnium hominum voluntates, tam malorum quam bonorum, ut nihil omnino velle aut agere possint, nisi quod Deus permiserit » a Lapide.

G. V. a. P.

II

Q. *Expone quomodo in vitam humanam aut diversi gradus perfectionis et visionum, antequam Beatus sit perfecte beatus.*

R. I. Ad primam quæstionis partem solvendam tria exponemus, nempe 1° dari quo diversis subjectis varios perfectionis gradus in visione beatifica. 2° quæ in re consistat hæc diversitas. 3° quænam sit ejus diversitatis radix et mensura.

1. Quod primo loco asseritur, ex S. Scr. demonstrari potest explicato sensu verborum quod sequenti syllogismo facimus. Si dantur varii gradus in hominis beatitudine subjectiva simpliciter dicta, dantur vari gradus in ipsa visione beatifica. Atqui dantur vari gradus in hominis beatitudine subjectiva simpliciter dicta. Ergo. Probatur connexio conditionis et conditionati. In omni hypothesi, uti demonstravimus V. Diss. Scrip. ann. III. p. 565, essentialis seu simpliciter dicta beatitudinis objectum est ipse Deus: præterea in præsenti Providentiæ ordine unica Dei possessio qua homo evadit simpliciter beatus est visio Dei intuitiva: hoc supponitur demonstratum (Cfr. Jungmann, De Novissimis n. 164); ergo in tantum erunt varii perfectionis gradus in

beatitudine subjectiva simpliciter dicta in quantum aliquid perfectionis gradus in ipsa visione Dei immediata seu beatifica.

Probatur assumptum, sci. dari aliquis perfectionis gradus in beatitudine subjectiva simpliciter dicta. Hoc dicitur ex S. Scr. Nam beatitudo cœlestis subjectiva simpliciter dicta notis exhibetur ut merces bonorum operum et quidem ut merces cuique ratione proportionata unusquisque meritis. Etenim de ultimo judicio sermonem habens S. Scr. a beatitudinem cœlestem subjectivam simpliciter dictam exhibet tanquam mercedem bonorum operum: « Tunc dicet Rex his, qui a dextris ejus erunt: Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare;... » (Mat. XXV, 34 et seq.). Rodem Dominum Dominum universalis principum sacerdotum de retribuenda operum: « Filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis et tunc reddet unusquisque secundum opera ejus ». (Mat. XVI, 27.) Beatitudinem operum proportionari eorum bonis operibus explicare tradit, quemadmodum ille qui dedit mina lucratus est, et imperavit eum habere, qui habent, quinque, scilicet quinque civitates. (Luc. XIX, 16 et seq.)

Verbis his demonstrata definita dicit (Conc. Flor. sententia): animarum animas in eodem mox corpori et mundo fideli ipsum Deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. (Denz. *Enchir.* n° 588).

2. Quamvis Deus ipsam Dei essentiam seu Deum ipsum est in se infinitum, tamen nullus creatus intellectus Deum comprehendere potest, seu Deum cognoscere quantum cognoscibilis est. Nam quia Deus est in se infinitus est etiam infinite intelligibilis: quantumlibet cognitus Dei comprehensione habent tamen non a potentia cognoscendi infinita. Sed nullus creatus ens finitus intellectus hac cognitione fruiri potest. Ergo,

Ut ulterius explicetur in quo deficiat intellectus creatus omnis relate ad suam de Deo cognitionem intuitivam, sciendum est quod *comprehendere* Deum est ita Ejus essentiam intueri ut in ea perspiciantur etiam omnia quæ Deus facit vel facere potest. Deus enim quum sit plenitudo τοῦ Esse est etiam causa exemplaris et efficiens omnium quæ sunt vel esse possunt: ergo comprehendere Deum est ita perscrutari essentiam Ejus ut in ea tamquam in causa perspiciantur omnia quæ Deus facit vel facere potest. Si nulla creatura cognoscibilitatem essentiæ divinæ exhaurire potest, tamen creatura quæ divinam essentiam intuetur in ipsa necessario tamquam in causa aliquos effectus cognoscit. Nam cognitio effectuum in causa se habet sicut cognitio conclusionum in principiis: qui autem melius principium penetrat, plures etiam in eo conclusiones videt. « Qui enim habet intellectum elevatum, statim uno principio demonstrativo proposito, ex ipso multarum conclusionum cognitionem accipit, quod non convenit ei qui debilioris intellectus est, sed oportet quod ei singula explanentur ». (S. Th. 1, q. XII, a. 8) Quanto ergo aliquis perfectius Deum videt, tanto plures cognoscit horum quæ Deus facit vel facere potest: et secundum hoc est diversitas in perfectione visionis beatificæ.

3. Radix autem et mensura perfectionis visionis beatificæ est gratia sanctificans. Nam si cognitio beatorum non potest adæquare cognoscibilitatem Dei, dicendum est perfectionem visionis mensurari in unoquoque secundum quantitatem et efficaciam virtutis cognoscitivæ. Sed in primis, hæc major vel minor virtus, nullatenus attendi potest secundum naturales creatorum intellectuum facultates, quia ad visionem Dei omnes intellectus creati, tam humani quam angelici secundum sua naturalia æqualiter se habent. Ad hanc enim visionem, nullam positivam habent dispositionem, sed sunt in potentia mere obedientiali. Quapropter cum

facultas videndi Deum non competat intellectui creato secundum suam naturam, oportet ut intellectus supernaturali lumine elevetur et roboretur quod vocatur lumen gloriæ et quod intellectum in quadam deiformitate constituit : per solum ergo lumen gloriæ intuetur Deum intellectus et consequenter eo perfectius quo de lumine gloriæ plus participat. Porrò plus participabit de lumine gloriæ qui plus habet de gratia sanctificante quia hæc comparatur ad omnes habitus supernaturales operativos, tam viæ quam patriæ, sicut natura ad proprias facultates, et ideo in gradu intensitatis sibi mutuo respondeant necesse est. Hac igitur ratione visio Dei perfectior erit in uno quam in altero. (Ita fere P. Billot, *De Deo Uno et Trino*, T. I, Thes. XIV)

II. Reliquum est ut exponamus quomodo hæc diversitas non impediat quominus unusquisque Beatorum sit *perfecte* beatus. Quod sic patet. Beatitudo est « bonum perfectum quod totaliter quietat appetitum. » Tunc ergo erit homo vel angelus perfecte beatus quando Deum, Summum Bonum, hoc possidet modo quo appetitus totaliter quiescit. Porro hoc verificatur de unoquoque Beatorum. Etenim : 1/ *Intellectus* Beati immediate Deo tamquam intelligibili objecto unitur : ideo Deum *totum* videt, quamvis non *totaliter* quia Deum comprehendere nequit, ut supra demonstravimus ; ita etiam veritatem totam intuetur quamvis non totaliter : jamvero objectum formale intellectus est verum, quum ergo beati intellectus universale verum contempletur, jam suum objectum in tota sua extensione attingit. Nunc si intensitas cognitionis attendatur, quum visio beatifica per solum lumen gloriæ haberi queat ipsique perfecte proportionetur, sequitur Beati intellectui tantam esse veri universalis intuitionem quantam fert intellectus capacitas : ergo intellectus tunc cognoscit tantum quantum cognoscere potest, et ideo in tali est statu ut vi ejus cognoscitivæ perfecte satis sit factum, nec possibilis sit ulterior veritatis inquisitio, et inde perfecta obtineatur quies.

2. *Voluntas* Beati Deum amat per charitatem supernaturalem, cujus intensitas proportionatur gratiæ sanctificanti et cui consequenter lumen gloriæ. Quapropter hominis jam visione beatifica possidentis Deum, voluntas, quum sequatur apprehensionem intellectus, Deum amat amore cognitioni perfecte correspondente, scilicet: quanta perspicacitate intuetur intellectus Deum ut Summum Verum, et in Eo Summæ Bonitatis rationem prœsentat voluntati, tanta etiam intensitate amat voluntas Deum ut Summum Bonum. Eoque fruitur: igitur iterum, appetitus voluntatis ad Deum perfecte satiatur et ideo perfecte quiescit.

Ergo unusquisque Beatorum Deum hoc possidet modo quo appetitus totaliter quiescit, ergo est perfecte beatus.

Nec objici potest quod tristitia vel invidia exoritur ex eo quod unus sciat alterum majori gloriæ gradu frui: nam Beati hanc diversitatem in divina contemplantes essentia, illam ordinatissimam esse vident, in eaque Dei Sapientiam, Bonitatem. Potentiam splendido elucere modo intelligunt: quum Deum hac de re laudant, tum concivibus suis quos amore perfecto prosequuntur, congratulantur.

J. V. D. M.

III

Q. *Proba fornicationem esse ex jure naturæ graviter prohibitam.*

R. Nullo quidem negotio eruitur ex doctrina morum revelata graviter malam esse fornicationem; at magni interest id etiam ex ethica naturali stabilire, nostris præsertim temporibus, quibus hinc socialistæ « naturalem viri ac mulieris unionem, gentibus vel barbaris sacram, dehonestant: ejusque vinculum, quo domestica societas principaliter continetur, infirmant aut etiam

libidini permittunt » (Encycl. *quod Apostolici*, a. 1878), — hinc naturalistæ docent « matrimonium ad negotiorum contrahendorum pertinere genus : rescindi ad voluntatem eorum, qui contraxerint, jure posse » atque « ita ad illud festinat cursus, ut matrimonia in aliam naturam convertantur, hoc est in conjunctiones instabiles et fluxas, quas libido conglutinet, et eadem mutata dissolvat » (Encycl. *Humanum genus*, a. 1884).

Jamvero hujus rei probatio invenitur apud S. Thomam, tribus potissimum locis : imprimis c. 122 libri 3 *Summæ contra Gentiles*, deinde a. 1 et 2 quæstionis 15 *de malo*, denique in *Summa Theol.* 2-2, q. 154, a. 2. Quem articulum exponens optimus S. Thomæ commentator, Thomas de Vio Cajetanus, eamdem probationem strictissima argumentatione adversus Martinum de Magistris vindicat. Tandem utriusque Thomæ (ut veteres aiebant) sententiis ac pene verbis inhærens Billuart, rem demonstrat modo adeo plano ac nitido ut ipsius verba, paucis tantum adjectis, pro solutione quæstionis hic referre placeat.

« Fornicatio simplex est intrinsece mala mortaliter : proindeque non solum est mala quia prohibita, sed prohibita quia mala...

Ante probationem a ratione suppono 1° tanquam certum seminationem humanam ordinari naturaliter non solum ad generationem, sed etiam ad nutritionem, educationem et instructionem prolis. Id patet ex natura seminis et prolis necessitate secundum corpus et secundum animam. Frustra enim esset generatio, nisi debita nutritio sequeretur, quia generatum non remaneret debita nutritione subtracta : et in specie humana proles non solum indiget nutritione quantum ad corpus, ut in aliis animalibus, sed etiam instructione quantum ad animam. Nam alia animalia habent naturaliter suas providentias, quibus sibi providere possunt, homo autem ratione vivit, quem per longi temporis experimentum ad prudentiam pervenire oportet. Unde necesse

est, ut filii a parentibus quasi jam expertis instruantur, nec hujusmodi instructionis sunt capaces mox geniti, sed post longum tempus, et præcipue cum ad annos discretionis pervenerint.

Suppono 2º quod in animalibus in quibus sola fœmina non sufficit ad educationem prolis, a naturæ auctore inditum sit ut mas et fœmina post coitum commaneant quousque necessarium est ad prolis educationem et instructionem, ut patet in quibusdam avibus, quarum pulli indigent foveri et cibo aliunde quæsito nutriri, ad quæ cum non sufficiat sola femella, a natura inditum est mari in talibus ut commaneat femellæ ad educationem fœtus. Manifestum est autem, quod ad educationem hominis non solum requiratur cura matris, a qua nutritur ad tempus, sed multo magis cura patris, a quo est instruendus, defendendus, corrigendus et in bonis tam interioribus quam exterioribus promovendus, proindeque necessum est, ut in specie humana sit naturale vinculum seu societas maris ad determinatam fœminam, non ad breve tempus, sed diu et per totam vitam; sic enim secundum se exigit debita prolis educatio. Hanc autem societatem matrimonium vocamus. Ex his principiis sponte fluit ratio a priori... Fornicatio simplex est concubitus secundum se privatus ordine naturali ad suum finem, scilicet educationem prolis, proindeque secundum se importat inordinationem, quæ vergit in grave nocumentum, non solum ejus qui ex tali concubitu nasciturus est, sed etiam boni communis et societatis humanæ, in quam plurima et pessima mala irruunt ex mala educatione membrorum. Ergo secundum se est peccatum mortale. Prob. Antec. Debita educatio prolis in specie humana exigit inter marem et fœminam diuturnam societatem post coitum, ut patet ex dictis. Atqui fornicarius concubitus secundum se neque supponit neque importat hanc diuturnam societatis maris et fœminæ, quin potius contrarium importat: est enim soluti cum soluta, hoc est eorum qui nullo inter se

vinculo sunt devincti; ex quo fit quod, quantum est ex natura actus fornicarii, pars post coitum possit pro libito deserere compartem, prolem non agnoscere, nullam ejus curam gerere, quod sane frequentissime accidit, et consequenter pessima prolis educatio. Ergo.

Nec obstat, si dicas fornicatores posse inter se pacisci et jurare de cohabitatione, quamdiu necessaria erit ad prolis educationem, aut aliter illi providere. Respondetur enim id esse per accidens actui fornicario, per se autem illi convenire ut partes non teneantur post coitum commanere, cum per ipsum nullo vinculo ad hoc arctentur in quantum fornicatores sunt, nec prohibeatur quis, quantum est ex ipsa ratione actus fornicarii, ad quamcumque aliam accedere, et ideo quantum est ex se, est actus privatus naturali et debito ordine ad educationem prolis. Quod ergo fornicator post coitum diu commaneat mulieri, et eam juvet ad prolis educationem, facit quidem quod fornicatio actu non noceat proli et bono communi, sed non tollit quin sit secundum se nociva et deordinata a fine generationis: imo id ipsum aperte ostendit ipsa provisio ordinata ad educationem prolis fornicariæ; nam si non esset deordinatus et per se nocivus iste concubitus, non oporteret ejusmodi provisiones adinvenire, ut proles sine nocumento evadat, sicut non providetur concubitui matrimoniali, quia non est secundum se nocivus proli. Porro in actibus humanis bonitas aut malitia specifica attenditur secundum id quod illis convenit per se, non autem secundum id quod illis convenit per accidens. Itaque differentia inter *per se et per accidens*, inquit hic Cajetanus, monstrat fornicationem esse peccatum mortale et solvit omnes difficultates ».

Revera hic attingitur ultimum *quia* assertæ veritatis. Omnis fornicatio per definitionem et essentiam est inter personas congredientes sine naturali vinculo et ideo ipsa caret naturali ordine ad prolem educandam. Quodsi accedat inter fornicarios pactum vel aliquid hujusmodi,

in eo etiam casu fornicationi non inditur ordo naturalis ad prolem educandam, sed tantum annectitur ordo accidentalis, ipsa autem manet naturaliter et intrinsece deordinata. Apposite Palmieri, *de matrim.* th. 6: « Quamvis pactum fiat educandæ prolis, id est per accidens non per se, superadditum scilicet huic unioni, quæ per se eadem secundum essentiam manet: idcirco ea non est obligatio maritalis, sed qualis a quolibet suscipi posset etiam pro prole alterius. Per se igitur spectata ea unio adversatur juri naturæ, etsi illud pactum superaddatur. Oportet scilicet, pactum esse de essentia unionis, quia hæc ex essentia sua est ad illum finem (prolis educandæ) ordinata. »

Sed ecce idem Palmieri, qui in laudato opere thesim hic propositam egregie tuetur, in recentiore Opere theol. morali Ballerini (de 6° et 9° præc. n. 77) dubium movet de demonstratione tradita a S. Thoma in Summa Theol. l. c. (quam postea, ut diximus, evolverunt Cajetanus et Billuart): « ea demonstratio est ne huiusmodi, ut demonstret iam lege naturæ vetitum esse vagum concubitum, an solum ut demonstret eum non convenire humano generi ita, ut iusta lege positiva prohibendus fuerit? Si primum; cur ad excludendam liceitatem casus, cum quis fornicator sufficienter providet educationi prolis, recursus non fit ad legem naturalem, quæ universalis est, sed ad principium, quod valet in lege positiva? Si alterum; ergo lex naturæ per se solam nondum prohibet fornicationem. Et hæc videtur sententia S. Doctoris. Lex autem positiva intelligenda est lex divina. » Respondemus: 1° ut ipse Palmieri notat, S. Thomas hic sibi proponit quæstionem: utrum fornicatio simplex sit *peccatum mortale*, et non, utrum sit intrinsece mala. Ideo postquam ostendit concubitum vagum esse « contra naturam hominis » et matrimonium esse « de jure naturali » addit istud matrimonium etiam lege positiva determinari: quibus suppositis merito opponit citatæ objectioni aliquod principium juris

positivi. Sed an ideo censet objectioni non posse satisfieri ex ipso jure naturæ? Minime. Nam l. 3, c. 122 Summæ contra Gentiles eidem objectioni occurrens ait: « Non autem huic rationi obstat, quod aliqua mulier suis divitiis potens est ut sola nutriat fœtum: *quia rectitudo naturalis* in humanis actibus non est secundum ea quæ per accidens contingunt in uno individuo sed secundum ea quæ totam speciem consequuntur. » 2° Imo S. Doctor in q. 15 de malo, a. 2 ad 12, eamdem rursus difficultatem solvens, principium in Summa Theol. adhibitum, quodque magis proprie de lege positiva valere concessimus, ipsi naturali legi aptat. Nempe ad obj.: « commixtio maris et feminæ ordinata est ad actum generationis et educationis prolis. Sed quandoque ex fornicario concubitu potest sequi convenienter generatio et educatio prolis. Ergo non omnis fornicarius concubitus est peccatum mortale » respondet: « ... determinare qualis debeat esse generationis actus non pertinet ad unumquemque, sed ad legislatorem... Lex autem non considerat quid in aliquo casu accidere possit, sed quid convenienter esse consuevit; et ideo licet in aliquo casu possit salvari intentio naturæ in actu fornicario quantum ad generationem prolis et educationem, nihilominus actus est *secundum se inordinatus* et peccatum mortale. » Cf. etiam R. ad 14. 3° Denique ex aliis locis compluribus constat S. Thomam pro certo habuisse fornicationem ipsa naturali lege prohiberi. Ita in notissimo loco, Quodl. IX, a. 15, ubi actus intrinsece malos a male sonantibus discernit, ait: « Quædam sunt quæ *habent deformitatem inseparabiliter annexam, ut fornicatio, adulterium et alia hujusmodi.* » — Et si mavis textum contemporaneum elucubrationi ipsius Summæ Theol., lege in cit. q. 15 de malo, a. 2, responsum ad 3. — Quibus perpensis, non video quo jure laudatus A. adscribat Sancto Thomæ hanc sententiam: lex naturæ per se solam nondum prohibet fornicationem; sed contra concludo auctoritatem S. Doctoris merito pro thesi nostra invocari.

Alias objectiones ex ratione lucide proponit ac solvit Billuart: « Repones. Si quis projiciat lapidem illuc ubi quis facile lædi potest, sed adhibita diligentia provideat ne ullus lædatur, non peccat jaciendo. Similiter si quis sumat venenum mortiferum, sed cujus vim antidoto elidat, non peccat nec est sui homicida. Ergo similiter, fornicarius, si provideat ne nocumentum accidat proli. R. N. Conseq. Disparitas est quod actui fornicario per se conveniat privatio naturalis ordinis ad debitam educationem prolis, at jactui lapidis non convenit per se lædere, sed per accidens, in quantum fit improvide... Idem dic de sumptione veneni, quæ non est secundum se illicita, nisi in quantum est occisiva: potest autem tolli ab ea per antidotum quod sit occisiva seu tendens ad occisionem...

Dices. Fornicatio simplex non contrariatur.. dilectioni Dei, quia non est directe contra Deum; non dilectioni proximi, quia per hanc nulli homini fit injuria. Ergo. R. Fornicationem contrariari dilectioni proximi in quantum secundum se importat inordinationem, quæ vergit in nocumentum prolis nascituræ. Et nota me non dicere quod de facto noceat proli, id enim potest impediri; sed quia secundum se involvit inordinationem quæ vergit in nocumentum, seu quæ est nociva. Unde est essentialiter peccatum in materia luxuriæ, consequenter in materia injustitiæ (intellige: latius dictæ).

Instabis. Si quis fornicetur cum vetula aut sterili, ex qua certum sit non nascituram prolem, hujus fornicationis inordinatio non vergit in nocumentum alicujus: ergo. R. Dist. Antec. Non vergit in nocumentum alicujus per accidens, C. Per se, N. Quia omnis concubitus in vase naturali per se ordinatur ad generationem et ex eo secundum se potest nasci proles, alioquin congressus matrimonialis inter steriles foret illicitus: quod si de facto non nascatur ob conditionem personæ, hoc est per accidens. Adeoque semper stat quod inordinatio concubitus fornicarii secundum se vergat in nocumentum proximi.

Respondeo. Melius est proli natæ ex fornicatione sic esse, quam non esse simpliciter. Ergo. R. N. Conseq... Non ideo excusantur parentes; quia, supposito quod generationi vacent, non solum debent proli esse absolute, sed in quantum possunt, debent bene esse, ut patet in ipsis animalibus, quæ proles suas ex ipsa lege naturæ nutriunt, defendunt etc. »

O. E. D.

IV

Q. Quomodo inde deducatur gravitas omnis actus libidinosi, tum consummati seu luxuriæ, tum non consummati seu impudicitæ.

R. 1° Ex gravitate fornicationis manifeste concludere licet a fortiori graviter malos esse reliquos actus consummatos secundum naturam, scilicet adulterium, stuprum, raptum, sacrilegium et incestum; item omnes actus consummatos contra naturam, scilicet pollutionem, modum concubitus contra naturam, sodomiam imperfectam, sodomiam perfectam et bestialitatem. Etenim priores actus malitiam fornicationis continent atque aliam superadiunt; posteriores ipsi generationi prolis, non tantum debitæ ejusdem educationi, contrariantur.

2° Præterea concludere licet graves esse actus libidinosos non consummatos, extra matrimonium. « Ratio est quia non solum consensus in actum mortalem, sed in delectationem actus mortalis est peccatum mortale. Atqui hic habetur consensus in delectationem actus mortalis. Ergo. Prob. Minor: vel illa delectatio, cum qua aut propter quam fiunt hi actus est de ipsa copula aut pollutione repræsentata, et sic certo est delectatio peccati mortalis: vel est de ipsa commotione venerea, quæ ex illis actibus oritur, et sic est etiam delectatio peccati mortalis, quia hæc commotio est ejusdem

rationis et moris cum ea quæ est in copula vel pollutione, ad quam per se tendit contra ordinem naturæ, cum a natura sit ordinata ad solam generationem in actu conjugali ». Ita Billuart, in 2-2, p. 154, a. 4. Quomodo consensus in delectationem actus graviter mali sit graviter malus, apparebit ex statim dicendis de delectatione morosa.

3° Tandem concludimur etiam graves esse actus internos libidinis. Includunt enim consensum voluntatis, quem supponimus perfectum, in ipsum actum peccati vel saltem in ejus delectationem. Primum habetur in *approbatione* peccati præteriti et in *desiderio* peccati futuri; quorum actuum gravitas manifeste inlelitur ex gravitate ipsius peccati quod approbatur aut appetitur. Alterum obtinet in *delectatione morosa*, quæ est consensus in solam delectationem malli operis sibi repræsentati seu cogitati ut præsentis; et gravitas hujus enim delectationis morosæ contra castitatem deducitur ex gravitate fornicationis, ut nitide ostendit S. Thomas, in 1-2, q. 74, a. 8: « aliquis de fornicatione cogitans, de duobus potest delectari: uno modo de ipsa cogitatione, alio modo de ipsa fornicatione cogitata. Delectatio autem de cogitatione ipsa sequitur inclinationem affectus in cogitationem ipsam: cogitatio autem ipsa secundum se non est peccatum mortale, imo quandoque est veniale tantum, puta cum aliquis inutiliter cogitat de ea, quandoque autem sine peccato omnino, puta cum aliquis utiliter de ea cogitat, sicut cum vult de ea prædicare vel disputare: et ideo per consequens affectio, et delectatio quæ sic est de cogitatione fornicationis, non est de genere peccati mortalis, sed quandoque est peccatum veniale, quandoque nullum: unde nec consensus in talem delectationem est peccatum mortale... Quod autem aliquis cogitans de fornicatione delectetur de ipso actu cogitato, hoc contingit ex hoc quod affectio ejus inclinata est in hunc actum. Unde quod aliquis consentiat in talem delectationem, hoc nihil aliud est

quam quod ipse consentiat in hoc quod affectus suus sit inclinatus in fornicationem; nullus enim delectatur nisi in eo quod est conforme appetitui ejus. Quod autem aliquis ex deliberatione eligat quod affectus suus conformetur his quæ secundum se sunt peccata mortalia, est peccatum mortale. Unde talis consensus in delectationem peccati mortalis est peccatum mortale ».

O. E. D.

V

Q. Determina quænam sint species moralis in externis actibus libidinosis non consummatis.

R. 1° Actus non consummati manifeste distinguuntur specie a consummatis: illi nempe constituunt vitium impudicitiæ seu luxuriæ incompletæ, hi vero vitium luxuriæ completæ et strictioris. Quod tamen intelligo: si in actibus non consummatis sistitur. Nam libidinosi aspectus, tactus et oscula, quatenus, in eodem motu passionis, præcedunt, comitantur aut immediate subsequuntur actum consummatum, puta fornicationem, nec specie nec numero ab ipso distinguuntur.

2° Ipsi actus non consummati, aspectus, tactus, oscula et amplexus, etiam inter se distinguuntur, abstrahendo a circumstantiis de quibus statim. Quæstio est obscurior et a paucis tractata. Censemus in genere luxuriæ non distingui osculum et amplexum a tactu simplici, quidquid affirmet Lacroix, l. 6, n. 1052: quum non tantum ad eandem delectationem veneream sed etiam ad eundem sensum tactus referantur: imo non constare de specifica distinctione turpis aspectus et tactus: « Ratio, quia licet hujusmodi actus *physice* procedant a facultatibus realiter distinctis et diversis et ad objecta tendant realiter distincta et diversa, *moraliter* tamen inspecti non continent malitiam *intrinsecam* gravem, sed gravem

quam continent malitiam *a delectatione venerea* habent, ad quam proxime disponunt, et quæ eadem specie est pro omnibus hisce actibus. S. Th. 2-2, q. 154, a. 4 ». Ita Bucceroni, Theol. mor. I, n. 783. Idem tuetur Billuart, de temp. diss. VI, a. 15, § 3.

3° Sed præcipue quæritur an actus non consummati participent species actuum consummatorum, a' quoad circumstantias personæ peccantis, b' quoad circumstantias ex parte objecti. Quoad primum, affirmandum est: ita junctus matrimonio ex libidinoso aspectu aut tactu alienæ contrahit speciem inchoati adulterii; item persona sacra ex actu impudicitiæ speciem inchoati sacrilegii. Quoad alterum, « distinguendum est inter tactum vel osculum et aspectum. Aspectus enim.. minus materialis et concretus est, et intellectus visionem propius imitatur, quæ facile abstrahit. Ideo aspici potest persona conjugata, sacra, non qua talis, sed qua vir vel fœmina; quoties ergo non est determinatus affectus libidinis in talem personam, qua talem, in aspectu libidinoso, solæ circumstantiæ ex parte peccantis in hoc peccato computantur. Tactus vero, amplexus, et oscula, non possunt abstrahere, cum semper in concreto et materialiter talem personam attingant, sicut actus luxuriæ eam attingeret. Cum ergo illi actus non consummati sint inchoationes, quasi partes circumstantes actum consummatum; et circumstantiæ actus, ut mere circumstantiæ sunt, habeant idem motivum seu objectum moraliter, quod habet actus quem circumstant, secus enim non essent ejusdem speciei: manifestum est tactus et oscula, quatenus delectationem veneream afferunt, spectare ad eamdem speciem delectationis, ad quam spectat delectatio consequens actum consummatum, quem circumstarent, si adesset. Ideo tactus cum persona conjugata, speciem adulterii inchoate contrahit; cum sacra, sacrilegii; cum consanguinea, incestus; inter duos ejusdem sexus, speciem contra naturam, sive affectus sodomiticus addatur, sive solus sit affectus pollutionis; cum bestia,

speciem inchoatæ bestialitatis. Ubi nota, facilius quidem abesse libidinem adeoque actum impudicitiæ, ubi de contactu bestiæ agitur, item quando de eodem sexu quam ubi de diverso sexu, et quando de persona conjuncta sanguine quam ubi de extranea agitur; sed si revera animus libidinosus adsit, contra gravius peccari. » Ill. ac Rev. Waffelaert, *de temper.* n. 192.

O. E. D.

VI

Q. *An et quomodo defectus accidentales in celebratione missæ occurrentes supplendi sunt, si infra ipsam missam advertuntur?*

R. Defectus accidentales dicuntur illi qui, ut ait Rubrica *De defect. Tit. I*, « in missæ celebratione occurrentes, etsi veritatem sacramenti non impediant, possunt tamen aut cum peccato, aut cum scandalo contingere »; vel, uti definit De Herdt h. l., accidentalis defectus est « carentia illorum, quæ etsi sacramenti validitatem non impediant, obsunt tamen sacrificii integritati, ordini, significationi, ornatui aut reverentiæ ». Ita v. gr. « spectat ad integritatem sumptio Sacramenti, ritus autem et cæremoniæ communiter spectant ad ornatum et decentiam sacrificii » (Quarti P. III, Tit. I).

Quæstio non ponitur de defectibus accidentalibus qui prævidentur ante missam inchoatam; hi certe præcaveri vel suppleri debent, si possint; sin autem, regulariter a celebratione est abstinendum, nisi scandalum quod ex omissione sacri sequeretur vel ratio aut necessitas celebrandi defectui (præsertim leviori) prævaleant et celebrationem licitam reddant, quod prudenti judicio discernendum est. Quærimus autem de defectibus accidentalibus, qui infra ipsam missam advertuntur et quos supplere seu corrigere possibile est. In casu enim

impotentiæ supplendi, si advertuntur post consecrationem, etiam unius speciei, sacrificium est absolvendum; si ante consecrationem, vel missa absolvi potest si levis est defectus, vel ab altari est recedendum si gravis est et nisi habeatur gravis causa aut necessitas celebrandi vel grave timeatur scandalum; in dubio autem et perplexitate eligendum est quod habet minus periculi et minus malum putatur.

His ergo præmissis, respondemus defectus accidentales *regulariter* loquendo, si intra missam advertuntur non esse supplendos, resumendo omissa vel iterando præpostero ordine, quod prius dicendum vel faciendum erat, « quia cum hæc non sint de substantia sacrificii, non oportet illa iterare propter sacrificii perfectionem, et alioquin quando non dicuntur suo loco et tempore ac debito ordine, non conferunt ad decorem et splendorem sacrificii vel ad significationem propter quam sunt instituta, ac denique magis perturbat illa repetitio quam juvet ad reverentiam sacrificii » (Lahousse, *de Sancto Euchar. mysterio*, nº 204). Hæc regula conformis est rubricæ *tit. V*, *de defectibus*, *ad 2*, quæ ita habet: « si autem (illa quæ omissa sunt aut de quibus dubitatur an omissa fuerint in forma consecrationis) *non sunt de necessitate Sacramenti*, non resumat (celebrans) sed procedat ulterius ». Sic, ait De Herdt, l. c. nº 133, nullo modo repeti possunt post consecrationem, quæ ante eam omissa sunt, nec post sumptionem, quæ antea prætermissa sunt, quia communiter verificari nequeunt, neque repetendæ sunt partes extraordinariæ omissæ, ut *Gloria*, *Credo* etc.; neque præfatio, *Communicantes* aut *Hanc igitur* propria, si communia dicta fuerint; neque Epistola aut Evangelium, si unum dictum sit pro alio, neque renovandæ sunt genuflexiones aut signationes, quando non factæ sunt suo loco ».

Dicitur tamen *regulariter* non esse supplendos defectus accidentales. Exceptio enim est facienda, 1º quando rubricæ vel doctrina Theologorum aliud statuunt pro

quibusdam defectibus notabilibus. Ita tit. IV, nº 7: « si celebrans *ante* consecrationem calicis advertat non fuisse appositam aquam, statim ponat eam, et proferat verba consecrationis »: tit. III, 7: « Si hostia *consecrata* dispareat... et nequeat reperiri, tunc altera consecretur ab eo loco incipiendo: *Qui pridie quam paterctur*, facta ejus prius oblatione » (ut prospiciatur integritati sacrificii per communionem sub utraque specie); tit. VII, nº 2 præscribitur fragmenta consecrata quæ reperiuntur, etiam post ablutionem, sumenda esse, et nº 3 statuitur quid sit agendum si hostia integra consecrata relicta sit: tit. X, nº 9 habet rubrica: « si hostia ante consecrationem inveniatur fracta, nisi populo evidenter appareat, talis hostia consecretur: si autem scandalum populo esse possit, *alia accipiatur* et offeratur; quod si illius hostiæ jam erat facta oblatio, eam post ablutionem sumat. Quod si ante oblationem hostia appareat confracta, *accipiatur altera integra, si citra scandalum aut longam moram fieri potest;* » ita etiam juxta doctrinam auctorum *ante* consecrationem corrigendus est error, si panis deprehendatur fermentatus; quoad dispositionem celebrantis rubrica tit. VIII, nº 4 et 5 exigit ut « si in ipsa celebratione missæ sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi et satisfaciendi: si recordetur se esse excommunicatum vel suspensum... similiter conteratur cum proposito petendi absolutionem. Ante consecrationem autem in supra dictis casibus, si non timeatur scandalum, debet missam inceptam deserere. » etc., etc.

2º « Si omissio partis notabilis *statim* advertatur, supplendus est defectus, si possit modo convenienti et sine offensione aliorum, v. gr. quando post pauca verba advertitur omissum fuisse aliquid notabile secreto dicendum, v. gr. *Communicantes* vel *Hanc igitur* propria **diei Paschæ. » (Lahousse, l. c.)**

3º « Si id quod omissum est, faciliter suppleri possit et parva mora ad id sufficiat suppleri potest, ut si

collecta omissa sit, et id advertatur ante finem orationum, omissa cum aliis extra ordinem recitari potest. » (Ita De Herdt, loc. cit. nº 133). Item, si agitur de defectu in ipso ministerio occurrente, qui non pertinet ad actiones, preces vel dispositionem celebrantis, ut si v. gr. aliquod lumen extinguatur, si deest aliquod ex paramentis, suppleatur curando ut lumen accendatur, ut paramentum afferatur, si facile fieri potest sine perturbatione vel scandalo.

« Cæterum adhibita morali diligentia, si quid defectus contigerit, magna tranquillitate opus est, humanum est enim errare; in dubio autem « semper est accipiendum illud quod habet minus de periculo » ut ait Angelicus (1), id est quod minus mali est, et juxta Quarti (2) « faciendum est quod tunc melius videtur. » (Zualdi *Cæremoniale missæ privatæ*, Append. II *De defectibus*, I.)

H. V. D. W.

(1) P. III, q. 83, art 6, ad 2.
(2) P. 3, tit. I, sect. I, dub. 2.

Evangelia Dominicarum

Dom. XVI post Pentec.

—

Christus virum hydropicum sanat die Sabbati. Monitum contra ambitionem. Luc. XIV, 1-11.

*
* *

Te dien tijde 1 kwam Jesus op eenen Sabbath in het huis van eenen overste der Pharizeërs, om brood te eten, en zij letten op hem. 2 En zie, een waterzuchtige mensch was vóór hem. 3 En Jesus nam het woord en sprak tot de Wetgeleerden en Pharizeërs, zeggende: Is het geoorloofd op den Sabbath te genezen? 4 Maar zij zwegen stil. Doch hij nam en genas hem, en liet hem gaan. 5 En hij sprak tot hen, en zei: Wiens ezel of os van ulieden zal in eenen put vallen, dat hij hem niet terstond zal uittrekken op den Sabbath-dag? 6 En zij konden hem daarop niet antwoorden.

7 En hij zei ook tot de genooden eene gelijkenisse, aanmerkende hoe zij de vooraanzittingen verkozen, zeggende tot hen: 8 Als gij ter bruiloft genood zijt, ga dan niet aanzitten op de eerste plaatse, opdat er niet misschien een aanzienlijker dan gij van hem genood zij, 9 en deze die u en hem genood heeft, gekomen zijnde, tot u zegge: Maak plaatse voor dezen! en gij alsdan met schaamte de laatste plaatse zoudet gaan nemen. 10 Maar wanneer gij genood zijt, ga en zet u op de laatste plaatse, opdat deze die u genood heeft, gekomen zijnde, tot u zegge: Vriend, ga hooger op! dan zal u eere geschieden vóór degenen die mede aanzitten. 11 Want alwie hem zelven verheft, zal vernederd worden, en alwie hem zelven vernedert, zal verheven worden.

*
* *

Notationes

1. *In domum cujusdam principis Pharisæorum.* « Nullius conversationem respuebat Jesus, ut omnes lucrifaceret ». Luc. Brug. — *Manducare panem*, ut cibum sumeret. — *Et ipsi* qui aderant, qui simul erant invitati, Legisperiti et Pharisæi (v. 3), *observabant eum* « num quid diceret unde possent accusare eum, aut faceret quod contra sabbathi esset religionem ». Jans. Gand.

2. *Erat ante illum.* Utrum vir ille, hospiti utique notus, sponte huc venerit, spe recuperandæ sanitatis adductus; an subdole a Pharisæis vocatus fuerit, ut occasio sanandi virum sabbato daretur Jesu, quem ideo criminari possent, non constat, evangelista utrumque silente. Hoc autem priusquam mensæ accumberent contigerit ». Liagre.

3. *Si licet sabbato curare?* « Quærit, an hominis sanatio, inter opera quæ sabbatum violant, censeri debeat: non quòd ignoret, sed ut pravum illorum errorem corrigat, ut ad restituendum hydropicum viam sibi paret, denique ut hac præoccupatione excludat calumniam quà miraculum arrosissent observatores invidi, si ipsis præsentibus, qui omnium se magistros profitebantur, contemtis aut neglectis, hydropicum reipsà sanasset ». Luc. Brug.

4. *Tacuerunt.* « Quid enim respondere poterant? *Nec enim lex*, ut ait Euthymius, *id fieri prohibebat; et caritas persuadebat fieri.* Et si licere respondissent, contra se locuti fuissent; cur enim si licebat, Christum observabant? si non licere, timebant, ut exponit Beda, quod futurum erat, ne ipsis Christus objiceret: cur ergo illi bovem, aut asinum, qui die sabbati in puteum recidisset, extraherent ». Maldon. — *Apprehensum*, cùm apprehendisset, cùm attigisset, s. manu, attactu manus, *sanavit eum* « repentè, subitò exarefactà illà aquæ copià quà turgebat, ac proinde corporis tumore subsidente. Silentium illorum pro se accipiens, tamquam quod faveret

parti affirmanti. facit quod suum est Salvator, confert hydropico sanitatem, ut qui libenter miseris mederetur. Sed de industria utitur attactu manus, ut aliquid faceret, quo Pharisæis insulsis sabbatum violatum videri poterat ». Luc. Brug. « Voluit ostendere se non solum ut Deum, sed etiam ut hominem vim habere curandi, et humanitatem suam instrumentum esse divinitatis ». Maldon. — *Dimisit* « partim ut incessus motusque abeuntis testaretur restitutionem sanitatis, partim ne ipse apud se detento ad ostentationem uti videretur, et adversarios, quibus alia insuper in hoc convivio documenta proponere statuerat, nimio pudore obtundere ». Luc. Brug.

5. *Respondens*, hac re gesta pergens loqui cum illis, *dixit*. « Ne temere sanasse hominem videretur die sabbati, solo tactus silentio aut conniventia ipsorum, cum aliàs novisse posset sententiam ipsorum, docet quam bene ac benè fecerit, allato exemplo à consuetudine ab illis ipsis receptâ ». Luc. Brug. — *Cujus vestrum*... « Convincit eos ipsorum factis, et sumpto simul a majore ad minus, et à minore ad majus argumento. Nam bos, et asinus multo minoris, quam homo erant: et illi in sabbato bovem, et asinum liberabant, si in puteum cecidissent; cur ergo ipse hominem non liberaret? Et bovem, et asinum de puteo extrahere multo majoris operis erat, quàm curare hominem, eo præsertim modo, quo curabat Christus, aut solo verbo, aut solo tactu, nullo opere, nullo labore; quæ sola in sabbato prohibebantur... Observavit Beda Christum hoc exemplo, Pharisæorum avaritiam notare voluisse: quod cum ipsi avaritiæ causa plus in sabbato laboris susciperent, se reprehenderent, qui caritatis causa sine ullo labore suo sabbato curaret ». Maldon.

6. *Et non poterant ad hæc respondere illi*. « Convicti scilicet evidentia rationis. Cum ex propriis ipsorum traditionibus et consuetudine liceret, immo oporteret jumento periclitanti succurrere: manifestæ stultitiæ

arguuntur, quòd consequentiam inde ad hominem nequirent deducere, Quamvis autem turpiter obmutescere sunt coacti, non tamen approbarunt rem abs Jesu gestam, quin potiùs posteà occasionem nacti, inter suos fortiùs occlamarunt: *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit*, Johan. 9. v. 16. Hoc etsi non ignoraret Jesus, non tamen omisit hominem hunc restituere sanitati, exemplo suo docens, non esse omittenda opera bona, propter perversorum sive calumniam sive scandalum ». Luc. Brug.

« Hydropicus iste, typus quidam est, aut in genere cujuslibet peccatoris, quem exuberans terrenarum rerum, in quibus nunquam satiari homo potest, desiderium aggravat, ac per dissolutam et lubricam vitam graviter laborat: aut specialiter hominis alicujus, qui vel libidini servit, vel divitiis est intentus, vel fastu tumet. Singula enim hæc vitia ob quamdam proprietatem hydrops morbus adumbrat. Nam quoniam hydropicus morbus ab aquoso humore vocabulum trahit, libidini significandæ rectè adaptatur, et vitæ lubricitati. Et quoniam quò magis hydropicus abundat humore, tantò ampliùs sitit, hydropico rectè assimilatur avarus. Nam quemadmodùm quò plùs sunt potæ, plùs sitiuntur aquæ, ita *crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Rursùm ob tumorem qui est in hydropico, ac proficiscitur ex hepate vitiato, benè ei comparatur quisquis inani tumet fastu nascente ex corrupto mentis judicio, veluti ex hepate vitiato, dum collocat gloriam in his rebus in quibus non est collocanda, ac stultissimæ gloriæ apud homines parandæ siti laborat. Quamobrem quisquis cujusvis vitii ratione laborat hydrope gravatus concupiscentiis, sed non satiatus, sanabitur, si in sabbatho se Christi conspectui obtulerit, hoc est, si otium agens à malis operibus morbumque suum agnoscens, sanari à Christo desideret, ac ipsum semper ob oculos habeat. Sic enim minimè in posterum peccabit. Qui verò sese subducit à conspectu Christi, sanitatem nequaquam recipere poterit ». Jans. Gand.

7. *Dixit... parabolam.* « id est, doctrinam, quâ a vanæ gloriæ ad humilitatis studium eos revocaret, non apertè redarguens, sed tectè admonitos similitudine sumtâ à re præsenti, à ritu inquam convivali. Nam exemplo convivii et moderationis in eo servandæ, docet ubique servandam humilitatis modestiam. » Luc. Brug. « Est ergo hæc Domini doctrina similis multis parabolis sermonibus Salomonis, in quibus sub præceptis civilium virtutum et morum, Spiritus sanctus ad veras virtutes informat sapientiæ candidatum. » Jans. Gand. — *Invitatos prosuade...* « Superbi enim erant, ac sibi quasi discoribus primas ubique deberi censebant, et de iis inter se certabant et contendebant, uti etiamnum subinde fit in conviviis, præsertim a feminis nobilibus et viris parvi cerebri » a Lapide. « Veri simile est Christum non statim, quum hæc animadvertit, sed inter cœnandum, data opportunitate, hæc verba fecisse. » Liagre.

8. *Ad nuptias.* « Exempli loco nuptias dicit, intelligens quodvis celebre convivium. — *Non discumbas,* sponte tuâ, impressus, quisquis aut qualis qualis esse tibi videaris, *in primo loco,* aut quam potes ad primum proximo. Non ambias, non te ingeras in locum digniorem in accubitu, ut qui te habeas pro eo qui dignissimus sit eo honore, quod magnæ superbiæ sit. » Luc. Brug. — *Ne forte honoratior te...* « sive re vera honore dignior, sive ab hospite plurimi factus. 9. *Et tunc incipias cum rubore...* i. e. et tunc non sine dedecore ultimum locum occupare debeas, ceteris loco suo haud cedentibus » Liagre. « atque ita pro captata gloria ignominiam lucrifacias. » Luc. Brug.

10. *Novissimo.* « Non hoc præceptum est, sed parabola, qua significatur, ut potius quam primum aut digniorem locum eligas vel ambias, ultimo te collocces... *Ille verdatus est,* inquit Titus, *qui cum primæ sedis honorem jure promereatur, adeo illum non affectat, ut ultro quoque alii deferat. Quapropter magnum præclarumque donum est, animus modestus suaque sorte contentus.* » Luc. Brug.

« Minus honorato loco positus irasci cœpisti convivatori, vocatoque ipsi qui tibi præferebatur. Demens, quid interest, quam lecti premas partem? Honestiorem te aut turpiorem potest facere pulvinum? » Seneca, *lib. 1, de Ira.* — *Ut cum venerit* « sic fiet ut cum venerit communis hospes. Pergit sermone parabolico significare, non finem, quem spectare quis debeat, sed eventum, qui ut plurimùm accidat. Nam qui finem hunc spectet, in idem ille vitium incidat, ac si primum locum sibi usurpasset... *Dicat tibi*, si id merearis, *ascende superius*, ad locum superiorem seu honoratiorem.

Similis parabola legitur Prov. 25. v. 6. 7: *Ne gloriosus appareas coram Rege, et in loco magnorum ne steteris. Melius est enim ut dicatur tibi: Ascende huc, quàm ut humilieris coram principe.* Consuetudo et honestas relinquunt patrifamilias distribuenda honoris in convivio loca: cui pervicaciter reluctari, offerenti honoratiorem vel etiam primum locum, arrogantiæ sit, non humilitatis, idemque contendere de ultimo loco, quod de primo, auctore Basilio. » Luc. Brug. — *Tunc erit tibi gloria* « Docet Christus viam ad gloriam et sublimitatem esse ejus fugam suique humiliationem, tum quia homines oderunt ambitiosos eosque deprimunt, modestos vero et humiles extollunt; tum quia vera gloria est quæ datur, non quæ ambitur; tum quia Deus ita æterna sua lege sanxit, ut humiles exaltentur, superbi dejiciantur. Quocirca superbi si sapiunt, superbiam suam obtegunt, et specie externa se humiliant, ac infimum locum occupant, ut audiant humiles, ideoque laudentur ab adstantibus et exaltentur: si enim primum locum ambiant et invadant, æmulos concitabunt, ut eos sive jure, sive injuria, ex eo dejiciant et sternant. Audi Sapientem, Eccli. III, 20: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam.* » a Lapide.

11. *Quia* « hoc Dei judicium est, quod frequenter in hac vità, semper in futurà locum habet: *Omnis qui se*, etc.. Hoc ante oculos posito, et superiore parabolà

declarato, placidè Salvator convivas modestiam et humilitatem docet; non externam solummodò ac civilem, quà possunt etiam qui superbissimi sunt excellere; sed quæ verè intus coram Deo sit talis: ac si dicat: Quemadmodum conviva pudore confusus, quia cùm primum sibi locum superbè usurpasset, rejectus est in extremum, vellet se numquam de primo loco cogitasse: sic ne idem vobis usu veniat apud Deum, ut is arrogantiam vestram extremà ignominià mulctet, infirmitatis vestræ vobis conscii, et animis et actionibus modesti atque humiles semper sitis, opportuno tempore ab ipso Deo extollendi. » Luc. Brug. « Honor sequitur fugientem, sequentem fugit, ceu umbra corpus. » a Lapide. — *Gloriam præcedit humilitas.* » Prov. XV, 33. — « *Contritionem præcedit superbia: et ante ruinam exaltabitur spiritus.* » Prov. XVI, 18. Cnf. Matth. XXIII, 12; Luc. XVIII, 14. (*Evang. Dom. X post Pentec*).

G. V. D. P.

Dom. XX post Pentec.

Sanatio filii Reguli. Jo. IV, 46-53.

Te dien tijde 46 was er een zekere hofbeambte, wiens zoon ziek lag te Capharnaüm. 47 Deze, gehoord hebbende dat Jesus uit Judea in Galilea gekomen was, ging tot hem, en verzocht hem dat hij zou afkomen, en zijnen zoon genezen; want hij lag op sterven. 48 Jesus zei dan tot hem: Als gijlieden geene teekenen en wonderen ziet, zoo gelooft gij niet. 49 De hofbeambte zegt tot hem: Heere! kom toch af, eer mijn zoon sterft! 50 Jesus zegt tot hem: Ga! uw zoon leeft. De mensch geloofde het woord, dat Jesus hem gezeid had, en ging

heen. 51 En terwijl hij reeds afkwam, ontmoetten hem zijne dienstknechten, en boodschapten hem, zeggende, dat zijn zoon leefde. 52 Hij vroeg hun dan de ure, waarop hij gebeterd was. En zij zeiden tot hem: Gisteren te zeven uren heeft de koorts hem verlaten. 53 De vader bemerkte dan, dat het op die ure was, dat Jesus hem gezeid had: Uw zoon leeft! En hij geloofde, hij en geheel zijn huisgezin.

***

Notationes.

A. *Imperfectio fidei Reguli.*

48. *Nisi signa, et prodigia videritis, non creditis.* « Omnis Jesu prædicatio, et prædicationi juncta miracula, eò tendebant, ut crederetur esse Christus Filius Dei. Hoc Judæi persuaderi non potuerunt, nisi quidam, et ii continuis quasi miraculis obruti. Hanc fidem, inter alios Judæos, Regulo deesse exprobrat Jesus, nec hoc solùm, verum etiam submonet, miraculum ab ipso Regulo posci, ad finem minime proprium. Regulus, præter filii sanitatem, nihil quærebat: negat Jesus miracula a se fieri ob eam præcipue causam, ut ægroti convalescant corpore; sed, ut qui miracula conspexerint, in ipsum credant Christum Filium Dei, (quamquam etiam sine miraculis meritò credere deberent) et tamquam dicit: Cogito ego quidem filium tuum restituere sanitati, sed non ideo præcipuè, ut ille rectè valeat corpore, quæ tua mens est; sed ut vos Judæi, hoc inter cetera conspecto miraculo, ad fidem in me adducamini: eà enim estis ad credendum tarditate, ut nisi vi copiaque miraculorum coacti, haudquaquam in me crediturí sitis, quà de re tamen pendet vestra salus. *Ostendit*, inquit Chrysostomus, *signa maxime animæ gratiâ fieri: neque minùs hoc in loco, patrem animi morbo laborantem, quam filium curat.* Certè antequam ægrotum filium sanet, patris morbum priùs curandum aggreditur.

49. *Domine, descende priusquam moriatur filius meus.* Hic clariùs etiam prodit Regulus suæ fidei imperfectionem, dum significat, una ex parte, non se exspectare ut filius sanetur abs Jesu nisi præsente ; altera ex parte, frustrà adfuturum Jesum filio suo, si mortuus fuerit filius antequam Jesus advenerit, quasi medicum accerseret, qui ægrotum conspectum et exploratum sanare, mortuo prodesse nil posset. *Audi quantum adhuc humi trahatur*, notat Chrysostomus. *Descende, inquit, priusquam moriatur filius meus, ac si mortuum suscitare non potuisset, et nesciret ut se puer haberet* ». Luc. Brug.

B. *Incrementum et perfectio fidei Reguli.*

« Jesus non objurgans, nec contemnens fidem Reguli, etsi adhuc imperfectam, re ipsa ostendit se plus posse quàm ille confideret. Unde respondit, *Vade* etc., quasi dicat: Nihil opus est ut pro curando filio me conferam Capharnaum, sed *Vade*, ecce enim filius tuus quem morientem reliquisti, vivit ac valet, curatus à mortifero suo morbo... Hic autem notandum, Dominum cum non rogaretur à Centurione ut descenderet curaturus servum ejus, ultrò voluisse venire: rogatus autem secundò à Regulo ut descenderet, acquiescere noluit. Et id quidem secundùm Chrysostomum, quoniam in negotio Centurionis fides erat confirmata, ideoque promisit se iturum, ut per prohibitionem Centurionis, fides ejus et devotio manifestaretur. Hic autem Regulus adhuc imperfectus erat, et necdum noverat quòd absens curare posset; unde id addiscere debuit per id quod non accedit Dominus. Et quidem mox Christi verbis aucta est viri hujus fides: *credidit* enim *sermoni* Christi, et qui prius credidit quidem ipsum curare posse filium si præsens esset, credidit jam etiam absentem curare posse, quamvis videri possit non firmiter satis credidisse, ex eo quod servis occurrentibus, et restitutam sanitatem annunciantibus, sciscitatus est, qua hora melius habuisset, veluti experiri volens casune an virtute Jesu convaluisset. (Seu potiùs cum Luc. Brug.:

Credidit sermonem Jesu verum esse, nempe, filium suum sanitati esse restitutum... Ceterum, ut erat hic sermo Jesu ambiguus, ita ambiguus ipse quoque mansit, an Jesus his verbis suaque virtute sanasset filium; an verò, ut Propheta, revelasset sanum factum esse, ex naturali aliquâ causâ; donec ex servis didicit horam recuperatæ sanitatis). Cum autem certior jam factus esset de miraculo, rursum magis ejus fides est aucta; tunc enim absolutè credidit in Jesum, esse s. eum Messiam expectatum, ac aliquid supra hominem. Nec ipse tantum credidit, sed per eum et tota ejus familia, quam frequentem et numerosam esse oportuit, utpote hominis divitis. » Jans. Gand. — « Unde datur intelligi, et in fide gradus esse, sicut et in aliis virtutibus, quibus est initium, incrementum, et perfectio. Hujus ergo fides initium habuit, cum filii salutem petiit; incrementum, dum credidit sermoni Domini, dicentis, Filius tuus vivit. Deinde perfectionem obtinuit, nuntiantibus servis. » Beda.

Doctrinæ morales.

Docemur hîc: 1 Primùm quærendam esse fidem regnumque Dei: cetera nobis adjectum iri. 2 Vitandam esse omnem fidei tarditatem. 3 Infirmos in fide non esse dure repellendos, sed benigne tractandos atque opportunis remediis sanandos. 4 Temporalia petentibus priùs ac sponte spiritualia esse elargienda. 5 Quantum valeat apud Deum fides firma atque perfecta, cum fides Reguli, utut infirma et imperfecta, filii tamen ejus sanationem obtinuerit. 6 Quanta cura, exemplo istius Reguli, procurare debeamus nostrorum, maxime domesticorum, salutem tum corporalem, tum spiritualem. Longo enim itinere, relicto filio suo charissimo, morti proximo, venit Regulus iste ad Jesum, rogans et instans ut descenderet et sanaret filium ejus. Deinde, sanato filio, *credidit ipse, et domus ejus tota*, sane persuasione atque

exemplo heri. Ad rem Malconatus : « Non est bonus paterfamilias, qui familiam totam suam ad fidem, Ecclesiamque non adducit. De hac enim potissimùm re D. Paulus loquebatur, cum dixit : *Si quis autem suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infidéli deterior.* 1 Tim. 5. 8. Lydia illa mulier non contenta baptizari ipsa, omnem quoque domum suam baptizari voluit. Act. 16. 14. 15. Quod idem custos ille carceris fecit, ibidem vers. 33 : et Crispus archisynagogus Act. 18. 8. Nec equidem intelligo quomodo haberi Catholici velint, qui in multis nunc locis, cum ipsi se Catholicos profiteantur, non solum uxorem, et liberos, sed etiam famulos, quos nulla necessitate naturæ cogantur retinere, hæreticos habent ».

Tandem sensus accommodatitius : « Quod ad moralem attinet sensum. Regulus, cujus filius febri usque ad mortem laborat, est quisquis jam regno Christi per fidem ascriptus, animum veluti filium habet igne illicitarum voluptatum, et concupiscentiis ardentem, quæ gustum omnem rerum spiritualium adimunt, quemadmodum febris gustum carnalem interdipit. Ut ergo quisquis talis est, filio salutem procuret, Christum per fidem adeat, rogetque, ut descendat, hoc est, commisereatur, priusquam mens voluptatum morbo in Capharnaum, hoc est, in fruitione rerum temporalium hujus mundi labetur, est enim Capharnaum idem quod villa jucunda fluitque emporeum celeberrimum, moriatur. Postulet autem in fide, quæ quantum pro sanitate recuperanda valere nobis possit, si modò firma sit, hic satis demonstratum est, dum patris etiam imperfecta fides filio sanitatem impetravit. » Jans. Gand.

G. V. D. P.

Dissertationes

I

De missa bis de die celebranda ab eodem sacerdote

SEU

DE BINATIONE

(*Sequitur*, Cf. *suprà* p. 338 sqq.)

—

26. Circa prohibitionem pro iterata missa recipiendi stipendium, in præcedentibus probatam, observetur:

I. *Minime licet præfatam prohibitionem indirecto modo eludere*. Sic parochus, qui facultate binandi gaudet, non potest missam pro populo infra hebdomadam occurrentem differre ad dominicam, atque in illa die hebdomadæ accepto stipendio ad aliam intentionem celebrare, in dominica vero secundam missam gregi applicare. Hoc non licet, inquam; nam præterquam quod absque legitimo impedimento missa pro populo differre vetitum est, ita æquivalenter parochus stipendium pro secunda missa reciperet. Porro regula juris 84 in VI habet: « Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti »; item regula 88 in VI: « Certum est quod is committit in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem ». Ceterum id expressis terminis declaravit S. C. C. *in Vivarien.* 5 Martii 1887, ubi ad quæsitum: « *An parochus qui non potuit celebrare missam die in quo legenda erat pro populo, possit ad satisfaciendum huic oneri secundam missam in subsequenti festo ex binatione celebrandam applicare in casu?* » — Respondit: « *Negative et consulendum SS^mo*

pro absolutione quoad præteritum, et communicentur Episcopo decreta hujus S. Congregationis diei 14 Decembris 1872 (1). Unde concluditur nec *ob legitimum etiam impedimentum omissam* missam pro populo posse per missam binationis suppleri: cum enim missa pro grege sit debita ex justitia, sic agendo parochus æquivalenter pro iterata missa stipendium perciperet (2). — Adhuc magis exorbitans ac vere incredibilis est interpretatio ab aliquo parocho Scriptoribus operis periodici *Nouv. revue théol.* (T. IV, p. 202) proposita et ab his merito rejecta, juxta quam prohibitio intelligeretur de missa ordine celebrationis *secunda,* ita ut parochus binans die dominica vel festiva posset pro prima quam celebrat missa accipere stipendium, secundam vero missam applicaret populo suo. Ista enim interpretatio evidenter menti legislatoris contradicit: voluit enim legislator *quodlibet periculum aut speciem simoniæ turpisve lucri arcere* (Instr. S. C. de P. F. 15 Oct. 1863): hoc autem motivum æque valet in casu si pro prima missa ac si pro secunda reciperetur stipendium. Ceterum, in causa *Cameracen.* memorata (suprà n. 23) ad IV, S. C. C. censuit non posse concedi parochis, qui diebus dominicis aliisque festis bis celebrant, ut *unius* missæ liberam habeant applicationem et stipendium pro ea recipere valeant, nulla distinctione facta inter missam ordine celebrationis primam et secundam; cfr. quoque causas *in Treviren.* 23 Martii 1861 et 29 Aprilis 1871, n. sq. referendas, quibus prohibitio præcise missæ ordine primæ applicatur.

27. II. Quamvis non possit pro ipsa binatione seu pro

(1) Hisce resolutum est: « Parochum utcumque legitime impeditum ne missam (pro grege) celebret, teneri eam die festo per alium celebrari et applicari facere pro populo in ecclesia parochiali: quod si ita factum non fuerit, quamprimum poterit missam pro populo applicare debere ». — Cfr. *Nouv. rev. théol.* T. XIX, p. 254 coll. p. 260.

(2) Cfr. *Collationes Brugenses*, T. I, p. 184. — P. Piatus, apud *Nouv. rev. théol.* T. XXVIII, p. 574 sq.

alterius missæ applicatione accipi stipendium, licebit tamen, *labore peculiari extrinseco adveniente,* propter hunc percipere aliquam remunerationem. Ita declaravit S. C. R. *in Monasterien.* 14 Junii 1845 (Gardellini n. 5014). In eumdem sensum respondit S. C. C. in *Treviren.* cit. Nimirum postulaverat Episcopus Trevirensis: 1. « Utrum parochi qui ut menti fundatorum fiat satis, diebus Dominius et festis binam (obtenta facultate) dicunt missam et pro fundatoribus *Primissariarum* (1) (quæ ob exiguitatem reddituum et penuriam sacerdotum plerumque proprio carent sacerdote) applicant, salarium ex fundo *Primissariarum* pro peculiari labore percipere possint »;

2. « Utrum parochi, qui pro necessitate circumstantiarum diebus dominicis et festis bis celebrant, tradita simul doctrina christiana, pro peculiari labore et industria certum salarium annuum a parochianis oblatum percipere valeant? »

Die 23 Martii 1861 S. C. censuit rescribendum: *Posse permitti prudenti arbitrio Episcopi aliquam remunerationem intuitu laboris et incommodi, exclusa qualibet eleemosyna pro applicatione missæ* ».

Ne erretur in hujus resolutionis applicatione juvat referre quæ an. 1871 eadem S. C. respondit ad dubium ab Episcopo Trevirensi præfati Oratoris successore, propositum. Hic nimirum relata præcedenti decisione addebat:

« Ad secundum dubium hac declaratione satis perspicue responsum esse videtur; quoad primum vero quærere liceat, an parochis missam alteram fundatam *applicare* et integros *primissariæ* redditus exiguos pro *applicatione* simul et intuitu laboris et incommodi (in specie pro divini verbi prædicatione) percipere liceat

(1) Uti apparet expositione casus ab Episcopo dubiorum formulæ præmissa, quæ *Primissariæ* dicuntur sunt fundationes seu beneficia et simplicia et curata quibus provisum est ut diebus dominicis et festis, præter quasdam ferias sacrum celebretur *matutinum.*

absque obligatione dictam missam fundatam die feriali pro fundatoribus applicandi; an redditus fundatæ primissariæ stipendio manuali, seu eleemosynæ in dicto decreto exclusæ, congruant et ideo altera die pro fundatoribus missa applicanda sit. — Cum ejusmodi fundationum exigui redditus plurimis in locis et ad compensandos simul peculiares labores et ad solvendum stipendium pro fundata missa altera die applicanda minime sufficiant; sacerdotes his in regionibus haud raro tam pauperes sint, ut missam hebdomadariam gratis applicare nequeant, nec incolæ ipsi ex propriis, quantum oporteret, tribuere valeant, hinc Sanctitatem Tuam humillime rogo, ut pro diœcesi N. benigne concedere dignetur, ut sacerdotes qui facultate binandi gaudent, redditibus primissariarum pro fundatoribus binando applicentes in pace fruantur ».

S. Congregatio Concilii, perpensis Episcopi precibus in comitiis habitis die 29 Aprilis 1871 rescribendum censuit: *Prout exponitur negative, et in casibus particularibus recurrat pro translatione et reductione missarum quatenus opus fuerit.* (1)

Unde liquet in casu fundationis cum onere missæ, non posse per missam binationis percepto ex redditibus fundationis stipendio, isti oneri satisfieri; et in defectu alterius sacerdotis, ad implendam fundatoris voluntatem, missam, obtenta debita licentia, ad aliam diem esse transferendam, et etiam, id exigente redditiuum exiguitate, missarum numerum esse reducendum.

Quare minime consentimus Cl° Daris qui posito casu, « aliquem fundasse missam matutinalem singulis dominicis et festis celebrandam pro refrigerio animæ suæ ac commoditate populi » — probabiliter dicendum censet quod « parochus, qui binare tenetur, posset secundam missam applicare pro fundatore et honorarium ex red-

(1) Cfr. Acta S. Sedis t. VI p. 326 sqq. — *Nouv. rev. Théol.* t. IV, p. 350 sqq.

ditibus fundationis percipere, *uti remunerationem intuitu laboris et incommodi* ». (1) — Hæc enim solutio aperte contradicit præfatæ S. C. C. decisioni.

Nec felicius nobis videtur idem auctor alterum solvisse casum dum scribit: « Die dominica vel festiva, cujus ritus patitur missam exequialem, defunctus sepeliendus est cum missa exequiali, parochus, qui ea die binare tenetur propter necessitatem populi, posset alteram pro populo, alteram pro defuncto applicare ac stipendium missæ exequialis et oblationes percipere *uti remunerationem curæ spiritualis defuncto impensæ* ». (2) — Parochus quidem *oblationes* quæ occasione sepulturæ fiunt necnon partem stipendii missæ exequialis, quà excedit illud missæ adventitiæ, legitime percipit, titulo *curæ spiritualis defuncto impensæ;* at quod etiam pro missæ applicatione recipiat stipendium obstare videntur S. Congregationis Concilii decreta relata: restat igitur ut parochus alia die missam pro illo defuncto applicet aut applicare faciat, soluto missæ *manualis* stipendio. Applicatio vero missæ exequialis libera est; potest quidem, uti patet, parochus etiam defuncto cujus exequiæ celebrantur missam applicare, sed si hanc applicationem faciat intendens pro ea stipendium accipere nec proinde aliud sacrum pro illo defuncto offerre, peccat quidem, sed ad nihil amplius tenetur. (Cf. infrà n. 30).

28. III. Potest sacerdos qui, ex statutis sodalitatis cui adscriptus est, tenetur missam celebrare pro singulis associatis defunctis, huic oneri satisfacere applicando alteram in die binationis missam. Huc refertur resolutio S. C. C. in Nanceien. — Tullen. et Nemausen. 14 Sept. 1878: exposuerat Episcopus exstare in sua diœcesi sacerdotum congregationem, cujus sodales semel pro unoquoque confratre defuncto missam celebrare debent,

(1) *Prælectiones Canonicæ* T. II, p. 265.
(2) Ibid.

et quæsiverat utrum, prouti in more jam erat, *missa binationis offerri possit, ut in casu, pro defunctis confratribus.* — In causæ discursu, memorata prohibitione percipiendi sub quovis prætextu eleemosynam pro secundæ missæ applicatione, fuit opposita sequens difficultas: « Videtur sacerdotem applicare non posse secundam missam pro confratribus defunctis; quia si non directe, saltem indirecte videtur eleemosynam percipere, dum applicans missam pro confratre sacerdote, satisfacit obligationi, cui si per se non satisfaceret, vel alii stipendium rependere deberet ut missam illam celebraret ad quam ipse ex obligatione tenetur dando suum nomen pio sodalitio, vel saltem eleemosynam missæ amittere deberet. Quare secundam missam applicando saltem rebus suis parceret, et ita indirecte eleemosynam preciperet. » — Cui difficultati responsum fuit « quod applicando secundam missam pro confratribus, sacerdos eleemosynam nec directe nec indirecte percipit. Non directe, nam in facto nihil recipit: non indirecte, nam ad ipsam applicandam adstringitur non justitiæ, sed charitatis vinculo. Unde cum nulla lex prohibitiva reperiatur, quæ prædictis sacerdotibus secundam missam applicare prohibeat pro sua devotione, vel pro suis defunctis aut animabus in purgatorio degentibus, nihil vetare videtur, quominus pro suffraganda confratris defuncti anima secundum applicet sacrificium. Notum enim in jure est quod illud censetur permissum, quod non est a jure prohibitum ». — Et S. C. respondere censuit: *Licere* — Et in eumdem sensum resolvit in causa Treviren. 6 Aug. 1881. — Item in *Vivarien.* ad dubium: « An sacerdos, qui ex statutis sodalitatis cui nomen dedit tenetur missam celebrare pro sodali defuncto, possit ad satisfaciendum huic oneri, secundam missam in die binationis applicare in casu »? — Respondit die 5 Martii 1887: *Affirmative.* Cf. *Nouv. rev. Théol.* T. XIX, p. 254 sqq.

29. IV. Supra (n. 22) notavimus SS. Pontifices quan-

doque indulgere, attentis peculiaribus rationibus, ut sacerdotes pro iterata missa stipendium recipiant. — Sic litteris S. C. de P. F. SS^mus^ Pater dignatus est auctoritatem facere Ordinariis quarumdam Missionum « ut justa et gravi causa existente sacerdotes sibi subditi etiam pro secunda missa in eadem die celebranda stipendium percipere possint ac valeant. » Instr. ejusdem Congr. an. 1870, n. 8.

Pro aliis vero partibus rarius dispensat S. Sedes. Exempla tamen nonnulla proferuntur : unum alterumve hic memoramus ad Belgium spectans, ut ex clausulis appositis iterum appareat luculenter, quam firma sit mens et voluntas Sedis apostolicæ ne sacerdos binans pro altera missa stipendium recipiat.

Petiverat Episcopus Namurcensis ut concederetur « sacerdotibus suæ diœceseos curam animarum habentibus, vel facultatem binandi in suis parochiis gaudentibus, licentia stipendium recipiendi, tum in diebus festis suppressis, tum pro missa binationis..., ea conditione ut stipendia illa refundantur in ærarium seminarii sui, cujus tristem statum Sanctitati suæ viva voce exposuerat ». — Die 19 Nov. 1878 respondit SS. Leo XIII : « Attentis specialibus circumstantiis ab Ordinario Namurcensi expositis quæ suadent nulla alia ratione posse efficaciter consuli gravibus, quibus modo seminarium Namurcense premitur, necessitatibus, petitam facultatem *ad quinquennium juxta preces pro hac tantum vice concedimus* ». (1)

Similiter an. 1880 Episcopus Tornacensis postulaverat « facultatem permittendi presbyteris qui permissionem habent iterandi diebus dominicis vel festis de præcepto sacrosanctum missæ sacrificium, recipere eleemosynam pro secunda missa, ut eadem erogetur in auxilium curatorum vel vicariorum paupertate laborantium vel ad fovendam instructionem catholicam ». — Die autem

(1) Apud *Nouv. rev. théol.* T. XI p. 239.

29 Nov. ejusdem anni « SS^mus D. N.... *attenti peculiaribus ei rumentiis* benigne indulsit Episcopo oratori ut, pro suo arbitrio et conscientia, facultatem gratis impertiatur ad hoc ut sacerdotes missam in diebus festis iterantes eleemosynam pro secunda missa recipere valeant *per triennium proximum tantum*, si tamdiu expositæ circumstantiæ perduraverint, sub lege tamen ut eadem eleemosyna tradatur Episcopo oratori ad effectum de quo in precibus ». (1)

Episcopus Brugensis an. 1881 vivæ vocis oraculo ad quinquennium obtinuit ut suæ diœceseos sacerdotibus liceret stipendium accipere, pro secunda missa, in casu legitimæ binationis: *ea tamen lege ut illud stipendium integrum scholis catholicis impendatur*. Quæ facultas hucusque singulo quinquennio fuit renovata.

36. V. Tandem quoad istius prohibitionis *violationem ac sanctionem*, sequentia notare juvat:

Qui sine indulto apostolico pro altera missa stipendium accepit peccavit quidem sed ad *restitutionem* non tenetur, siquidem *injustitiæ stricte dictæ* reus non est. Accepto stipendio obligabatur ex justitia missam applicare ad dantis stipendium intentionem; missa autem sic applicata, erga erogantem stipendium liber est ab omni obligatione: at reus est factus erga Ecclesiam cujus præceptum vetans ne pro illa missa eleemosynam recipiat violavit. « Attamen si illam quoque missam *pro populo* applicare debuisset, quia duplici hujusmodi obligatione erat constrictus, justitiam læsit et remanet obligatio supplendi missam pro populo non applicatam. Qui enim obligationem missam pro populo applicandi non implerit aut per se aut per alium, aut ipso die aut alio, is ejus applicandæ obligatione manet ligatus ex justitia et eam supplere tenetur ». Feije *Insert* (autogr.) *de binatione*, n. 29.

37. Nulla autem *pœna* specialis a jure statuta est

(1) Apud *Nouv. rev. théol.* T. XIII p. 26.

contra dictæ prohibitionis violatores: est igitur arbitrio Episcopi relicta. — Interdum quidem ipsa S. Sedes pœnam determinatam infligit etiam cum eleemosynæ perceptæ amissione, hujus tamen proprie dictam restitutionem non imperat. Sic Bened. XIV Const. *Quod expensis*, per quam, ut notavimus (suprà n. 3), extenderat ad totum regnum Hispaniæ et Portugaliæ facultatem pro singulis sacerdotibus tres celebrandi missas in die Comm. OO Defunctorum, districte præcepit ut missas illas de novo celebrantes, nulla de causa aut prætextu, pro iis stipendium, etiamsi sponte oblatum, acciperent: et in contra facientes statuit pœnam suspensionis a divinis latæ sententiæ ac summo Pontifici reservatæ: facultatem autem relaxandi illam pœnam delegavit locorum Ordinariis, hac tamen apposita conditione, ut incursam hujusmodi suspensionem nunquam relaxare valeant, nisi prius eleemosynas a delinquentibus ratione prædictarum missarum perceptas ab ipsis reipsa receperint; quas ipsi Ordinarii in alios pios usus (non tamen in subventionem eorumdem sacerdotum, aut personarum ipsis vel sanguine vel necessitudine conjunctarum, aut in eorumdem cœnobiorum, domorum et ecclesiarum utilitatem, quantumvis ipsi aut personæ, cœnobia, domus et ecclesiæ hujusmodi notoria paupertate laborarent) arbitrio suo erogare debebunt ». His quidem exprimitur à Benedicto tum pœna in delinquentes lata tum conditio apposita exercitio facultatis ad illam relaxandam concessæ, minime vero proprie dicta restitutio, quasi istæ eleemosynæ illicite perceptæ non transiissent in dominium sacerdotum celebrantium, aut ipsi læsæ justitiæ rei fuissent. Imo ex hac ipsa Benedicti ordinatione non immerito concludi potest Pontificem eos minime ad restitutionem obligatos habuisse: secus enim declarasset eleemosynam injuste perceptam, quantum fieri licuisset, reddendam esse illis qui eam erogaverant.

H. V. D. B.

II

De formula flandrica G. verdomme.

(*Sequitur,* Cfr. *suprà* p. 397.)

III. Quomodo sacerdos, tum præsertim in ministerio confessionum, tum etiam in instructionibus, fideles circa hanc formulam opportune docebit?

Ex dictis apparet cur nullatenus accedere possim modo proposito a Schoolmeesters, p. 7: « Concionatores et confessarii deterreant fideles a talibus locutionibus non quia sunt peccata gravia, sed 1° quia malæ educationis signa et christiani hominis prorsus indigna verba; 2° quia ex modo proferendi vanæ usurpationi divini nominis sunt æquiparanda ideoque peccata venialia; 3° quia si ex intentione grave malum damnationis sibi vel aliis exoptandi proferuntur, etiam gravia evadunt peccata. » Ab alia parte Van Elst quoad praxim rem non absolvit (nec forte intendit absolvere) his solis verbis, p. 98: « Unde non relinquitur nisi ut confessarii et prædicatores strenue ab hac locutione fideles absterreant. »

Unde remanet ut omnibus proponamus simulque breviter vindicemus modum agendi quem confessariis ac concionatoribus commendat Ill. ac Rev. Waffelaert, in op. cit.

A/ Quoad confessarium: « Quid dicendum hujusmodi imprecationem confitentibus? 1° Declarandum est illam formulam vi verborum significare dirissimam imprecationem in seipsum, nempe Deus me damnet, ex quo quidem vehemens motivum desumi potest ad fideles ab ejus usu deterrendos. Simul negative addatur non esse significationem: Deus sit damnatus, ut supra diximus. 2° Ulterius abstineat confessarius a declarando positive an sit necne blasphemia. — Ita non præcluditur via

quominus hæc formula sensu blasphematorio jam non adhibeatur, et simul servatur horror sufficiens ut nemo ansam sumat eam liberius adhibendi. » n. 48.

Igitur confessarius omnibus formulam confitentibus indicet verum sensum, Deus me damnet; imo et expresse excludat sensum erroneum, Deus sit damnatus. Id quidem præsertim faciendum, quando pœnitens innuit se erroneum sensum de facto tribuere formulæ; ut si confiteatur: toties « damnavi Deum ». Sed in aliis etiam casibus idem agendum: quum hæc erronea apprehensio apud hujusmodi blasphematores admodum vulgata sit, teste experientia communi confessariorum, testibus item theologis nostratibus, inter quos v. gr. Van der Moeren, l. c., observat formulam istam « in pluribus locis genuinum perdidisse sensum et ibi ex communi acceptione significare *Deus damnatus est* aut *sit* ». Quo in errore facile detinetur vulgus, quia in hac formula pronomen *me* ipsi jam non perspicue apparet. Etenim forma pronominis consueta est *mij*. In certis quidem loquendi modis etiam *me* adhibetur; imo in nonnullis locis usurpantur locutiones grammaticaliter simillimæ *God help'me*, *God vertroost'me*. At rudes tales analogias non advertunt, elementa locutionis *verdom'me* non distincte apprehendunt et ita plerumque affingunt formulæ sensum pessimum quem voces nullatenus habent. Ideo confessarius generatim suspicari poterit apud pœnitentes in hac re errorem aut ignorantiam. Neque pigebit ipsum sæpius idem iisdem pœnitentibus repetere: noverit enim tales homines plerumque distracte et oscitanter monita confessarii audire auditaque facillime oblivioni tradere.

Non autem objiciat aliquis inutilem esse hanc satis laboriosam erroris correctionem. Enimvero a/ etiamsi pro certo admittas formulam in sensu *Deus me damnet* vi verborum continere blasphemiam, evidens est eamdem, in sensu *Deus sit damnatus* detortam, blasphemiam esse longe pejorem: illic enim inhonoratio Dei redundans ex maledictione sui; hic vero suprema maledictio imme-

diate evibrata in Deum. Atqui liquet errorem quo peccata plurima, etiam ex se gravia, multum aggravantur, esse sedulo corrigendum. Insuper b vidimus inter Auctores disputari utrum formula, genuino sensu accepta, ex vi verborum dicenda sit blasphematoria; simul indicavimus regulam S. Alphonso ac theologis communiter probatam, locutionem dubie blasphemam minime habendam esse pro blasphemia. Ex his apparet jam altera utilitas monitionis: « ita non præcluditur via quominus hæc formula sensu blasphematorio jam non adhibeatur ». In eumdem finem « abstineat confessarius a declarando positive an sit necne blasphemia »: quia difficulter intelligeret pœnitens distinctionem inter formulam secundum communem nostratum acceptionem spectatam, et absolute consideratam, ita ut primo tantum modo pro certo blasphematoria habeatur. Si tamen interrogetur, aperte dicat secundum æstimationem communem impræsentiarum esse blasphemiam.

Nec denique a praxi proposita retrahere debet timor ne multi, verum sensum formulæ edocti, eam jam libere usurpent. Nam a ex ipsa veri sensus indicatione « vehemens motivum desumi potest ad fideles ab ejus usu deterrendos »; puta in hunc modum: Considera nunc quid toties dixeris: Deus damnet me. Tuam ipse damnationem petisti! Sed an serio velle potes ut post tot ærumnas et labores vitæ tuæ succedat infortunium æternum? et si id minime cupis, cur ore petis a Deo? Nonne timendum ne Deus secundum verba tua te mori in peccatis permittat et in æternum damnet? Præterea b ille tandem confessarius ansam daret pœnitentibus libere usurpandi formulam, qui diceret, esse tantum veniale peccatum. Sed, ex nostra sententia, id nullatenus dicere neque imo innuere potest. — Unde magnum periculum augendi licentiam non adest, levius autem quod manet periculum cedere debet commodis ex recta instructione pœnitentium orituris.

B Quoad concionatorem et catechistam. « In cathe-

dra, maxima opus est prudentia, ne et male intelligantur dicta, et admirationem moveant, potius quam ædificent; unde, nisi speciali opportunitate data, in peculiaribus omnino adjunctis, aut ad classem determinatam personarum, non debet esse sermo de formulis in specie... » Confess. instr. n. 58. Cæterum ipsa formularum prolatio parum decet prædicatorem. Nihilominus et ipse, tum negative, tum positive, utilissimam in hoc negotio operam navare poterit.

1° Caveat sedulo concionator et catechista ne suis verbis quomodolibet auditores inducat in erroneam acceptionem pessime blasphematoriam *Deus sit damnatus,* aut eos in eadem confirmet. Ne igitur verbum faciat de blasphematoribus qui « damnant Deum »: talia quidem non raro audiuntur, imo et inveniuntur in concionibus typis impressis. Ita, v. gr., eloquentius quam prudentius, perorat Jacobs (Sermoonen, 1842, I, bl. 303): «... dan zal dienzelfden Jesus, die gij hier verloochend, gelasterd en *verdoemd* hebt geheel uw leven, u ook op zijne beurt voor eeuwig verdoemen in de hel. » Similiter Henckens (Korte Onderwijzingen, 1864, II, bl. 158): « Eindelijk is het eene godslastering, wanneer iemand den aanbiddelijken naam des Heeren onteert, schendt en *verdoemt* door die ijselijke vloeken, welke hedendaags zoo gemeen zijn onder alle ouderdommen en geslachten. »

2° Arripiat occasiones opportunas in quibus, coram speciali auditorio, jam prudenter ac decenter potest sensum verum hujus formulæ docere et inculcare. Ita si de blasphemiis agendum occurrit coram viris qui ad confessionem ac communionem paschalem præparantur, item in conservatoriis juvenum plebeiorum qui frequenter formulam audiunt aut ipsi forte nonnumquam usurpant. Quæ occasiones si arripiantur, non dubito quin error corrigatur efficacius et citius quam si *soli* confessario negotium relinquatur. — Imo nihil, opinor, prohibet quominus concionator omnibus fidelibus sub-

inde verum sensum formulæ *insinuet*, v. gr. avertendo eos ab usu irreligioso et scandaloso illorum qui non verentur petere ut Deus ipsos damnet.

Superest ut videamus quid tandem praxi hic propositæ apud Auctores objiciatur.

1° Génicot (Theol. Mor. I. n. cit. 285) ait: « Quod autem suadet Ill. Waffelaert ut populus verum sensum hujus locutionis doceatur non videtur practicum, saltem donec, sub directione Episcoporum, sacerdotes communiter errorem fidelium circa genuinum sensum corrigere aggrediantur. Nam confessarius qui hanc formulam a gravi peccato excusaret, pœnitentibus summam admirationem moveret vel occasionem daret talem formulam frequentandi: quod, manente ceterorum persuasione de sensu blasphematorio, verum scandalum cieret ».

At cl. Génicot, quod miror, nullatenus assecutus est sensum Rev^mi scriptoris. Is enim, postquam n. 41 in Reg. II (supra cit.) statuit, in dijudicandis formulis communem apprehensionem loci esse considerandam, n. 28 propositam formulam versans, ait: « si communem æstimationem consulimus, fatendum est dictam imprecationem communiter accipi ut blasphematoriam ». Quomodo igitur eod. num. posset confessario suadere ut, vigente hac æstimatione communi, « hanc formulam a gravi peccato excusaret »? Contra, suadet confessario ut « abstineat a declarando positive an sit necne blasphemia » quia pro futuro « ita non præcluditur via, quominus hæc formula *omni blasphematorio jam non adhibeatur* ». Unde confessarius quem merito carpit Génicot, minime est « confessarius rite institutus ad impugnandam blasphemiam » ab Ill. Waffelaert.

2° Sed magis contra praxim propositam facere videntur quæ P. Van Hist, post Theol. Mechlin., refert ex Van der Moeren. Is postquam notavit formulam in pluribus locis genuinum perdidisse sensum, mox subjungit: « Dicet aliquis: *Quare populus non dedocetur* circa sensum formulæ G. v. d. et aliarum forte formularum?

Resp. 1° Quia modus proferendi potest esse contumeliosus, quod sufficit ad blasphemiam; 2° quia difficillime mutaretur populi æstimatio, hac autem perseverante formulæ ædificant ad mortale; 3° quia publice dedocere ad cœtum Episcoporum pertinere videtur. » His verbis relatis, ait Van Elst: « Quibus 4^{am} liceat addere rationem: quia *de errore* minime constat, econtra, ut perpendenti argumenta quæ attulimus abundanter patebit. »

Sed reapse nulla ex his quatuor rationibus urgeri potest adversus praxim quam tuemur. Non certe prima. « *Modus proferendi potest esse contumeliosus* »: at non sequitur inde formulam esse ex seipsa blasphematoriam, multoque minus sequitur *populum non esse dedocendum circa sensum formulæ*. Sic etiam formula gallica *Nom de Dieu* poterit, quamvis rarius, modo contumelioso in Deum proferri (Van der Moeren, l. c.): præterea nonnulli rudes, quod expertus sum, ex ignorantia linguæ gallicæ huic formulæ pessimum sensum hæreticalem tribuunt ac putant se dicere *non est Deus* (non de Dieu): an confessarius tales statim dedocere non tenetur? Jamvero sicut iste sensus, formulæ gallicæ affixus, ab origine formulæ et indole linguæ excluditur, ita revera et sensus formulæ flandricæ sæpe affixus; et si hic error multo communior est priore, imo in pluribus locis plerosque tenet, non ideo videtur omittenda correctio, quin potius diligentius facienda.

Sed ita obviam habemus rationem secundam: « difficillime mutaretur populi æstimatio, hac autem perseverante formulæ ædificant ad mortale. » Quoad posteriorem hujus rationis partem, id ipsum supra non tantum fassi sed et tuiti sumus. Quoad priorem, cavenda est ambiguitas. Vel enim intelligitur æstimatio populi de sensu blasphematorio undecumque oriatur et quocumque modo explicetur. Et tunc a responderi potest transeat, dedocendus est populus modo supra exposito, quia saltem minor erit blasphemiæ malitia et via non præclu-

detur mutationi utut difficillimæ; imo b/ negari potest fore difficillimam mutationem, exclusa semel erronea acceptione pessima, quum pluribus Theologis formula ita jam non appareat ex se blasphematoria, inter quos Van der Moeren absolute asserit eam « ex propria et etymologica verborum significatione nullam continere blasphemiam ». Vel agitur de æstimatione populi interpretantis: *Deus sit damnatus*. Et tunc negamus omnino mutationem fore difficillimam, si sacerdotes communiter ac perseveranter propositæ praxi insistant: at parum proficient in aliqua regione hujus praxeos sequaces, si plerique alii nihil agunt, imo subinde verbis suis erroneam acceptionem confirmant.

Tertia ratio habet: « publice dedocere ad cœtum Episcoporum pertinere videtur. » Resp. a/ non suasimus publice dedocere populum, sed principaliter saltem rem in confessionali peragere. b/ Non est a cœtu Episcoporum expectandum ut datis litteris directe populum de sensu hujus aliarumve formularum doceat, quod ægre sine multorum admiratione ac mala interpretatione fieret. c/ Praxis dedocendi, prout ab Ill. ac Rev. Episcopo Brugensi, in opere sæpe cit., proponitur, non tantum suis rationibus sed et suo Auctore se satis commendat ut tuto ab omnibus assumatur.

Tandem nec quarta ratio vere nostram praxim impetit. Etenim quamvis « non constet de errore » circa indolem blasphematoriam formulæ, plane constat de errore multorum circa genuinum ejus sensum, quem errorem corrigere oportet.

His satis superque causa nostra orata videtur. Faxit Deus ut quæ hic proposuimus aliquid conferant ad sententiarum conciliationem, atque ut ipsa controversia fiat occasio majoris uniformitatis in praxi confessariorum inducendæ.

O. E. D.

Fabriques d'église

Séance légale du mois d'Octobre

Les conseils de fabrique doivent se réunir en séance ordinaire le dimanche, 2 Octobre prochain. L'avertissement de cette séance sera publié, le dimanche *précédent*, au prône de la grand'messe. Art. 10 du décret du 30 Déc. 1809.

Le conseil pourvoit d'abord au remplacement des membres décédés, démissionnaires, etc. Il délibère ensuite sur les objets qui lui sont soumis.

Les membres du bureau, et spécialement le trésorier, auront soin de visiter, à l'approche de l'automne, les édifices affectés au service du culte, à l'effet de constater les dégradations survenues et de faire les réparations nécessaires (art. 40 du décret). Voir *Collationes*, T. I, p. 130, et T. II, p. 92.

Jurisprudence administrative

Fabriques d'église — Budgets — Produit des quêtes

Un arrêté royal en date du 1er Juillet 1898 (*Moniteur*, p. 2909) réforme l'arrêté du 21 Janvier précédent, par lequel la Députation permanente du conseil provincial de Hainaut a approuvé le budget, pour l'exercice 1898, de la fabrique de l'église de Notre-Dame, à Pommerœul, sous la réserve que le conseil de fabrique « renseigne en compte le produit des quêtes faites à l'occasion des offices de la Sainte-Vierge et les dépenses y relatives ».

La dite réserve est supprimée.

Cette décision est basée sur ce qu'il résulte de l'instruction que les quêtes dont il s'agit sont faites au profit de la confrérie de Notre-Dame de Pommerœul ; que, des lors, le produit des dites quêtes n'étant pas destiné aux frais du culte, ne fait pas partie des ressources de la frabrique et ne peut, en conséquence, être inscrit au compte de cette administration.

Observation. Cet arrêté confirme la doctrine que nous avons précédemment émise, suivant laquelle les fabriques d'église ne doivent mentionner dans les budgets et les comptes que ce qui *leur* revient. Voir les *Collationes*, T. I, p. 430 ss.

D'autre part, il importe de ne pas oublier que les fabriques sont tenues de renseigner *tout* ce qui leur revient. Notamment, en matière de fondations pieuses, il y a lieu de porter annuellement aux budgets et aux comptes, en recette le revenu intégral des fondations, ainsi que la part revenant à la fabrique du chef des services religieux, et en dépense toute la somme qui est affectée à la célébration des dits services.

C. V. C.

Jurisprudence

DES COURS ET TRIBUNAUX

Légalité d'une fondation faite à la fabrique d'église, à condition de payer tout ou partie des revenus au curé à titre de supplément de traitement

Jugement du tribunal civil de Namur du 21 Mars 1898
(*Pasic.*, III, p. 195).

LE TRIBUNAL : — Attendu que, par son testament du 28 Juillet 1821, reçu par Jean-Gaspar Bodart, notaire à Hingeon, Nicolas-Joseph Piomteut, curé d'Hingeon, après avoir fait à la fabrique d'Hingeon diverses libéralités à charge de services religieux et de rentes au profit des écoles et des pauvres d'Hingeon, a disposé comme suit en ce qui concerne les immeubles composant sa résidence et les dépendances de celle-ci :

« Je lègue à la fabrique de cette commune ma maison d'Hingeon, jardin, enclos et terres en dépendantes, de la manière que je les occuperai à l'instant de ma mort, pour l'usage perpétuel de mes successeurs, à condition : 1° qu'ils chanteront annuellement deux anniversaires, un pour moi et l'autre pour M. Gabriel Simon, révérend abbé de Boneffe, dans l'église d'Hingeon, et qu'ils payeront 4 francs pour chaque anniversaire au chantre ou marguillier, lesquels anniversaires devront être chantés à perpétuité et recommandés au prône le dimanche avant l'époque de notre mort, outre qu'ils devront me recommander tous les dimanches. Mes successeurs acquitteront chaque année à leur échéance la rente perpétuelle due à M. le curé de Saint-Jean, en la ville de Namur, et celle due à M. Defays, chapelain d'Offus, jusqu'à sa mort. Après quoi mes successeurs devront dire vingt-six messes basses chaque année à perpétuité à mon intention, au lieu de la dite rente ».

Attendu que la fondation a été autorisée par arrêté royal du 17 Mars 1823 et que, depuis cette époque, le testament n'a pas cessé d'être exécuté selon les intentions du testateur, mais que récemment la fabrique de l'église d'Hingeon, agissant en conformité des considérants d'un arrêté royal du 1er Août 1895, a mis en location les terrains compris dans la disposition prérappelée;

Que l'action du demandeur a pour objet les revenus produits par la location, revenus qu'il réclame à titre de supplément de traitement ou d'honoraires alloués par le testament pour l'exonération des services religieux fondés par le même acte;

Attendu que les fabriques sont autorisées à fournir au curé ou desservant un supplément de traitement (*Pand. belges*, v° *Fabrique d'église*, nos 1209 et 1210; circulaire du ministre de la justice du 17 Juillet 1884; De Brouckère et Tielemans, v° *Fabrique d'église*, titre III, chap. II, section II, § II, n° 6);

Que, notamment, la loi du 9 Janvier 1837, après avoir mis à la charge de l'État le traitement des vicaires, lequel incombait à la fabrique aux termes de l'article 37 du décret de 1809, a soin d'ajouter que le traitement fixe sera payé sans préjudice aux suppléments que les communes et les fabriques des églises auront la faculté d'accorder;

Qu'il fut observé par M. Dubus, lors de la discussion de cette loi, qu'en ce qui concerne le traitement du desservant, les lois en vigueur n'établissent réellement qu'un minimum à charge de l'État, et que, dans les localités où le minimum est insuffisant, la commune ou la fabrique vote un supplément;

Qu'une proposition avait été faite par la section centrale en vue d'imputer partiellement sur le traitement à charge du trésor l'excédent disponible des revenus de la fabrique, mais que cette proposition a été repoussée (Pasin., 1837, p. 11);

Attendu qu'aucune loi ne s'oppose à ce que les particuliers fournissent aux établissements publics, par des libéralités soumises à l'approbation du gouvernement, des ressources destinées aux dépenses facultatives qui rentrent dans les attributions de l'établissement gratifié et se rattachent au service public dont il est l'organe;

Qu'ainsi, après avoir disposé en son article 14 que le gouvernement assurera un traitement convenable aux curés, le Concordat du 26 messidor an IX ajoute, en son article 15, que le gouvernement prendra *également* des mesures pour que les catholiques puissent, s'ils le veulent, faire en faveur des églises des fondations;

Que la loi du 18 germinal an X, après avoir alloué d'abord un traitement fixe aux ministres du culte, en ses articles 64, 65 et 66, autorise formellement, en son article 73, les fondations qui ont pour objet l'entretien des ministres et l'exercice du culte;

Qu'il est de principe que les fondations autorisées doivent être fidèlement exécutées suivant les intentions des fondateurs (art. 26 du décret du 30 Décembre 1809);

Que de cet article 26, ainsi que des articles 36, 63, 83 et autres du même décret, il appert que le produit des fondations doit être employé par les fabriques à la destination déterminée par la fondation;

Que de l'ensemble de ces dispositions il résulte, d'une part, que le législateur a entendu assurer le respect de la volonté des fondateurs qui disposent de leurs biens pour l'entretien des ministres et l'exercice du culte, et, d'autre part, que l'entretien des ministres du culte n'est pas nécessairement restreint au traitement fixe payé par l'État, mais qu'il peut être assuré supplémentairement par des allocations facultatives de la fabrique ou des bienfaiteurs particuliers, à la double condition que le gouvernement autorise la fondation qu'il peut d'ailleurs réduire s'il la trouve excessive (art. 73 de la loi du 18 germinal an X), et qu'en outre la régie et l'administration des immeubles de la fondation appartiennent à la fabrique, qui a seule qualité pour les affermer (Cass., 8 Novembre 1883, arrêté royal du 1er Août 1895);

Attendu que, dans l'espèce, il résulte très clairement des termes et de l'esprit du testament que le but du testateur n'a pas été de gratifier l'État en pourvoyant à sa décharge au traitement du curé de la paroisse, mais que son intention évidente était d'améliorer la situation du desservant par un accroissement d'avantages;

Qu'en tout cas, la fabrique bénéficiaire du legs est débitrice de la charge vis-à-vis du demandeur qui a qualité pour

agir (voy., par analogie, Cass. belge 24 Novembre 1881), sans que des considérations d'ordre administratif ou politique étrangères à l'obligation civile de la fabrique tenue directement et personnellement envers son créancier puissent altérer l'efficacité du titre de ce dernier;

Attendu, enfin, que si l'on considère l'émolument du legs comme formant oblation pour l'exonération du service religieux, la disposition, n'étant contraire à aucune loi, devrait encore recevoir son exécution;

Qu'en effet, aucun texte légal n'impose la réduction au chiffre du tarif diocésain en ce qui concerne les fondations *modernes* qui ne sont pas soumises à l'empire du décret du 22 fructidor an XIII et de l'avis du conseil d'État du 26 frimaire an XIV (*Pand. belges,* v° *Fabrique d'église,* n° 1298);

Que, d'ailleurs, aucune réduction n'est postulée par la fabrique défenderesse, laquelle a déclaré s'en rapporter à justice sur l'action du demandeur, sans dénier les faits allégués par lui dans ses conclusions, ni le chiffre des revenus réclamés;

Par ces motifs, entendu en ses conclusions le ministère public, qui s'en est rapporté à justice, dit que les revenus produits par la location des terrains légués par le curé Plomteut à la fabrique d'Hingeon pour l'usage perpétuel de ses successeurs, sous les indications et charges reprises en son testament du 28 Juillet 1821, appartiennent au demandeur; condamne la défenderesse à payer au demandeur la somme de 500 francs sous déduction, s'il y a lieu, des droits qui peuvent revenir légalement à la fabrique du chef de l'exonération des services religieux dont la fondation est chargée; condamne la défenderesse aux dépens.

Observation. Le jugement précité consacre les principes suivants:

1° Les fabriques d'église sont autorisées à fournir au curé ou desservant un supplément de traitement.

2° Les particuliers peuvent faire aux établissements publics des libéralités en vue de leur procurer des ressources destinées aux dépenses *facultatives* qui rentrent dans les attributions des dits établissements. Cf. *Collationes*, T. II, p. 542.

3° Les particuliers peuvent notamment faire des fondations qui ont pour objet l'entretien des ministres du culte; et suppléer, par des libéralités faites à la fabrique d'église, à l'insuffisance du traitement payé au curé ou desservant par l'Etat, à la double condition que le gouvernement autorise les fondations, et qu'en outre la régie et l'administration des biens donnés ou légués appartiennent a la fabrique.

La fabrique bénéficiaire de semblables libéralités est débitrice de la charge vis-à-vis du curé ou desservant, qui a de ce chef une action en justice.

4° Le montant des revenus d'une fondation de cette espèce ne doit pas être défalqué du traitement alloué par l'Etat, comme le prétendent certains jurisconsultes (1), et comme l'a décidé M. Bara par circulaires du 20 Septembre 1878. Cf. arr. roy. du 8 Mars 1881.

Cette théorie, inconnue avant M. Bara, est manifestement contraire à l'intention des fondateurs, dont le but n'est pas de gratifier l'Etat, mais d'améliorer la situation du curé ou desservant. Cf. Van Messem, *Les fondations de messes en Belgique*, p. 43 ss.; Moulart, *Des fabriques d'églises,* 8me édit., p. 167.

5° Les fondations *nouvelles* ne sont pas soumises à la loi du tarif diocésain. Cf. *Collationes*, T. II, p. 197.

C. V. C.

---

(1) Voir Lentz, T, I, p. 320; Giron, *Dict.*, V° Fondations en faveur du culte, n. 6.

Consultationes

I

Quatenus utrum sine ullis Apostolicae licentia venerationi fidelium exponere liceat statuam Beati Gerardi Majella.

Respondetur: Negative. Existat enim generalis Ecclesiae prohibitio de huiusmodi honore Beatis nondum canonizatis exhibendo: nimirum S. C. R. in Congregatione ordinaria habita coram SS. D. N. Papa Alexandro VII, die 27 Septembris 1659, Pontifice approbante et decretum solemniter promulgari jubente, statuit:

1° Quod Beatorum imagines, etiam non principaliter, et ut supplices apparent, simulacra, picturae, tabellae, aut scripturae, eorum gesta repraesentantes aut referentes, in Ecclesiis, Sacrariis et Oratoriis publicis, et praesertim in quibus Missae Sacrificium vel alia Divina Officia peraguntur, inconsulta Sede Apostolica, nullo pacto exponantur [1].

2° Quod nihil indultum fuerit per Sedem Apostolicam imagines, simulacra picturasque tabellas in ecclesiis poni et vel prorsus, in parietibus tantum, non autem super altaria collocandi facultas concedatur.

Hanc autem prohibitionem adhuc perseverare ampliatam ex eo quod praefatum decretum in collectione authentica decretorum S. C. R., quae passa est authentica SS. D. N. Leonis XIII a hac Congregatione hoc anno edi coepit, reperiatur insertum sub n° 1156. Scopus enim, a praestantissimo viro huic collectioni conficiendae praeposito intentus, fuit ut decreta jam edita recognoscerent, delectumque adhiberent, obsolescentia, aut tempo-

---

[1] Hoc tamen non ita [illegible] (S. R. C. 17 Aprilis 1666).

rum adjunctis minus facientia, delerent (1) ». Insuper ipse S. Pontifex, uti legitur in decreto *Urbis et Orbis* 16 Febr. 1898 eidem collectioni præfixo, statuit « Decreta hucusque evulgata *in iis, quæ a Decretis in hac collectione insertis dissonant, veluti abrogata esse censenda*, exceptis tantùm quæ pro particularibus Ecclesiis indulti seu privilegii rationem habeant ». Ex quibus colligere licet decreta in hac nova editione servata vim suam retinere.

Unde nec ipsi Episcopi possunt hujusmodi statuæ expositionem in ecclesiis suæ diœceseos permittere, nisi ad hoc indulto apostolico sint muniti. Simile indultum a S. C. R. vigore facultatum specialiter a SS. D. Leone XIII tributarum, quoad statuam B. Gerardi Majella, obtinuit Episcopus Leodiensis, die 12 Nov. 1895 (2). Episcopo autem Brugensi, quoad ejusdem Beati statuam ac reliquias, ex audientia SS^mi^ diei 12 Julii 1898, concessa est eadem facultas pro certis numero casibus.

In utriusque concessionis tenore inserta legitur clausula, *servatis servandis:* hæc importat a/ ut Beati imago non exponatur super altare (*vid. suprà*); b/ ut eadem imago seu statua non repræsentetur cum diademate seu circulo, sed cum radiis tantum; quod a S. R. C., approbante Alexandro VII, die 19 Febr. 1658, statutum refertur a Benedicto XIV *De Servorum Dei Beatific. etc.*, lib. I, cap. 37; c/ ut Beati reliquiæ in processionibus minime circumferantur (S. R. C. 27 Sept. 1659): (3) quod a fortiori valere videtur pro statuis et imaginibus.

H. V. D. B.

---

(1) Litt. D. Panici S. R. C. *a Secretis*, die 11 Martii 1898 ad Pontificem directæ.

(2) Cfr. *Nouv. rev. Théol.* T. XXVIII, p. 94.

(3) Cfr. apud *Collat. Brug.* T. 1, p. 53, monitum nomine et auctoritate S. C. Rituum hac de re datum.

II

Quomodo terminanda est processio quæ solemniter fit per plateas civitatis, cum Sanctissimo Sacramento, in festo Assumptionis et in qua ante reditum in ecclesiam cantatur hymnus Te Deum? An cantanda sunt, deposito Sacramento, versus et Oratio Patroni seu Titularis Ecclesiæ? An versus et tres orationes assignatæ post *Te Deum?* Vel an concludendum solo cantu *Tantum ergo*, versus et orationis SS. Sacramenti ac benedictione cum Sanctissimo sub silentio, prout præscribitur post processionem in festo Corporis Christi?

R. Processio in die Assumptionis, si fit cum Sanctissimo Sacramento, est terminanda prouti juxta Rituale terminatur processio in festo Corporis Christi.

Rituale enim, Tit. IX. cap. 5 ad 7, post descriptum ordinem servandum in processione Corporis Christi et modum eam terminandi cum benedictione, addit: « Hic autem modus benedicendi servatur etiam in aliis processionibus faciendis cum SS. Sacramento ». Cum autem idem Rituale ante benedictionem nullas alias preces vel orationes indicet quam *Tantum ergo, Panem de cœlo, Deus qui nobis* etc. concludi potest nulla alia dicenda vel cantanda esse. Ita etiam sentit Pouribaix *Sacr. lit. compendium*, n° 743: « Iidem ritus *(ac in festo Corporis Christi)* servantur in aliis processionibus cum **SS. Sacramento** ».

Inde sequitur non esse cantanda antiphonam, versum et orationem Patroni vel Titularis Ecclesiæ quam processio ingreditur. Hoc quidem præscribitur pro processione Rogationum, « si ad unam vel plures ecclesias *in via* sit divertendum, » tunc « ingressis ecclesiam, intermissisque Litaniis, vel Psalmis, cantatur Antiphona cum versu et oratione Sancti Patroni illius ecclesiæ » (Rit. tit. IX. cap. 5. 5): non autem statuitur pro ecclesia in qua processio Rogationum terminatur, sed ut ait Rituale l. c.: « Egredientes,

resumptis precibus, eodem ordine procedunt usque ad ecclesiam, ubi cum precibus et orationibus omnibus Processio terminatur, ut in fine Breviarii Romani post psalmos pœnitentiales ». Si ergo ille cantus nequidem fieri debet in fine processionis Rogationum, a fortiori omittetur in processione in qua defertur SS. Sacramentum, cum nullibi præscribatur, et præsentia SS. Eucharistiæ potius videtur excludere illum specialem cultum Sanctorum.

Nec dicenda sunt versus et orationes quæ (Rit. tit. IX, cap. 13) assignantur dicendæ post processionem pro gratiarum actione, quia ut notat De Herdt (tom. III, n° 330), processio SS. Sacramenti principaliter non fit in gratiarum actionem, sed in laudem et triumphum SS. Sacramenti. Quod autem dicitur de Processione festi Corporis Christi, applicari potest aliis processionibus quæ fiunt cum SS. Sacramento (saltem, nisi specialiter in gratiarum actionem instituantur). Inter hymnos concinnendos « pro longitudine processionis » Corporis Christi, indicatur quidem etiam *Te Deum laudamus*, sed nullo modo assignantur dicenda versus et orationes in gratiarum actionem; præscribitur tantum, « peracta Processione », cantus *Tantum ergo*, cum versu *Panem* et oratione *Deus qui nobis*, post quæ juxta Rituale « Sacerdos cum Sacramento semel benedicit populo nihil dicens ».

H. V. D. W.

III

Q. Aux termes de l'article 61 du décret du 30 Décembre 1809, « Aucun des *membres du bureau* des marguilliers ne peut se porter, soit pour adjudicataire, soit même pour associé de l'adjudicataire des ventes, marchés de réparations, constructions, reconstructions, ou baux des biens de la fabrique ».

La prohibition édictée par cet article s'applique-t-elle aux *membres du conseil* qui ne font pas partie du bureau ?

R. Cette question est vivement controversée.

I. Plusieurs auteurs, p. ex. André, *Cours de législation civile ecclésiastique,* V° Adjudicataire et V° Administrateurs; Affre, *Traité de l'administration temporelle des paroisses,* édit. de Liège, p. 140; Tielemans, *Répertoire de l'administration*, V° Fabriques d'églises, Tit. IV, chap. 4, sect. 1. (T. VII, p. 312 ss.); De Fooz, *Le droit administratif belge*, T. IV, p. 533; Delcour, *Traité de l'administration des fabriques d'églises*, p. 167, n° 206; Leroy, *Instructions pratiques*, etc., pp. 219 et 231; Pilette, *Traité de l'administration des fabriques d'églises*, p. 109; *Le Mémorial*, an. 1886, p. 575, opinent pour l'affirmative, et soutiennent, en s'appuyant sur l'esprit de l'article 61 et sa combinaison avec les autres dispositions légales, que la défense, formulée expressément à l'égard des marguilliers par le dit article, atteint également les autres membres du conseil. (1)

a Le législateur, en édictant cette prohibition, a voulu empêcher que les marguilliers ne commissent des fraudes pour écarter les enchérisseurs et ne sacrifiassent, pour leur propre avantage, les intérêts qui leur sont confiés (2). Or les mêmes motifs de moralité et de convenance qui excluent les membres du bureau des marguilliers des adjudications de la fabrique s'appliquent aux membres du conseil.

b L'article 1596 du Code civil (Tit. VI, *De la vente*) interdit, sous peine de nullité (3), aux *administrateurs* des communes et des établissements publics de se

---

(1) Lion et Demaret, 2me édit. de Brixhe, V° *Adjudicataire*, et Lauwers, *Code de droit civil ecclésiastique*, p. 368, inclinent dans le même sens; Moulart, *Des fabriques d'églises*, 7me édit., p. 538, indique la controverse; et, dans la 8me édition, p. 557, il se contente de renvoyer au *Répertoire* de Tielemans.

(2) Voir Delcour, *ouv. cité*, n° 206.

(3) La nullité n'est pas absolue. Les principaux auteurs, qui ont écrit sur le Code civil, enseignent qu'elle ne peut être opposée que par ceux dans l'intérêt desquels elle a été établie, et nullement par ceux qui se sont portés adjudicataires, contre le vœu de la loi.

rendre adjudicataires, par eux-mêmes ou par personnes interposées, des biens des communes ou des établissements confiés à leurs soins. Or, les membres du conseil sont *administrateurs* des biens de la fabrique d'église au même titre que les membres du bureau; car, si les articles 24, 41 et 60 du décret laissent au bureau des marguilliers les détails de l'administration et l'exécution des délibérations du conseil, celui-ci gouverne et régit bien aussi, dans sa sphère, le patrimoine de la fabrique. Dès lors, la disposition de l'article 1596 s'applique à la fois et aux membres du conseil et à ceux du bureau; et si le décret de l'an 1809 semble, par son texte, limiter la prohibition qu'il prononce aux seuls membres du bureau, les membres du conseil n'en sont pas moins compris sous la règle générale établie par le Code civil.

c/ L'article 245 du Code pénal belge (1) confirme cette interprétation. « Cette disposition a érigé en délit le cas de l'article 1596 pour les fonctionnaires et les personnes chargées d'un service public; elle punit celui qui aura pris ou reçu quelque intérêt que ce soit dans les actes, adjudications, entreprises ou régies dont il avait *l'administration* ou la *surveillance*. Or, les membres du conseil ont évidemment la surveillance sur toutes les opérations de la fabrique ». *Pandectes belges*, V° Fabrique d'église, n° 554. Cfr Brixhe, *Manuel raisonné*, 1e édit., V° *Adjudicataire*, n° 3; *Revue communale*, T. XIX, p. 153 ss. et T. XXII, p. 170.

II. Prompsault, *Dictionnaire de droit et de jurisprudence*, V° Adjudicataire; Gaudry, *Traité de la législation des cultes*, T. III, n° 893; Brixhe, *l. c.; Le Mémorial belge*, T. II (an. 1858), p. 796; Daris, dans la même revue, T. XVI (an. 1872), p. 167; *Het Vlaamsch Bestuur*, I, p. 126 et III, p. 106 ss.; de Corswarem, *Uitlegging der wetten over de kerkfabrieken*, p. 326; De Brabandere,

(1) Cet article reproduit presque textuellement l'art. 175 du Code pénal de 1810.

Comp. jur. can., n° 985 coll. n° 1109 et n° 1112; *Revue communale*, T. VI, p. 300; T. XVIII, p. 33; T. XIX, p. 152 et T. XXII, p. 170; Giron, *Dictionnaire de droit administratif*, V° Fabriques d'église, n° 43; *Les Pandectes belges*, V° Fabrique d'église, n° 552; Orban, *Droit administratif notarial*, n° 360, enseignent que l'interdiction prononcée par l'article 61 du décret doit être restreinte aux seuls membres du bureau des marguilliers. (1)

Nous partageons pleinement cette manière de voir, et voici les motifs:

1° Les exclusions et les incompatibilités sont de droit étroit; elles ne se présument pas et ne peuvent s'établir par analogie ou induction; elles doivent résulter d'un texte *formel* ou être la conséquence *nécessaire* d'un principe posé dans la loi, et les dispositions qui les créent doivent être interprétées restrictivement de manière à ne pas les étendre à d'autres qu'à ceux qui sont spécialement visés. Or, l'article 61 du décret parle uniquement des membres du bureau des marguilliers; et il n'existe, dans la législation, aucune disposition qui nous oblige ou qui nous permette même d'étendre aux autres membres du conseil la défense formulée par le dit article. En effet,

2° L'argument tiré de l'article 1596 du Code civil ne nous touche guère: il manque absolument de solidité. Et d'abord, en admettant que cet article s'applique à la fois et aux membres du conseil et aux membres du bureau, par le motif que tous ont le caractère d'administrateurs, on peut répondre que le décret de 1809, postérieur au Code civil, en n'adressant sa défense qu'aux membres du bureau, a dérogé à la règle posée par l'article 1596. *Inclusio unius est exclusio alterius.*

---

(1) Mgr Malou, Evêque de Bruges, adopte la même opinion dans une lettre circulaire aux membres des fabriques d'églises de son diocèse, en date du 26 Mai 1857 (*Coll. épist. past.*, T. IX, p. 46).

Mais il y a une réponse plus péremptoire. L'argument en question croule par la base. En effet, les membres du conseil ne sont pas de véritables *administrateurs* dans le sens du Code, et dès lors, l'article 1596 ne leur est pas applicable. Il résulte des travaux préparatoires et du texte même de cet article que le législateur n'a pas entendu comprendre sous la dénomination d'*administrateurs* tous ceux qui ont une part quelconque dans l'administration des biens, — par exemple, les membres du conseil de famille en ce qui concerne les biens des mineurs, — mais ceux-là seulement qui représentent l'établissement public dans les actes d'administration et qui sont directement chargés de les faire. C'est là, selon nous, le motif qui explique pourquoi l'article 61 du décret de 1809 restreint aux marguilliers la prohibition de l'art. 1596 du Code civil.

Cette explication, qui met l'harmonie entre ces deux dispositions, est d'ailleurs conforme au système de la législation concernant la vente des biens communaux. L'article 15 de la loi du 25 Mars 1847, par dérogation à la règle de l'article 1596, permet, dans certains cas, aux *bourgmestres* et aux *échevins* d'acheter des biens mis en vente par la commune. Cet article parle uniquement des membres du collège échevinal; delà il ne suit évidemment pas que les simples conseillers ne jouissent pas de la même faculté, mais bien que le législateur de 1847 a cru inutile de les mentionner par le motif que l'article 1596 ne les atteint pas. C'est en ce sens que les auteurs et la jurisprudence ont interprété l'article 1596. « Les conseillers communaux, dit Giron, n'ont pas la qualité d'administrateurs. La prohibition dont il s'agit ne les concerne donc pas ». *Droit administratif*, T. II, n° 689. Comp. *Dictionnaire de droit administratif*, V° Biens communaux, n° 5; *Revue communale*, T. VI, p. 300 et T. XIX, p. 152; Orban, *ouv. cité*, n° 359; Wiliquet, *La loi communale*, n°s 515 et 1096; instructions ministérielles du 11 Novembre 1842 et du

9 Novembre 1846; décision du 8 Avril 1852. Or, « la même distinction doit être faite pour les fabriques d'église; car le bureau des marguilliers est un collège exécutif, qui est relativement au conseil de fabrique ce qu'est le collège échevinal relativement au conseil communal ». *Rev. comm.*, T. XIX, p. 152. C'est donc à bon droit que le Ministre de l'Intérieur, dans une dépêche au Gouverneur du Hainaut, en date du 11 Janvier 1838 (*Mémorial belge*, T. III (an. 1859), p. 723 s.), a décidé que la qualité d'administrateurs des biens de la fabrique « est *exclusivement* attribuée au bureau des marguilliers (Art. 29, 50 et suiv. du décret du 30 Décembre 1809) ».

Au surplus, la prohibition de l'article 1596 ne s'applique qu'aux adjudications ayant pour objet des *ventes ou achats*. En ce sens Laurent, *Principes de droit civil*, T. XXV, n° 41 ; *Les Pandectes belges*, V° Bail, n° 155 ss., et une décision ministérielle du 2 Août 1869, admettant le bourgmestre à prendre part à une *location* de biens communaux.

3° Les considérations qui précèdent démontrent clairement l'inanité des autres arguments présentés par les partisans de l'opinion adverse.

En présence des termes de l'article 61 du décret mis en rapport avec l'article 1596 du Code civil dont nous venons de déterminer la juste portée, on est mal venu à s'appuyer sur l'esprit de ces dispositions et sur la possibilité d'abus pour induire une exclusion que la loi repousse formellement. D'ailleurs « que le législateur ait eu des motifs pour exclure les membres du conseil, c'est ce qui ne s'aperçoit guères » (Brixhe, *l. c.*); on n'a pas à craindre de leur part, en présence et avec la participation de leur curé, les menées frauduleuses que le législateur voulait prévenir. D'autre part, comme le fait observer Prompsault, *l. c.*, il y aurait eu quelque inconvénient, dans les petites paroisses, à frapper d'incapacité tous les membres du conseil de fabrique, qui sont

quelquefois les seuls qui puissent se rendre adjudicataires à des conditions avantageuses pour la fabrique.

On n'est pas plus heureux quand on nous oppose l'article 245 du Code pénal; et nous nous étonnons que les *Pandectes*, qui reconnaissent d'ailleurs que la prohibition de l'art. 61 ne s'applique pas aux membres du conseil (V° Fabrique d'église, n° 552) aient cherché et trouvé dans l'article 245 du C. p. la *preuve* que l'article 1596 du C. c. leur est applicable. Pourquoi ne pas argumenter plutôt du texte de cette dernière disposition? Du reste, la question de savoir si l'article 245 est applicable aux administrations fabriciennes est fort controversée; plusieurs jurisconsultes, s'appuyant sur un arrêt de la cour de Cassation du 7 Juin 1849, sont d'avis que les fabriciens, même marguilliers ne sont pas des fonctionnaires chargés d'un service public dans le sens de l'article 245 (1); et dans le doute on n'est pas autorisé à leur appliquer une disposition qui doit être de stricte interprétation, comme toute disposition pénale. Enfin il résulte du texte même de l'article 245 que la prohibition qu'il sanctionne n'est pas absolue. Cet article peut être de nature à engager les marguilliers à respecter la défense qui leur est faite par l'article 61 du décret et l'article 1596 du Code civil; mais il ne prouve en aucune façon la thèse que nous combattons.

Conclusions pratiques.

1. Les membres du bureau des marguilliers ne peuvent sous peine de nullité, se porter adjudicataires des ventes, travaux de réparations, ou baux des biens de la fabrique (art. 61 du décret et art. 1596 du Code civil); et la violation de cette défense pourrait *peut-être* les exposer aux peines comminées par l'article 245 du Code pénal.

---

(1) Voir Brixhe, *l. c.; Revue communale*, T. XVIII, p. 33; Circulaire du gouverneur du Brabant du 6 Septembre 1896 (*Revue de l'administration*, T. XLIII, p. 21).

2. La prohibition édictée par les articles cités ne concerne pas les autres membres du conseil de fabrique.

3. Les locataires et adjudicataires de la fabrique peuvent être des membres du conseil; mais ils ne peuvent pas, croyons-nous, faire partie du bureau des marguilliers.

C. V. C.

Ex S. Congregatione Indicis

Dubia proposita.

Cum circa Constitutionem *Officiorum ac munerum* (1) huic sacra Indicum Congregatio sequentia dubia proposita fuerint, videlicet:

1. Utrum hac verba arcana: *qui studiis theologicis aut iuribus dant operam*, intelligenda tantum sint de doctoribus, ac scilicet dedita, aut oriundi, valeant ad munera sacra Theologiae tyrones?

2. An opera (quae permissa sunt) secundum indicta, a Syllabo damnata, ut in articuli 14 prohibita concentur, quatenus errores ab Apostolica Sede damnatos continentia?

3. Utrum excepta a prohibitione capita secunda vetita (*vulgo tragen a part*), cuiusmodi de quare *nova editione*, atque prorsus nova approbatione indigeant, prout articulo 44 requiritur?

4. Utrum dicta Constitutio sine obligatoriam habeat etiam pro regionibus Britannicis dominatu, quae facta dispensatione frui quidam arbitrantur?

Sacra Congregatio omnibus mature perpensis, die 19 Maii 1898 responderi mandavit.

Ad 1m. *Negative ad 1am partem; affirmative ad 2am.*

Ad 2m. *Affirmative, si hos errores tueantur, vel propugnent.*

Ad 3m. *Negative.*

(1) Cfr. Collat. Brug. T. II, p. 153 sqq.

Ad 4m. *Affirmative.*

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis Indicis die 23 Maii 1898.

Ex S. R. et Univ. Inquisit.

DUBIA quoad accelerationem partus.

Beatissime Pater,

Episcopus Sinaloen., ad pedes S. V. provolutus, humiliter petit resolutionem insequentium dubiorum:

I. Eritne licita partus acceleratio quoties ex mulieris arctitudine impossibilis evaderet fœtus egressio suo naturali tempore?

II. Et si mulieris arctitudo talis sit, ut neque partus præmaturus possibilis censeatur, licebitne abortum provocare aut cæsaream suo tempore perficere operationem?

III. Estne licita laparatomia quando agitur de prægnatione extra-uterina, seu de ectopicis conceptibus?

In Congregatione Generali habita ab EEmis et RRmis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi ac RRmi Patres rescribendum censuerunt:

« Ad I. Partus accelerationem per se illicitam non esse, dummodo perficiatur justis de causis et eo tempore ac modis, quibus ex ordinariis contingentibus matris et fœtus vitæ consulatur ».

« Ad II. Quoad primam partem, *negative*, juxta decretum Feria IV, 24 Julii 1895, de abortus illiceitate (1).

(1) Cfr. *Collat. Brug.* T. I, p. 88.

— Ad secundum vero quod spectat: nihil obstare quominus mulier de qua agitur, cæsareæ operationi suo tempore subjiciatur ».

« Ad III. Necessitate cogente, licitam esse laparatomiam ad extrahendos e sinu matris ectopicos conceptus, dummodo et fœtus et matris vitæ, quantum fieri potest, sero et opportune providetur ».

In sequenti Feria VI, die 6 ejusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de omnibus SS. D. N. Leoni Div. Prov. Papæ XIII relatione, SS^mus responsiones EE. ac RR. Patrum approbavit.

I. Can. Mancini S. R. et U. I. Not.

Quoad Baptisma conferendum adultis *in articulo mortis*.

Feria IV, die 30 Martii 1898.

Huic Supremæ Congregationi S. R. et U. Inquisitionis delatum fuit enodandum sequens dubium:

Utrum Missionarius conferre possit baptismum in articulo mortis mahumediano adulto, qui in suis erroribus supponitur in bona fide:

I. Si habeat adhuc plenam advertentiam, tantum illum adhortando ad dolorem et ad confidentiam, minime loquendo de nostris mysteriis, ex timore ut ipsis non crediturus sit;

II. Quamvismaxime habeat advertentiam, nihil ei dicendo, cum ex una parte supponitur illi non deesse contritionem, ex alia vero prudens non esse loqui cum eo de nostris mysteriis;

III. Si jam advertentiam amiserit, nihil prorsus ei dicendo.

In Congregatione Generali habita ab EE. ac RR. DD. Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, proposito dicto

dubio, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE^mi ac RR^mi Patres responderi mandarunt:

Ad I. et II. Negative, i. e. non licere hujusmodi mahumedanis, de quibus in primo et secundo quæsito agitur, sive absolute sive conditionate administrare baptismum; et dentur decreta S. O. ad Episcopum Quebecensem sub die 25 januarii et 10 maii 1703 (1), *et Instructio S. Officii sub die 6 junii 1860 ad Vicarium Apostolicum Tche-Kiang.*

Ad III. De mahumedanis moribundis et sensibus jam destitutis respondendum ut in decr. S. Officii 18 septembris 1850 ad. Episc. Perthensem; idest: « Si antea dederint signa velle baptizari, vel in præsenti statu aut nutu aut alio modo eamdem dispositionem ostenderint, baptizari posse sub conditione, quatenus tamen missionarius, cunctis rerum adjunctis inspectis, ita prudenter judicaverit ».

Feria vero VI die 1 Aprilis ejusdem anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his omnibus SS^mo D. N. Leoni Div. Prov. PP. XIII relatione, SS^mus resolutionem Emorum Patrum approbavit.

I. Can. Mancini S. R. et U. I. *Notarius.*

(1) *En dispositiones dictorum decretorum:*

25 Jan. 1703. — Quæritur utrum antequam adulto conferatur Baptisma, minister teneatur ei explicare omnia Fidei nostræ mysteria, præsertim si est moribundus, quia hoc perturbaret mentem illius. An non sufficeret si moribundus promitteret fore, ut ubi e morbo convalescet, instruendum se curet, ut in praxim redigat quod ei præscriptum fuerit.

R. Non sufficere promissionem, sed missionarium teneri adulto etiam moribundo, qui incapax omnino non sit, explicare mysteria Fidei quæ sunt necessaria necessitate medii, ut sunt præcipue mysteria Trinitatis et Incarnationis.

10 Maii 1703. — 1. Quæritur an missionarius possit conferre Baptisma, aliaque Sacramenta infirmo barbaro, cui explicata sunt Religionis mysteria, quique pollicitus est observaturum se mandata; missionarius autem certus est

quod non promiserit ea servaturum nisi hoc tantum motivo, scilicet, quod nolit ei contradicere. Multæ ipsi supersunt rationes dubitandi, num moribundus sit bene instructus, quia missionarius linguæ barbaræ rudis fere atque imperitus non potuit nisi obiter explicare mysteria sublimia, excedentia captum barbarorum, et quamvis moribundus affirmet se omnia capere, exteriora tamen et exiguitas devotionis persuadent id moribundum dicere ex complacentia, ita ut si alius ad eum accederet qui diceret, quod omnia quæ dicta sunt ei nihil sint nisi meræ fabulæ, *etiam, sunt fabulæ,* responderet barbarus complacendi gratia. Hoc autem oriri potest ex duobus principiis : Primum quia non capit, quæ ei dicuntur ; ex. gr. animi levitate, ita ut eo ipso momento, quo dicit : *credo et faciam,* credat revera, et exequi velit, sed minima ratione contraria sententiam mutabit : quod tamen constat quod barbarus nollet uri in inferno, et sic affirmatio ejus possit esse vere ex intimo cordis, difficultas est, utrum credat esse unum Deum et utrum credat esse infernum, an vero audiat quæ dicta sunt ei tamquam historiam sibi narratam, quæ vera et falsa esse potest.

2. An possit baptizari adultus rudis et stupidus, ut contigit in barbaro, si ei detur sola Dei cognitio, et aliquorum ejus attributorum, præsertim justitiæ remunerativæ et vindicativæ, juxta hunc Apostoli locum *accedentem ad Deum oportet credere quia est et remunerator est,* ex quo infertur adultum barbarum in certo casu urgentis necessitatis posse baptizari quamvis non credat explicite in Jesum Christum.

3. Utrum missionarius teneatur barbaris adultis baptizatis aut baptizandis omnia præcepta legis positivæ divinæ intimare, præsertim ea omnia quibus sese submittere difficultatem haberent, ut ejusmodi barbari securitate conscientiæ fruantur, licet ea præcepta non observent quæ ignorant, eo nitentes juris axiomate *lex non obligat nisi fuerit promulgata.*

R. Ad 1. Non licere, si missionarius sit moraliter certus, prout in dubio asseritur, barbarum infirmum non sufficienter juxta proprii captus mensuram intellexisse mysteria religionis christianæ sibi explicata, aut ea sufficienter non credere, et ex solo motivo non contradicendi promittere se servaturum mandata ejusdem religionis.

Si vero missionarius prudenter credat infirmum barbarum,

quando dicit: *credo et faciam*, revera tunc sufficienter credere serioque promittere se servaturum, ut supra, debere baptizari.

Si autem de prædictis, missionarius dubitet, et tempus non suppetat illum melius instruendi, immineatque periculum mortis, debere itidem baptizari sub conditione.

Ad 2. Missionarium non posse baptizare non credentem explicite in Dominum Jesum Christum, sed teneri illum instruere de omnibus iis quæ sunt necessaria necessitate medii juxta captum baptizandi.

Ad 3. Teneri omnia præcepta legis positive divinæ intimare.

Circa facultates habituales concedendas Ordinariis locorum.

Feria IV, die 20 Aprilis 1898.

Postquam per Decretum hujus Supremæ Sacræ Congregationis in Fer. IV die 24 Novembris 1897 declaratum fuit facultates omnes speciales habitualiter a S. Sede Episcopis aliisque locorum Ordinariis concessas non suspendi eorum morte vel cessatione a munere, sed ad successores Ordinarios extendi, ad formam Decreti S. Officii Fer. IV diei 20 Februarii 1888 pro dispensationibus matrimonialibus; propositum fuit eidem huic S. Congregationi dubium, utrum expediat in posterum eliminare facultates *durante munere*, quæ ut plurimum Vicariis Capitularibus conceduntur.

Porro in Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EE^{mis} et RR^{mis} DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, præfato dubio diligenter expenso, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE^{mi} ac RR^{mi} Patres rescribendum mandarunt:

Clausulam durante munere, *esse supprimendam et in ceteris standum formæ Decreti jam lati die 20 Februarii 1888 num. 1. et 2., at juxta modum idest:*

« 1°. Facultates omnes habituales in posterum committendas esse Ordinariis locorum ».

« 2°. Appellatione *Ordinariorum* venire Episcopos, Administratores seu Vicarios Apostolicos, Prælatos seu Præfectos habentes jurisdictionem cum territorio separato, eorumque Officiales seu Vicarios in spiritualibus generales, et sede vacante Vicarium Capitularem vel legitimum Administratorem ».

Subsequenti vero Feria VI, die 22 ejusdem mensis Aprilis 1898, in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta, de his omnibus SS^mo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione SS^mus resolutionem EEmorum Patrum approbavit, contrariis non obstantibus quibuscumque.

I. Can. MANCINI S. R. et U. I. *Notarius*.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra tom. III, pag. 417.)

§ II.

Notiones præviæ.

125. Vidimus quid non possit ratio in mysterio Trinitatis investigando: videlicet, nec primum invenire ac cognoscere quod sit, nec, fide jam cognitum comprehendere, imo nec ita intelligere ut demonstret quod sit. Quoniam tamen ratio aliquam notionem mysterii Trinitatis ex revelatione concipit, imo concipiat necesse est ut credere possit, viam sternamus ad notionem illam ex revelatione concipiendam, ubi simul videbimus quousque ratio sibi relicta ascendere valeat, ubi vero deficere incipiat.

Rursum cogimur ex rebus creatis ope rationis ac revelationis haurire notiones, quas deinde ad Deum, attenta infinita hujus perfectione et fide prælucente, transferamus.

Itaque creaturas considerando, ut intelligamus quid tandem in se sint, primum occurrunt accidentia multiplicia, quæ ipsi rei inesse deprehendimus; rem ipsam *substantiam* dicimus, utpote quæ accidentibus ut subjectum substat, eaque sustentat, et cujus non est inesse alii, sed esse in se seu subsistere. Præterea, comparando res alias cum aliis, videmus, etiam abstrahendo ab accidentibus, eas quoad substantiam esse diversas, seu aliam esse substantiam lapidis, aliam vegetalis, aliam animalis; imo, inter ipsas illas substantias, v. g. animales, aliam esse substantiam bovis, aliam leonis,

aliam hominis. Et sic efformamus notiones generum et specierum substantialium. Porro in eadem specie infima, v. g. humana, plures videmus esse ad eamdem speciem pertinentes, Petrum, Paulum, Joannem: nec enim in rerum natura substantia illa humana abstracta existit, sed hic et ille homo seu hæc una, singularis, hujus hominis substantia sub determinatis accidentibus. Ut distinguatur hæc substantia singularis vere physice subsistens, a substantia specifice considerata per rationis abstractionem, philosophi priorem vocarunt substantiam primam, quasi primo in rerum natura occurrentem, alteram vero secundam, quasi secundo tantum per considerationem rationis conceptam ut pluribus singularibus substantiis communem.

Substantia igitur secunda, seu species substantialis determinata, est una specifice tantum seu indivisa in specie sua et divisa ab omni alia specie. Substantia prima est una in se et singularis seu indivisa in se et divisa ab omni alia.

Ita notionem habemus substantiæ singularis, seu rei physice ita subsistentis ut non sit seu potius non petat naturaliter esse in alio tamquam in subjecto. Attamen, quoniam nulla res finita perfecte simplex est, eoque minus simplex quo magis imperfecta, aliquid substantiale singulare potest esse pars alicujus totius substantialis, ita ut substantiale quidem sit, non tamen completa substantia sed tamquam pars solum subsistens subsistentia totius, ut, v. g., hoc corpus, hæc anima, utraque partes sunt singulares substantiales hujus hominis, qui est substantia in se et complete subsistens; et perfectius quidem sub hac ratione est ut subsistant subsistentia totius, quam si, soluto composito, incipiant subsistere propria subsistentia quadam incompleta, ut, v. g., anima humana separata a corpore substantialis quidem est, sed quum ordinem essentialem dicat ad corpus, utpote substantia spiritualis quidem, ast forma corporis, perfectius ei est si subsistat in composito, et separata

non potest dici perfecta et integra seu completa substantia.

Considerando igitur substantiam unam, singularem, integram in genere substantiæ, ut est hic homo, hoc animal, notionem efformamus *individui* seu *suppositi*, græca voce *hypostasis* (quod idem est cum latino substantia, heic intelligendo substantiam primam, singularem et completam, per se et in se subsistentem). Hoc individuum seu suppositum, si sit rationalis naturæ, *persona* vocatur, vel etiam hypostasis, quod nonnisi pressiore sensu de supposito intellectuali solet usurpari.

Et naturali quidem in ordine rerum hujus creationis, omnem naturam seu essentiam substantialem, singularem et integram in se subsistere deprehendimus. Atvero, ex divina revelatione ratio admonetur de tota comprehensione definitionis *personæ,* quando cum Boëtio dicitur *rationalis* (i. e. intellectualis) *naturæ* (seu essentiæ) *individua substantia:* individuam nempe ita intelligendam esse, ut non tantum singularis et integra intelligatur, adeoque individua prout opponitur specificæ et universali et prout non est pars alterius, sed ut præterea intelligatur vere in se terminari seu propria subsistentia subsistere et esse incommunicabilis. Mysterium siquidem Incarnationis nos docuit naturam humanam, licet substantiam unam et singularem atque integram, quæ naturaliter esset in se et per se subsistens, a Verbo assumptam fuisse, ita ut nec per se et in se subsistat, sed in persona Verbi, nec adeo in se terminetur et sit incommunicabilis, cum communicetur divino supposito, et forte non sit impossibile, juxta doctrinam D. Thomæ, a duabus vel et tribus personis divinis unam naturam creatam assumi.

Hoc igitur sensu, docente revelatione, intelligenda est classica personæ definitio, cujus porro intelligentiam adhuc perficiet revelatio divinæ Trinitatis.

126. Antequam has notiones ad Deum transferamus, remanet ad penitiorem rei intelligentiam, quæstio sane

ardua quid tandem in re ipsa efficiat ut substantia sit individua seu una ac tota in se, quæ quidem quæstio confundi non debet cum hac altera, qua nempe via ac ratione nos mente deprehendimus rem esse individuam. Revera, definitio Boëtii, licet prout eam explicavimus accurata sit et optima, nihil tamen vel parum exhibet unde natura ipsa personæ, ipse modus subsistendi explicetur, quemadmodum notat Sylvius: « Cum enim, *ait*, essentiales rerum differentiæ nobis frequenter sint ignotæ vel innominatæ, oportet nos interdum uti differentiis accidentalibus loco substantialium; et hoc modo individuum, quod est nomen intentionis (mentalis considerationis), ponitur in allata definitione, defectu essentialis differentiæ, ad designandum modum ejus substantialem (1). »

Prima igitur quæstio est quid in re ipsa efficiat rem esse individuam; et quoniam ex dictis individuum stricto sensu indicato duo complectitur, scilicet 1° ut substantia sit una seu singularis et integra, et 2° ut sit propria subsistentia in se terminata ac incommunicabilis, prior pars quæstionis est unde substantia, quam ponimus integram, habeat ut sit una et singularis, v. g. humanitas Christi. Ubi rursum videre erit quomodo notiones naturales ex revelatis perficiuntur, et error præcavetur rationis: abstrahendo enim a revelatione, facile sane philosophi responderent quæstioni, substantiam esse singularem, sicut et simul incommunicabilem, ex eo quod in se subsistat, quemadmodum accidentia individuantur seu singularia sunt eo quod in substantia singulari sunt tamquam in subjecto. Atqui, ex mysterio Incarnationis aperte falsa est hæc responsio, siquidem natura humana in Verbo integra et singularis est, cum tamen in se non subsistat sed in Verbo. Nec dicatur subsistentia Verbi, qua supplens creatæ subsistentiæ, quam eminenter continet, naturam humanam unam ac

(1) In 1m, q. XXIX, art. 1.

singularem efficere: nam subsistentia, quæ non est accidens sed intrinsecum complementum substantiæ seu modus substantialis, superadditur naturæ jam integræ et singulari, et ab ea realiter distinguitur, ut patet ex humanitate Christi cui, singulari et integræ, deficit subsistentia propria; unitas vero seu singularitas substantiæ non distinguitur realiter a substantia seu natura seu specie physica hac determinata, sicut existentia non distinguitur realiter ab essentia hac determinata.

Unde respondetur ad priorem partem quæstionis, quid in re efficiat ut substantia creata sit singularis, nihil aliud id efficere quam quod ea substantia in rerum natura existat seu sit actu.

Ad alteram partem quæstionis respondetur subsistentiam esse aliquam entitatem seu modum substantialem, distinctum tam a natura quam ab ejus existentia, per quem natura illa substantialis formaliter completur in ratione suppositi seu subsistentis. Naturale quidem est substantiæ singulari ut subsistat et in se terminetur hoc modo substantiali, sed modus ille impediri potest, ut ex mysterio Incarnationis patet. E converso, naturale est accidentibus non subsistere sed inesse substantiæ tamquam in subjecto, et solummodo supernaturaliter sine subjecto subsistere aliquo modo possunt, ex actione positiva Dei, quemadmodum ex mysterio Eucharistiæ discimus.

127. Jam ad diversa substantiarum genera attendendo, ex dictis concludimus substantias ex materia et forma compositas, singulares esse ex propria hac sua forma et propria materia signata, ut ajunt, scilicet in quantitate determinata respondente formæ quæ eamdem materiam actuat; et porro easdem substantias in se subsistere, eo ipso quod, forma sese uniente cum materia ad substantiam integram componendam, ex natura sequitur modus substantialis subsistendi.

Sanctus quidem Thomas, et Scholastici passim docent materiam signatam esse principium individuationis,

quod quomodo non contradicat præcedentibus videbis attendendo materiam alio sensu ab iisdem Scholasticis dici communem omni composito materiali, quatenus nempe intelligitur ut elementum substantiale materialis compositi, abstrahendo a forma determinata cui subest; alio sensu dici principium individuationis, scilicet materiam signatam, in quantitate determinata, ut subest formæ determinatæ. Item, alio sensu formam dici communem toti speciei, quatenus nempe determinat materiam communem ad esse specificum; alio sensu dici et esse formam et ipsam principium individuationis, videlicet, prout est hæc singularis forma materiæ signatæ.

Unde merito distinximus supra quæstionem quodnam in re sit principium individuationis, ab altera qua quæritur via et ratio quibus cognoscimus individuum. Ad priorem manet responsum ut supra. Ad hanc alteram, dicimus cum S. Thoma: « Quantitas determinata dicitur principium individuationis, non quod aliquo modo causet subjectum suum, quod est substantia prima, quæ causatur ut singularis ex propria forma et materia signata, ac porro fit subsistens ex modo substantiali; naturaliter sequente ad compositum sed comitatur eam inseparabiliter et determinat eam ad hic et nunc (1). » Revera nos non distinguimus individua alicujus speciei materialis ex forma, quæ, licet in singulis sit singularis, nobis apparet ut toti speciei communis, dansque speciem, sed ex materia, non quidem ut communis est omni enti materiali, atvero prout est signata in quantitate determinata, seu tandem ex quantitate determinata aliisque accidentibus inhærentibus quantitati, figura, colore etc. quæ reipsa quoad nos individua distinguunt.

Adde quod nos incommunicabilitatem et distinctionem unius suppositi ab altero non concipimus sine relatione, quamvis re ipsa in creatis relatio non constituat personam, et in specie origo unius ab altero nec

(1) Opusc. *de princip. individuationis.*

constitutionem nec conceptum incommunicabilitatis suppositi creati ullo modo ingrediatur, cum modus ille substantialis subsistendi in creatis sit in re ipsa absolutus. Aliud dicendum videbimus in divinis, ubi reipsa origo et solæ relationes originis constituunt personas, et non tantum a nobis concipitur distinctio personarum et incommunicabilitas in modum relationis.

Si jam mentem convertamus ad compositum humanum ex materia et forma spirituali simulque nata informare corpus, juxta doctrinam expositam dicimus cum S. Thoma : Individuum seu « persona in quacumque natura significat id quod est distinctum in natura illa. Sicut in humana natura significat has carnes, et hæc ossa, et hanc animam, quæ sunt principia individuantia hominem (1). » Rursum ergo quod facit hanc esse singularem hominis substantiam est quod habeat hanc animam formam corporis, et hanc materiam signatam quam actuat anima in corpus ; quod vero tandem subsistere in se facit, est modus substantialis composito proprius, compositum ex unione animæ et corporis ex natura sequens et terminans. Cum autem anima ordinem naturalem dicat ad materiam informandam, et occasione materiæ informandæ a Deo creetur, a S. Thoma dicuntur animæ humanæ individuari secundum corpora, et una differre numero ab alia, ex hoc quod ad aliud numero corpus habitudinem habet (2) ; et rursum individuationem animæ dependere occasionaliter a corpore, quantum ad initium suum, quia non individuatur nisi in corpore quod actuat. Nihilominus non amitti individuationem cum corpore, cujus ratio est quia non perit cum corpore, et sic individuata per corpus, cujus fuit forma, manet individua (3). Et ex dictis manet quidem individua, id est, hæc singularis anima, et etiam sub-

(1) 1ª, q. XXIX, art. 4, in corp.
(2) *C. Gent.*, l. II, c. 75.
(3) De Ente et essentia, c. VI

sistit, modo tamen imperfecto, proportionato statui separationis, in quo non est integra et completa substantia, unde nec persona dicitur.

Ex quibus etiam habemus modum substantialem, quo substantiæ in se subsistunt, esse plus minusve perfectum, pro diversa naturæ perfectione illarum substantiarum, et ejusdem naturæ integritatis seu status perfectione. Ita subsistentia superioris substantiæ subsistere perfectius est substantiæ inferiori quam si propria subsistat, quemadmodum in Christo natura humana infinito quodam modo perfectior est subsistens in Verbo quam si in se subsisteret. Item perfectius est, in ratione subsistentiæ, subsistere subsistentia totius quam propria subsistentia, parti substantiali etiam longe nobiliori totius, puta animæ humanæ.

Tandem formæ immateriales, spirituales seu Angeli, cum nullam dicant habitudinem ad materiam, non possunt individuari nisi per se, tamquam hæ formæ puræ, unde etiam sequitur non posse esse duos angelos unius speciei, sed tot species esse quot personas, ut sæpe docet S. Thomas: « Ea quæ conveniunt specie, et differunt numero, *ait* (1), conveniunt in forma, sed distinguuntur materialiter. Si ergo angeli non sunt compositi ex materia et forma... sequitur quod impossibile sit esse duos angelos unius speciei ».

128. Gradus diversi perfectionis in subsistendo diversarum substantiarum pulchre etiam ex hoc declaratur quod S. Thomas advertit, respondens objectioni cuidam circa quæstionem utrum Deus intelligat se (2): « Redire ad essentiam suam nihil aliud est quam rem subsistere in se ipsa. Forma enim in quantum perficit materiam dando ei esse, quodammodo supra ipsam effunditur; in quantum vero in se ipsa habet esse, in seipsam redit ». Quæ Doctoris Angelici verba sic

(1) 1ª, q. L, a. 4, in corp.
(2) 1ª, q. XIV, a. 2, ad 1m.

breviter illustrat Sylvius in h. l.: « Formæ in se non subsistentes, sunt super aliud effusæ, et nullatenus ad seipsas collectæ; sed formæ in se subsistentes, ita ad res alias effunduntur, eas perficiendo vel eis influendo, quod in seipsis per se manent. Et secundum hunc modum, Deus maxime ad essentiam suam redit, quia *omnibus providens, ac per hoc quodammodo in omnia exiens et procedens, in seipso fixus et immixtus permanet*, ait Author, q. 2 *de verit.*, a. 2, ad 2. »

Doctrinæ expositæ circa individuum, quasi compendium exhibet S. Thomas, cujus verba, quæ jam rite intelliges, tamquam conclusionem subjicimus. « Licet, *ait* (1), universale et particulare inveniantur in omnibus generibus, tamen speciali quodam modo individuum invenitur in genere substantiæ. Substantia enim individuatur per se ipsam, sed accidentia individuantur per subjectum, quod est substantia. Dicitur enim hæc albedo in quantum est in hoc subjecto. Unde etiam convenienter individua substantiæ habent aliquod speciale nomen præ aliis. Dicuntur enim hypostases vel primæ substantiæ. Sed adhuc quodam specialiori et perfectiori modo invenitur particulare et individuum in substantiis rationalibus, quæ habent dominium sui actus: et non solum aguntur sicut alia, sed per se agunt, actiones enim in singularibus sunt. Et ideo etiam inter cæteras substantias, etiam quoddam speciale nomen habent singularia rationalis naturæ: et hoc nomen est persona. »

(Continuabitur.)

(1) 1ª, q. XXIX, a. 1, in corp.

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Novembris

—

I

Expone quomodo charitati non adversetur hæc Nehemiæ (IV, 5) precatio: « *Ne operias iniquitatem eorum, et peccatum eorum coram facie tuâ non deleatur, quia irriserunt ædificantes.* »

II

Demonstra actus salutares esse *entitative* supernaturales.

III

Titius sororem carnaliter cognoscit, ipsique ex delicto gravidæ, abortivam propinat potionem, ut crimen occultetur. Quæritur *a*/ num reservationem aut excommunicationem incurrerit Petrus, illarum omnino inscius? *b*/ an et quænam apud confessarium postuletur facultas specialis ad illum absolvendum?

IV

Caius paterfamilias cum uxore et cuncta comitante familia, ecclesiam petit, feria IV mane, ut in honorem sancti Joseph, Pœnitentiæ Sacramentum suscipiant et devote communicent. Quorum confessiones dum excipit vicepastor, comperit Caium singulis ferme octiduis copulam habuisse cum ancilla, nemine facinoris conscio. Petitur autem an et qua ratione ipsum absolvere valeat præfatus vicepastor, omni facultate in reservatos destitutus? addita ratione responsi.

V

An et quare simplex sacerdos *valide* absolvit a reservatis *in articulo mortis?*

VI

An et quænam ignorantia ab incurrenda censura excuset?

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Julii propositas

—

I

Q. Commentare Jo. I, 1: *In principio erat verbum.*

R. *In principio*, sc. temporis, i. e. initio durationis rerum creatarum, *erat*, jam exsistebat, adeoque rebus omnibus creatis antiquius, ac proinde increatum æternumque est, *verbum* Dei notionale seu hypostaticum, seu *unigenitus à Patre* (v. 14), *Jesus-Christus* (v. 17), *unigenitus filius, qui est in sinu Patris* (v. 18).

Præclarè Luc. Brug. « *Erat*, subsistebat, jam tum erat veraciter, et invariabiliter subsistebat. Verbum substantivum, infinitæ Dei substantiæ et immutabili existentiæ significandæ maxime congruit, quod planè ex illis verbis Exod. 3. v. 14, *Ego sum qui sum*, intelligitur... Consultò Evangelista hìc abstinuit à præsenti tempore, ut non diceret *In principio est Verbum*, ne intelligeres Verbum in principio cœpisse, nec ante principium fuisse: neque minus cavit, ne diceret præterito perfecto *In principio fuit Verbum*, ne intelligeres Verbum esse desiisse, quemadmodum nostra, simulatque sonuerint, verba: sed studiosè usus est præterito imperfecto, quod cùm sit medium inter præteritum et præsens, docet ita fuisse in principio Verbum, ut ante principium fuerit, et post esse non desinat: quamquam posterius hoc, quod post principium esse non desinat, non tam clarè significetur vi vocis, quàm intelligatur ex priori quòd fuerit ante principium: quod quidem prius, disertè hìc significatur, ipso *erat* quandam antecessionem notante, particula *jam* in se inclusâ. Quod quidem verbum *erat*, opponit Evangelista verbo *creavit*, quo

Moses utitur. q. d. Principio illo temporis, quo creavit Deus cælum et terram, non creavit aut fecit Verbum unà cum cælo et terra sive mundo, sed ipsum jam tunc erat cùm Deus creare inciperet mundum: ante mundum erat et res omnes creatas... Hac porrò phrasi sacris Litteris familiari, qua Verbum seu Sapientia dicitur substitisse ante omnem creaturam, plus significatur quam dicatur, nimirum, æternum esse Verbum quod numquam cœperit, numquam non fuerit, numquam non futurum sit... Nam quia non solet humanum ingenium, principium mundi temporisque transcendere, hominibus accommodatè loquens Scriptura, quod æternum esse vult, in principio, ab initio, ante cælum et terram, ante mundum, à constitutione mundi, ante tempora secularia, fuisse dicit. Docetur igitur hîc, Verbum æternum esse, quod ita dederit rebus omnibus principium, ut ipsum careat principio, principio inquam temporis sive durationis... docetur hoc inquam, non hoc solo verbo *in principio*, nec hoc, solo *erat*, sed his duobus simul *in principio erat.* »

Notationes

A. Cum verbum non possit non esse alicujus verbum, cumque solus Deus omni creatura antiquior sit, manifestum est *Dei* verbum hîc intelligendum esse.

B. ὁ λογος hìc minùs rectè verteretur *ratio,* aut *sermo: Ratio* enim neque processionem, neque intelligendi actum designat; *sermo* vero significat compositionem, quæ longè abest à simplicissima illa locutione qua Deus apud se loquitur Verbum suum æternum.

C. Metaphora *verbi* non sumitur ab exteriori hominis locutione aut verbo, sed ab interiori, quod mente producitur, in eâque manet. Recte autem Filius dicitur Verbum, utpotè qui mente paterna producitur, in eâ manet, Patremque exprimit ceu imago ac figura substantiæ ejus. (Hebr. I, 3.)

D. Evangelista usus est *Verbi* nomine, potius quàm *Filii*:

1. Ut modum processionis Filii velut umbra delinearet, omnemque carnalis aut temporalis generationis suspicionem amputaret. Cf. Luc. Brug.; Liagre etc.

2. Quia minus abhorret a ratione humana, Deum habere Verbum, quam habere Filium « Nam Deum sine Filio, naturalis ratio facilè imaginetur; sed Deum sine Verbo, id est, sine cogitatione aut conceptu, non magis quam sine intellectu. » Luc. Brug.

3. Accommodatè ad ea quæ mox dicturus erat: *omnia per ipsum facta sunt.* « Non poterat eum per quem omnia facta sunt, aptiùs quam *verbum* appellare, quia omnes sciebant Deum verbo suo omnia fecisse. *Verbo Domini cœli firmati sunt* Psal. 32. 6. Et: *dixit, et facta sunt; mandavit, et creata sunt*, Psal. 148. 5. » Maldonat. « Sacras igitur Scripturas imitatus hîc Evangelista, Filium Dei nominavit Verbum, quò faciliùs Judæos ad fidem invitaret. » Luc. Brug.

4. Accommodatè ad traditionem Judaicam, cujus testes exstabant Targumistæ. Namque « in *Targumim* Onkelosi et Jonathan ben Usiel proponitur sæpe *hypostasis* quædam, per quam Jehovah se revelet, quæ pro eo in mundo agat, sitque mediatrix inter Jehovam et populum ejus. Nomina habet *Memra* (*Verbum*) et *Schekina* (Habitatio) (Cf. Jo. 1. 14); et sæpe in paraphrasi chaldaica ibi inducitur ubi textus ipsum Deum Jehovam habet... Notandum autem hoc *Memra* seu Verbum hypostaticum optime apud targumistas distingui à *Verbo* Dei *impersonali,* quod vocatur *Pithgama* » Corluy.

5. Tandem accommodatè ad grassantem jam doctrinam Gnosticorum, « qui ita post Philonem vocabant ens aliquod sublimius quod dicebant Jesu fuisse unitum. Sic etiam nomina ἀρχή, ζωη, ἀληθεια, μονογενης a gnosticis tribuuntur æonibus suis, quæ omnia Joannes in suo prologo sensu genuino exponit. » Corluy.

G. V. D. P.

II

Q. *Expone notionem gratiæ supernaturalis in genere.*

R. Quamvis variæ in S. Scr. et apud Patres sint vocis *gratiæ* acceptiones (1) hanc in præsenti consideramus qua *gratia* dicit: donum alteri gratis collatum. Hanc vocis significationem explicat S. Paulus scribens « Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum » (*Rom.* IV, 4) et « Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non est gratia » (Id. XI, 6.) In hoc ergo est ratio formalis vocis gratiæ quod significat aliquid gratis collatum et non secundum debitum.

Ut ulterius hanc notionem scrutemur duplex considerandus est ordo donorum Dei, naturalis scilicet et supernaturalis. *Naturale* dicitur id quod pertinet ad naturam, sed pro diversis modis quibus aliquid ad naturam pertinet diversa importat vox *naturale;* præterea vox *natura* et ipsa diversas habet acceptiones: utriusque ergo vocabuli significatio erit determinanda ut clare innotescat qua de re sermo fiat.

Natura inter alia significat substantiam prout ipsa est principium primum propriæ operationis, et sic accepta natura dicitur analogice et de creatura et de creatore; in præsenti autem solas creaturas attendimus, et nomine naturæ intelligimus quamlibet substantiam finitam (sive creatam, sive creabilem) prout ipsa est principium primum propriæ operationis. *Naturale* vocamus id quod vel constituit naturam, vel ipsam consequitur, vel ab ipsa exigitur ne ipsa ejusque vires frustra sint, et omne quod horum ordine continetur. Ita ex. gr. naturalia sunt corpus et anima quæ constituunt naturam humanam; animæ humanæ naturalis proprietas est immortalitas; intelligere et velle naturales sunt ejus actus;

(1) Cf. Jungmann, *De gratia*, nº 4. Palmieri, *De Gratia actuali*, Thes. I.

scientia, virtus acquisita viribus naturæ naturales sunt. Quæ si perpendamus, perspectum erit notionem *naturalis*, prout in præsenti hæc vox a nobis usurpatur, ad hoc reduci quod sit aliquid natura requisitum aut ad illud consequens propriis naturæ viribus seu, uno verbo, naturæ *debitum*. Unde naturale non est quidquid in aliqua natura esse potest, sed quidquid ab ipsa exigitur aut ex ea fluit, seu omne id ad quod quælibet natura finita habet quamdam positivam dispositionem seu ordinationem, et hoc in ordine sive physico, sive intellectuali, sive morali. — *Supernaturale*, quod hîc naturali opponitur, est id quod naturam non constituit, nec ab ipsa exigitur, nec ad illam consequitur neque continetur in ordine earum perfectionum quæ a natura exiguntur aut ex ea consequuntur, sed est aliquid quod naturæ ultra id quod naturale est superadditur illamque perficit : quapropter supernaturale dicit quod est naturæ *indebitum*, ita quidem ut ex propria naturæ vi procedere nequeat. Si nunc consideremus omnium substantiarum finitarum complexum (qui etiam vocatur « natura universa », vel « natura » sine addito) hoc est simpliciter et absolute supernaturale quod omni et cuilibet naturæ finitæ (sive creatæ sive creabili) sensu indicato est indebitum : est igitur aliqua perfectio quæ communicata alicui enti hoc extollit ad ordinem novum perfectionis indebitæ.

Ex præcedentibus sequitur nomina *gratia* (quatenus designat donum naturæ jam constitutæ concessum) et *supernaturale* idem significare : gratis datum, indebitum. Quapropter quum nunc de facto existat ordo donorum supernaturalium, hoc proprie et simpliciter dicitur gratia quod proprie et simpliciter est supernaturalis perfectio ; præterea dona simpliciter et proprie supernaturalia non spectant nisi solas rationales creaturas ; deinde hæc dona, quum transcendant vires omnis naturæ finitæ, a Deo solo tamquam a causa principali produci et concedi possunt ; tandem quum nihil sit quod

simpliciter et absolute excedat omnem naturam creatam vel creabilem nisi sola *divina* natura, ideo id quod est simpliciter et absolute supernaturale consistit in aliquo consortio divinæ naturæ seu in communicatione alicujus rei quæ propria est solius Dei, et in præsenti, ordinis supernaturalis fastigium, ad quod omnia alia ordinantur, est visio Dei intuitiva quæ nunc est ultimus finis hominis: et hæc beata visio in cœlo, ejusque præparatio ac semen hac in terra vocatur et est vita æterna. Quibus positis bene intelligitur definitio gratiæ proprie dictæ quam tradunt theologi: gratia est donum supernaturale creaturæ rationali gratis a Deo concessum et ingrediens ordinem vitæ æternæ.

Quodsi dona naturalia nonnunquam gratiæ vocantur, hoc est quia vero aliquo sensu indebita sunt, quatenus scilicet Deus non tenebatur ea creare: secundum hoc, dona naturalia sunt *negative* indebita; dona verò supernaturalia sunt *positive* indebita, referuntur enim ad naturam cui accedunt et cui non debentur. Unde dona supernaturalia in ipsa ratione gratuiti essentialiter differunt a donis naturalibus, et perfectio quam tribuunt dona supernaturalia essentialiter differt a perfectione naturali. Unde factum est apud Theologos ut gratia simpliciter dicta designet donum simpliciter supernaturale. Ad rem S. Thomas: « Gratia, secundum quod gratis datur, excludit rationem debiti. Potest autem intelligi duplex debitum, unum quidem ex merito proveniens, quod refertur ad personam, cujus est agere meritoria opera,... Aliud est debitum secundum conditionem naturæ: puta si dicamus, debitum esse homini quod habeat rationem et alia quæ ad humanam pertinent naturam... Dona naturalia carent primo debito, non autem carent secundo. Sed dona supernaturalia utroque debito carent *et ideo specialius sibi nomen gratiæ vindicant.* » (1ª 2ª, q. CXI, a. 1, ad 2um.)

J. V. D. M.

III

Q. *Da notionem Sacramenti Novæ Legis, eam breviter explicando.*

R. Definitur: Signum sensibile practicum gratiæ, a Christo stabili lege institutum.

Explicatur:

signum, nempe id quod facit aliquid aliud in cognitionem venire, juxta celebrem definitionem S. Augustini.

sensibile, seu externis sensibus perceptibile, sive immediate, uti ablutio in baptismate, sive mediate uti contritio in sacramento Pœnitentiæ, quæ fit sensibilis per confessionem dolorosam et voluntariam subjectionem pœnitentis potestati clavium.

practicum: non nudè significans et mere speculative sed dans et efficaciter conferens id quod significat: scilicet ex opere operato operando, ut mox explicabitur.

gratiæ, habitualis seu sanctificantis, cum virtutibus et donis annexis, ejusque specialis, cum ordine ad gratias actuales, uti suo loco declarabitur.

a Christo institutum. Ritus enim externus, quomodocumque ipsius efficacia intelligatur, *a se* non habet dictam virtutem practice significandi gratiam sacramentalem; atvero totam quantam mutuatur *a Christi* (1) *institutione,* citra quam vix aptus est ut gratiam nude significet, absque ulla prorsus efficacia. Quamvis enim signum sacramentale non sit mere arbitrarium, non tamen est numerandum inter signa naturalia, sed potius de utriusque natura participat.

stabili lege: non in modum transeuntis applicationis; et sic « apparet cur verba Domini remittentis peccata quando in terra visibilis versabatur..... non erant

(1) Christus institutor est Sacramentorum, qua Deus, potestate auctoritatis, uti vocatur; qua homo, potestate excellentiæ.

sacramenta; erat autem proprie dicta confectio sacramenti consecratio Corporis et Sanguinis sui in ultima cœna peracta ». Franzelin, *De Sacramentis in genere,* thesi I.

Hisce exhibetur conceptus proprius sacramenti Novæ Legis, qui nonnihil illustratur, adducta comparatione cum sacramentis Veteris Legis. Etiam ista, signa erant practica sanctificationis, ast illa sanctitas quam significabant et efficaciter inducebant, propria erat œconomiæ antiquæ, sanctificatio inquam externa et legalis. Gratiam autem internam soli Legi Novæ qua tali competentem, mere præfigurabant, (quemadmodum integra Lex antiqua umbra erat et figura prænuntiativa futuræ, in Christo instaurandæ) minime vero efficaciter conferebant. Profecto Judæi sub Moyse viventes, gratia non destituebantur et ipsa sacramenta antiqua conducebant ad justificationem, at non immediate et causaliter sed mediante merito suscipientis et occasionaliter tantùm. Ad hoc nempe restringebatur eorum operatio ut excitarent in suscipientibus et circumstantibus fidem in Messiam venturum, spem et contritionem quibus ad justitiam recuperandam vel augendam disponerentur; et si ad circumcisionem, citra opus operantis, puta in infantibus, consequebatur gratiæ infusio, ipsi non tribuatur qua causæ, sed tantùm qua conditioni sine qua non, ita ut occasione acceptæ circumcisionis, justificarentur infantes, seu, juxta tritum dicterium, non *per* circumcisionem sed *in* ipsa.

A. D. S.

IV

Q. Sacramenta conferunt gratiam *ex opere operato.* Expone assertum.

R. Notam distinctivam sacramenti Novæ Legis, quatenus gratiam internam *practice* significant, concinne

enuntiat Concilium Tridentinum, formulà usu jam consecrata: « operantur gratiam ex opere operato ».

Quæ importat duo:

1°/ ipsum *opus operatum* (1) seu ipsum valide positum signum sacramentale objective et materialiter sumptum operari gratiam, minime vero *opus operantis*, seu sacramentum formaliter in quantum a ministro taliter disposito administratur, vel a subjecto talis meriti suscipitur, aut etiam in quantum est natum excitare fidem ad gratiam disponentem, quod proprium fuit sacramentorum antiqui Fœderis.

Aliis verbis sacramentum in suo esse completo constitutum, gratiam infundit independenter a dispositione subjectiva ministri vel subjecti *tanquam causaliter influente* in effectum sacramentalem.

2°/ operatur gratiam seu ipsam *vere causaliter* inducit in animam subjecti; ita ut contineat gratiam sicut causa effectum. cfr. Conc. Florent. et Conc. Trid. ss. VII can^e 6°.

Quo pacto prorsus manca est et aliena a recto intellectu operationis sacramentorum interpretatio quorumdam veterum, ipsam reducentium ad mere negativum influxum, ac si essent conditiones dumtaxat quibus positis Deus conferret gratiam (2). Agnoscenda est scilicet, quod probe notandum, ipsi signo sacramentali, *virtus causalis*, utique instrumentalis, ad ipsam gratiam *positivo et efficaci influxu* infundendam.

Dictum est sub 1°/: « independenter a dispositione subjectiva ministri vel subjecti *tanquam causa* ». Non enim est neganda dependentia *negativa* quatenus:

---

(1) Sumitur verbum *sensu passivo* adeoque non significat opus Christi meritorium; verissimum quidem est totum valorem sacramentorum ab Ipsius meritis derivari, sed id in formula nostra non indicatur.

(2) Hunc operandi modum adscripsimus circumcisioni judaicæ, cui absolute abnuenda est efficacia ex opere operato, et ad summum concedenda efficacia analoga, seu *quasi ex opere operato*: verificatur quidem in ipsa primum elementum, quatenus conducebat ad justificationem citra opus operantis, sed plane deficit secundum, influxus nempe *causalis*.

a quædam dispositiones requirantur in subjecto, tanquam *removentes prohibens:* sive ad valorem, puta intentio saltem habitualis implicita, sive ad fructuositatem: qua ratione postulatur in adulto baptizando attritio de mortalibus, status gratiæ saltem bona fide reputatus in sacramentis vivorum etc.

b quatenus melius disposito ditior infundatur gratia: « sicut defectus dispositionis absolute necessariæ est *obex gratiæ simpliciter*, ita ille defectus melioris dispositionis, obstans collationi amplioris gratiæ, potest dici *obex secundum quid* et sicut dispositio absolute necessaria est remotio obicis *simpliciter* dicti, ita perfectior dispositio, formaliter quatenus perfectior, jure potest dici remotio obicis, quem appellamus obicem *secundum quid*. » Franz. l. c. th. VI.

Additur: « .... in effectum *sacramentalem* ». Non officit namque causalitati sacramentorum ex opere operato, coexistens influxus vere positivus operis operantis in gratiam *non sacramentalem*. Illud nimirum ipsum opus, quod in nonnullis sacramentis requiritur juxta dicta, et munus obit conditionis sine qua non, relate ad gratiam specialem sacramentalem, potest, a justo patratum, simul mereri de condigno augmentum gratiæ non sacramentalis.

Tandem: « Sacramentum *in suo esse completo constitutum* » Ita præcavetur a difficultate petenda ex influxu causali intentionis ministri: equidem vere cooperatur positive et efficaciter ad gratiæ infusionem, ast non præter signum sacramentale objective sumptum sed tanquam elementum pertinens ad ipsius intrinsecam constitutionem ut ex postea dicendis apparebit. Idem valeret de actibus pœnitentis in quantum ipsum signum sacramentale ingrediuntur quasi partes constitutivæ.

A. D. S.

V

Q. Intimius indagata natura causalitatis Sacramentorum, dijudica utrum causent gratiam *physice* an vero *moraliter?*

R. Ex responso ad IV indubitatum manet penes catholicum quemque, sacramenta esse vere causas gratiæ, nec conditiones tantùm sine quibus non. Quo in tuto posito, jam juvat nunc ulterius et penitius inquirere circa intimam naturam illius causalitatis.

Dividuntur causæ in intrinsecas rei causatæ: materialem et formalem, et in extrinsecas: finalem, exemplarem et efficientem.

Jamvero 1°/ ante omnia sacramentis vindicanda est ratio causæ *efficientis* nimirum quæ *actione suâ, formaliter qua actio est*, principium existit gratiæ infundendæ. Quod suadetur ex descriptione S. Scripturæ et ex nervose dictis SS. PP. quos videsis apud Auctores passim, uti Franzelin l. c. thesi VI, Billuart, *De Sacramentis in communi*, dissert. III, art. 2°. Cæterum vulgo et communiter nomen causæ tribuitur præprimis efficienti.

Jam inde seponenda videtur sententia de causalitate *morali, quatenus a nonnullis explicatur*. Docent nempe sacramenta operari gratiam movendo Deum, in quantum dignitate sua et excellentia mutuata a meritis Christi (cujus sunt actiones morales), sunt Deo « causæ physicæ producenti ratio cur producat effectum ». Franzelin l. c. thesi X. Sic enim intellecta causalitas sacramentorum, hisce denegat dignitatem causæ *efficientis*, cum jam *actione* sua non existant principium quo aliquid fit, sed potius habeantur tanquam *id cujus gratiâ* aliquid fit, quod est causæ *finalis*. Deum utique movent (sensu improprio) at non actione, sed bonitate sua et excellentia, seu per modum objecti ab intellectu apprehensi.

Insistit Franzelin thesi VI in distinctione inter

rationem causæ finalis et causalitatem quam vindicat sacramentis: « hæc enim, ait, movet sua bonitate *quia est*, finis autem formalis.... non movet quia est, sed ejus bonitas apprehensa movet *ut sit* ».

Atvero « differentia assignata valde materialiter se habet ad formalem rationem et modum causandi; sive enim bonitas apprehensa jam sit in natura rerum sive non sit, semper tamen eodem modo movet, sola scilicet sui præsentia in consideratione intellectus, non autem per modum operantis prout requiritur ad rationem efficientiæ » Billot, *De sacramentis*, Tomo I p. 55.

2° Sunt igitur causæ *efficientes*, at *instrumentales* tantùm; operantur nempe suum effectum, non virtute propria seu habente esse completum in ipsis, sed in quantum moventur a principali agente. Ad modum scilicet instrumenti operantur aliquid de suo, aliquid sibi commensuratum, seu exerunt operationem propriam; sed in ipsa actione qua exequuntur proprium effectum, subsunt motioni principalis agentis, et qua tales acquirunt virtutem altiorem, pertingentem ad effectum ad quem ex virtute sua sunt inepta (1).

3° Jam quæritur nunc cujusnam rationis sit illa virtus participata seu instrumentalis.

a Thomistæ passim contendunt illam esse virtutem *ordinis physici*, vi cujus sacramenta directe et perfective ipsam gratiam inducunt in subjectum ita ut operatione sua immediate attingant gratiæ entitatem physicam (2).

---

(1) Cfr. S. Th. in IV Sent. dist. I, qu. 1ª, art. 4°, sol. 1ª.

(2) Alii aliter explicant: « Suarez cum quibusdam aliis confugit ad potentiam obedientialem omnibus rebus creatis congenitam, immediatè activam omnium effectuum supernaturalium, mediante solo concursu generali Dei simultaneo...; alii dicunt sacramentum constitui instrumentum physicum gratiæ, non per virtutem aliquam intrinsece receptam, sed per solam subordinationem extrinsecam ad Deum et per specialem Ejus assistentiam...; alii volunt hanc virtutem esse qualitatem sacramentis communicatam non quidem completam et permanentem.... sed incompletam et fluentem...; alii tandem volunt illam virtutem non esse qualitatem sed motionem Dei transeuntem, elevantem sacramentum ad

Atvero præcisione facta a quæstione utrum absolute possibile sit necne ut res corporalis assumatur in instrumentum ad productionem gratiæ, non est congrua hæc sententia quæ adhibeatur ad explicandam causalitatem sacramentorum. Ut brevitati consulamus, hoc sufficiat unicum argumentum deductum ex reviviscentia sacramentorum, suo loco stabilienda.

Sacramentum nempe validum esse potest et simul informe, ita ut, postea obice remoto, gratiam infundat. Finge igitur baptisma rite administratum juveni non attrito de mortalibus... post annos suppletur defectui et statim reviviscit sacramentum. Quis autem dicet gratiam regenerativam baptismalem produci tunc influxu *physico et immediato* signi sacramentalis tanto tempore jam præterlapsi! —

Incassum effugium quærunt plerique concedendo causalitatem moralem in sacramento reviviscente, quam repudiant et insufficientem autumant in sacramento statim effectum sortiente; quæ sane allata distinctio inter duplicem operandi modum, ob necessitatem causæ inducta, omni prorsus fundamento destituitur, et plane gratuito est inventa.

b/ Quærenda ergo solutio salvans ex una parte jura causæ efficientis et ex alia parte difficultates effugiens causalitatis physicæ perfectivæ. Nec forte displicebit illa quam egregie exponit et evolvit Billot l. c. p. 50-126 juxta veteres Scholasticos et signanter S. Thom. in IV Sent. Disp. I, qu. 1ª, art. 4°.

Nimirum sacramentis competit virtus instrumentalis ordinis *non physici sed intentionalis* vere efficiens, quatenus *actione sua* (non bonitate apprehensa alliciendo ad modum jam reprobatum causalitatis finalis) produ-

---

rationem instrumenti physici gratiæ; nec solum dantem illi actum secundum seu applicantem tantum virtutem ad actum, sed etiam conferentem ipsi virtutem activam seu in actu primo respectu effectus principalis agentis. » Billuart l. c.

cunt in anima effectum quemdam ordinis intentionalis (1) (non physici) qui ipse sit dispositio objectiva necessitans, in quantum de se est, infusionem gratiæ.

Ita signum sacramentale in matrimonio *efficienter* producit directe et immediate vinculum morale inter conjuges, quod a parte sua petit ut cum gratia connectatur, et sic proxime disponit subjectum ad gratiæ infusionem. Item sacramentum ordinis per se prius inducit potestatem sacram, quæ cum sine gratia nequeat rite exerceri, hanc postulat et exigit.

Ille effectus intermedius vocatur in terminologia scholastica *res et sacramentum:* scilicet effectus signi externi (et ideo res) et simul practice significans ulteriorem effectum (et ideo sacramentum) gratiam nempe quæ est res simpliciter.

Hoc pacto in nihilo jam deficit sacramentum a ratione causæ *efficientis*, cum *actione sua* uti ex allatis exemplis innotescit, effectum producat; nec quid ipsi deest ut dicatur et sit causa *gratiæ*. Quo jure enim pater principium habetur filii, etsi animam non causet sed mere materiam disponit ad ipsius infusionem, non alio jure sacramentum dicitur gratiæ productivum (2). Inducit namque in subjectum non modò aliquam capacitatem gratiæ, sed formam objectivam ad gratiam vere dispositivam ejusque exigitivam. Est causa scilicet efficiens non perfective sed dispositive, at vera causa. Noli

---

(1) Ens intentionale cave ne confundas cum ente rationis stricte dicto, ac si esset merum figmentum mentis. Quamvis enim non ponat quid esse physici extra animam, ideo non caret omni objectivitate et realitate sibi propria.

Ita jurisdictio, officia, obligationes... producuntur ab intellectu practico et vere in animam inducuntur; quæ inducta mens *agnoscit* non vero *fingit* ipsa.

(2) Nec opponatur: « sicut parentes male diceres causam animæ ita a pari ne dicas sacramenta causas gratiæ »; gratia enim est accidens et non substantia uti anima, « accidentis autem est inesse, juxta tritum axioma, et ideo illud quod est causa quod gratia insit, est etiam causa cur sit » Billot l. c. p. 118.

intelligere dispositionem mere subjectivam qua subjectum sese moraliter disponat dum disponitur, sed agitur hic de dispositione objective inducta seu causata ex opere operato et exigente infusionem gratiæ.

Simul etiam incommoda vitantur sententiæ Thomisticæ, cum sacramenta non valeant per seipsa et immediate ad physicam inmutationem sed ad effectum prævium ordinis non physici (1), uti ex exemplis patet et porro infra clarius apparebit.

Equidem fatemur nec hanc explicationem carere difficultatibus, quæ vix vitari queunt in hac materia abstrusa, quæ tantopere theologos exercuit et exercet; facilius tamen videntur enodandæ quam in aliis, illique favent argumenta non spernenda quæ et ipsam sententiam dilucidabunt.

Argumentum 1m. Plane congruit descripta operandi vis naturæ sacramentorum, quæ signa sunt practica et significando operantur. Signi namque practici est deferre notitiam ordinationum intellectus practici, hasque efficaciter in subjectum inducere, ita ut ipsi inhæreant.

Ita verba contrahentium in civili quopiam contractu, mutuam significant obligationem eamque instrumentaliter producunt vere et efficienter. Pari ratione, in ordine supernaturali verba matrimonium ineuntium,

---

(1) In SS. Eucharistia, ratione peculiaris naturæ, *res et sacramentum* seu titulus ad gratiam est ipsum Corpus et Sanguis Christi Domini, ex pane et vino transubstantiata, adeoque non absolvitur entitate intentionali sed est effectus ordinis physici. Atvero ipsa virtus instrumentalis quæ inest verbis consecrationis ad illam mirabilem conversionem operandam non transcendit virtutem intentionalem; ipsam enim transubstantiationem non exerunt directe et immediate sed mediate, producendo nimirum in materia ordinationem infallibilem ad hoc ut substantialiter immutetur per imperium divinum; et ita etiam ad hunc effectum prævium agunt ad modum causæ *efficientis dispositivæ*. — In baptismo, confirmatione et ordine, res et sacramentum dicitur character, quod audit rursus quid physici, sed formaliter loquendo, id quod disponit ad gratiam eamque necessario advocat, illa est deputatio moralis et officium in suscipiente susceptum, cujus character est complementum et sigillum.

juxta ritum a Christo volitum et institutum, virtute instrumentali a Deo participata, significant et causant in nupturientibus vinculum matrimoniale: hoc autem ulterius postulat, quantum de se est, et exigit gratiam specialem ad illius status officia rite obeunda. Et sic de **reliquis...**

Arg. 2um. Nec minus patrocinatur præfatæ sententiæ ipsius signi ordinatio et constitutio. Ita nempe est ordinatum ut immediate significet non gratiam sed quamdam formam præviam et intermediam, quemadmodum manifeste apparet in matrimonio signanter et Ordine, in quibus signum sacramentale totum quantum proxime indigitat vinculum et potestatem. Rursus cum sacramenta significando causent, pronum est ut concludamus immediatum effectum directe productum non esse gratiam, sed dictam præviam formam, gratiæ exigitivam, *per prius notificatam.* — Quæ occurrit obscuritas aliqualis ut hoc argumentum singulis sacramentis applicetur, **infra suo loco dissipabitur.**

Arg. 3um. Insuper obvia redditur intima ratio *reviviscentiæ* sacramentorum, quæ communiter vindicatur omnibus sacramentis præter Eucharistiam. Valide namque sed infructuose collatum non infundit quidem gratiam per obicem in subjecto impeditam, sed præviam inducit entitatem quam nulla indispositio valet excludere. Donec remaneat nunc illa entitas inducta puta vinculum matrimoniale, non videbitur mirum quod et, obice remoto, gratia introducatur, siquidem perse**verat titulus ipsius exigitivus.**

In baptismate, Ordine et confirmatione, remanet res et sacramentum indelibiliter, adeoque logice ipsis adscribitur reviviscentia in indefinitum et simul perfecte **justificatur horum initerabilitas.**

In matrimonio hæret vinculum donec morte alterutrius compartis disrumpatur et sic sponte reviviscit durante vita utriusque conjugis, non autem ultra.

In SS. Eucharistia non datur locus reviviscentiæ

siquidem res et sacramentum (Corpus et Sanguis Domini) desinit cum consumptis speciebus.

Arg. 4m. Quandocumque sacramentum valide conficitur etsi informe suscipiatur, perfecte constituitur *in ratione signi*. Cum autem *significando operetur*, statim ac completa et rata est significatio, eo ipso sistatur oportet *in actu secundo agens*. Jamvero causa in actu secundo agens actione transeunte postulat effectum aliquem extrinsecum (etsi non ultimum mediatum) cum motio moventis sit motus moti; cum autem nequeat conferre gratiam ob impedimentum indispositionis, recurrendum videtur ad alium effectum prævium et prædispositivum, quem immediate et proxime sortitur sacramentum validum, quique nullo obice repellitur.

Hæc jam sufficiant ut commendetur sequens conclusio summarie contracta:

Sacramenta 1/ non causant gratiam *physice et perfective*, ac si physico et immediato influxu causali pertingerent ad ipsam physicam entitatem gratiæ.

2/ nec *moraliter*, *hoc sensu* quod Deum moveant bonitate sua apprehensa, ut gratiam conferat, quod est causæ finalis.

Sed 3/ operantur eam causalitate *morali* (late dicta) *seu potuis intentionali*, alio plane sensu intellecta: causæ nempe sunt *efficientes dispositivæ*, quatenus, sub motione Dei (adeoque instrumentaliter), *actione sua* vere efficienter in anima producant *formam intentionalem*, quæ ad modum causæ materialis objective ad gratiam *proxime disponat*.

A. D. S.

VI

Q. Quonam habitu sacro indutus esse debet sacerdos dum administrat Sacramenta?

Resp. Prænotatur quæstionem limitari ad sacras vestes induendas *a simplice sacerdote*, non enim quæritur de Episcopo administrante sive Confirmationem vel Ordines quorum administratio ipsi est propria, sive alia Sacramenta, uti Baptismum, pro quibus solemnitas specialis adhibetur, quando ab ipso conferuntur.

Jamvero quoad indumenta à sacerdote adhibenda, Rituale Romanum Tit. I, nº 7, tradit regulam aliquam generalem: « In omni Sacramentorum administratione sacerdos, superpelliceo sit indutus et desuper stola ejus coloris, quem Sacramenti Ritus exposcit; nisi in Sacramento Pœnitentiæ ministrando occasio, vel consuetudo, vel locus interdum aliter suadeat ».

Videndum ergo in particulari quousque, juxtà dispositiones et rubricas speciales, in singulorum Sacramentorum administratione superpelliceum et stola requirantur, cujusnam coloris esse debeat stola et utrum nulla alia indumenta præter superpelliceum et stolam præscribantur vel loco illorum permittantur.

1º *In Baptismo*, *a* Rituale agens de *solemni* baptismate parvulorum in ecclesia collato, tit. II, cap. 1, nº 51, præscribit ut « sacerdos ad tanti Sacramenti administrationem... superpelliceo et stola violacea indutus accedat. » Hanc stolam *violaceam* adhibet usque unctionem oleo catechumenorum factam, qua peracta « sumit aliam *albi* coloris », quam usque in finem retinet. Attamen, uti declaravit S. C. R. *in Tarnovien.* 26 Martii 1859, « licite sacerdos uti potest stola *bicolori* ex una parte violacea et ex altera alba, juxta opportunitatem ex ea parte invertenda quæ colorem præferat a Rituali præscriptum ».

b, Si autem agatur de baptismo parvuli (vel etiam

adulti) in periculo mortis constituti administrando extra ecclesiam à sacerdote, et nec stola nec superpelliceum haberi possint, certe sine illis paramentis sacramentum conferri potest et debet.

c/ In baptismo solemni *adultorum* sacerdos induitur superpelliceo et stola tum violacea tum alba, et insuper etiam pluviale tum violaceum tum album adhibere potest. (Rit. tit. IV, cap. 4, n^is^ 1 et 42.)

2° *Pro Sacramento Pœnitentiæ* Rituale (tit. III, cap. 2, n° 9) ordinat ut sacerdos « superpelliceo et stola violacei coloris utatur, prout tempus, vel locorum feret consuetudo », nisi, ut dicit inter generaliter servanda in Sacramentorum administratione (vide supra), in eo « ministrando occasio, vel consuetudo vel locus interdum aliter suadeat. » « Tempus, occasio vel locus aliter suadere possunt, e. g. in confessione infirmi *extra* Ecclesiam, licet tamen et pro his casibus confessarius laudabiliter stolam domi conservet et secum ad infirmum deferat. » (Ill. Vanderstappen *De administratione sacr.* q. 133). — Consuetudo potest excusare ab usu superpellicei et stolæ, saltem si agitur de confessionibus excipiendis extra ecclesiam. Sacra autem Congregatio interrogata circa consuetudinem ministrandi Sacramentum Pœnitentiæ absque stola, etiam *in ecclesia et sede confessionali*, rescripsit (decr. 31 Aug. 1867) « conveniens esse ut in ecclesia adhibeatur stola, juxta S. R. C. decreta », et altero decreto 7 Julii 1877 ad quæstionem « an liceat alumnis Societatis (Presbyterorum SS^mi^ Sacramenti) audire in sacro tribunali confessiones, adhibita tantum stola violacei coloris sed sine superpelliceo » respondit: « *In ecclesia* servetur Rituale Romanum ». Cæterum talis consuetudo in nostra diœcesi non existit, cum juxta antiquam præscriptionem Pastoralis confessarius superpelliceo et stola violacei coloris indutus sedeat in confessionali.

3° *In administratione SS. Eucharistiæ*, vel agitur de Communione fidelium in ecclesia, vel de Communione infirmorum.

a. Si Communio in ecclesia distribuitur a celebrante intra missam post sumptionem sanguinis, vel immediate ante missam inchoatam vel statim post missam absolutam, quin discedat ab altari, sacerdos indutus omnibus paramentis missalibus coloris convenientis missæ administrat SS. Eucharistiam. Hoc sequitur tum ex rubricis Missalis (*Rit. celebrandi* X, 6) et Ritualis (Tit. IV, cap. 2, n^is^ 10 et 11), tum ex decretis, nominatim ex decr. 27 Junii 1868 quo declaratur « posse in missis defunctorum, cum paramentis *nigris*, sacram communionem fidelibus ministrari,... posse item *in paramentis nigris*, ministrari communionem immediate *post* missam defunctorum; data autem rationabili causa, immediate quoque *ante eamdem* missam ».

Si distributio S. Communionis fiat *extra* missam, ita ut constituat functionem omnino separatam à missa, sacerdos debet esse « superpelliceo indutus ac desuper stola *coloris officio illius diei convenientis* » (Rit. l. c. n° 1). Quod spectat colorem stolæ, S. C. R. pluries dispositionem Ritualis confirmavit; ita 12 Martii 1856 respondit: « juxta Ritualis Romani rubricam debet (stola) esse coloris officio illius diei convenientis » et 15 Junii 1885 proposito dubio: « ubi vigeat immemorialis consuetudo ministrandi sacrum Eucharistiæ Sacramentum extra missam cum stola semper albi coloris, tolerari-ne potest ejuscemodi consuetudo », respondit: « servetur Rituale Romanum ». Juxta decretum tamen 11 Augusti 1877 præscribitur quidem ut servetur Ritualis Romani rubrica, sed decernitur insuper: « ubi vigeat consuetudo administrandi SS. Eucharistiam cum stola albi coloris *fidelibus paschale præceptum adimplentibus,* tolerandam » esse consuetudinem. « Ex quo decreto patet tunc tantum a præcepto Ritualis recedendum esse, quando aliquo in loco est consuetudo communionem paschalem cum stola alba administrandi ». (Schober, *De Cærem. missæ*, cap. XII, not. 1). Inquirunt autem auctores pro casu quo color officii seu horarum Canoni-

carum differt a colore missæ, v. gr. in vigilia Pentecostes et illis diebus in quibus officium est de octava aliqua, missa autem de vigilia vel feria quatuor temporum etc., utrum non sit adhibendus color missæ potius quam officii. Sacra Congr. Rituum eodem decreto (11 Aug. 1877) respondit quidem in casu servandum esse Ritualis Romani rubricam; unde nonnulli (uti Ill. Vanderstappen l. c., q. 191; Schober l. c; Erker *Enchir. lit.*, nº 216), stantes litteræ rubricæ Ritualis et decreti citati tenent colorem officii servandum esse; alii tamen magis insistentes spiritui seu rationi legis, rubricam et decreta ita interpretantur ut concludant colorem stolæ in casu conformem esse debere missæ diei potius quam officio. Hanc sententiam tenent *Ephemerides liturgicæ* anno 1890, p. 509: « citra dubium esse supponimus, aiunt, communionem extra missam veluti ipsius missæ appendicem constituere; quia communio est pars missæ et nonnisi propter aliquam necessitatis rationem administratur extra missam... Cum S. R. C. declarat colorem stolæ, in communione extra missam debere esse conformem colori officii, ita intelligenda est, ut pro officii nomine non veniant simpliciter Horæ canonicæ, sed aut Horæ canonicæ et Missa simul, aut Missa tantum de die, quæ uti demonstratum est partem præcipuam officii constituit ».

Quidam admittunt loco superpellicei cum stola, sacerdotem induere posse albam cum stola in pectus transversa, quando v. gr. communionem distribuit ante accessum ad altare pro celebratione missæ, aut post missam ad sacristiam redeat, priusquam distributionem incipiat. Ita De Herdt (III, nº 275); Ill. Vanderstappen (l. c., q. 191), Erker (*Enchir. lit.*, nº 217), qui innituntur decreto in *Ambianen.* 31 Aug. 1867 ad 5. *Ephemirides* autem *liturgicæ* (1897, p. 44) contrariam sententiam tenent, opinantes decretum ad rem non citari, « imo esse omnino decretum albæ contrarium videri ».

b) In Communione infirmorum sacerdos induitur su-

perpelliceo et stola *alba*, et insuper « si haberi potest, pluviali albi coloris » (Rit. cap. 2, nº 9). Superpelliceum et stola de præcepto sunt (cfr. decr. S. R. C. 16 Dec. 1826 *in Gandaven.* ad 2), pluviale vero « non est de præcepto sed de arbitrio et more; convenit tamen, ut adhibeatur saltem in locis insignioribus et pro personis dignioribus, ut Episcopis et Principibus, item in delationibus generalibus et solemnioribus. » (De Herdt III, nº 186). Insuper in deferenda ad infirmos sacra Eucharistia et in danda benedictione cum sacra pyxide imponere sibi debet sacerdos velum humerale albi coloris, nisi ob longitudinem aut difficultatem viarum sacram Pyxidem in bursa alba deferat. (Rit. l. c.) « Sine omni veste sacra Eucharistiam dispensare communiter censent auctores esse peccatum grave, id tamen in rarissimo casu necessitatis, ne moribundus absque viatico discedat, S. Alphonsus arbitratur permittendum, lib. VI, nº 241 » (Ill. Vanderstappen l. c., q. 201).

4º *Pro Extremæ Unctionis administratione* (non autem pro ejus delatione) præscribitur superpelliceum et stola violacea, ut liquet ex rubrica Ritualis tit. V, cap. 2, nº 4 et ex decreto 16 Dec. 1826 *in Gandaven*, ubi ad quæsitum « an saltem sacramentum Extremæ Unctionis cum stola tantum administrari possit » respondit S. C.: « negative ut ad proximum », scilicet, eliminata consuetudine servetur Ritualis Romani præscriptum. « Excipitur tamen casus positivæ necessitatis, cum tempus non relinquitur sumendi vestes pro hoc sacramento administrando præscriptas. » (Ill. Vanderstappen l. c., q. 226).

5º *Pro Matrimonio.* « Parochus vel alius sacerdos matrimonium celebraturus superpelliceo et alba stola indutus » est, juxta rubr. Rit. Rom. tit. VII, cap. 2, nº 1; vel si ipse sit missam immediate celebraturus, juxta decr. *in Ambianen.* 31 Aug. 1867 induitur omnibus paramentis missalibus (amictu, alba, cingulo, stola et planeta) coloris missæ convenientis, absque tamen manipulo, quem ante missam accipit.

Nota. Nullibi Rituale in administratione Sacramentorum requirit usum bireti. Quæritur an non sit adhibendum? « Biretum, ait Ill. Vanderstappen (*De celebr. missæ*, q. 101) imponi debet in accessu ad SS. Missæ sacrificium et generatim ad sacras functiones et in recessu; *non in actuali ministerio*, nisi quando sedetur, Sanctissimo Sacramento non exposito ». « Ex regula generali, ita *Ephem. liturg.* (anni 1891, p. 365), cum aliquis exercetur sacer ritus *specialiter in Sacramentis conferendis*, nunquam utendum est bireto, sed caput ministrantis detectum esse debet. Excipe Sacramentum Pœnitentiæ ratione potestatis judicialis, quam sacerdos in illa exercet »; notari etiam potest in sacro Pœnitentiæ tribunali sacerdotem sedere; unde auctores notant decere ut sacerdos habeat caput coopertum dum absolvit, quia partes judicis agit, detectum vero dum orat (ad *Misereatur* et *Passio Domini*). Pro aliis autem Sacramentis, in accessu et recessu sacerdos caput bireto coopertum tenere potest, non autem in ipsa administratione.

H. V. D. W.

Evangelia Dominicarum

Dom. XXIV post Pentec.

Prædictio cladis Jerosolymitanæ et secundi adventûs Christi. Matth. XXIV, 15-35. Cf. Marc. XIII, 14-31; Luc. XXI, 20-33.

***

Te dien tijde zei Jesus tot zijne leerlingen: 15 Wanneer gij den gruwel der verwoesting, waarvan gesproken is door Daniël, den Profeet, zult zien staan in de heilige plaats, — die het leest, begrijpe het! — 16 dat alsdan, die in Judea zijn, vluchten naar de bergen; 17 en die op het dak is, kome niet af om iets uit zijn huis te halen; 18 en die op het veld is, keere niet terug om zijn kleed te halen. 19 Doch wee de bevruchten en de zogenden in die dagen! 20 En bidt dat uwe vlucht niet geschiede in den winter, of op eenen Sabbath. 21 Want er zal alsdan eene groote verdrukking zijn, hoedanige er niet geweest en is van het begin der wereld tot nu toe, noch geschieden zal. 22 En waren die dagen niet verkort geworden, geen vleesch wierde behouden; doch om de uitverkorenen zullen zij verkort worden, die dagen.

23 Alsdan, zoo iemand u zal zeggen: Zie, hier is de Christus, of: daar! gelooft het niet. 24 Want er zullen valsche Christussen en valsche profeten opstaan, en zij zullen groote teekenen en wonderen doen, zoodat misleid worden, ware het mogelijk, ook de uitverkorenen. 25 Zie, ik heb het u voorzeid. 26 Indien zij u dan zullen zeggen: Zie, hij is in de woestijne! gaat niet uit; zie, hij is in de binnenkamers! gelooft het niet. 27 Want gelijk de bliksem uitgaat van het Oosten, en schijnt tot in het Westen, alzoo zal ook de komst van den Zoon des menschen zijn. 28 Waar ergens een *dood* lichaam is,

daar zullen ook de arenden vergaderen. 29 En terstond na de verdrukking dier dagen zal de zon verduisterd worden, en de maan zal haar licht niet geven, en de sterren zullen van den hemel vallen, en de krachten der hemelen zullen beroerd worden. 30 En dan zal het teeken van den Zoon des menschen verschijnen in den hemel, en dan zullen al de geslachten der aarde schreien, en zij zullen den Zoon des menschen zien komen op de wolken des hemels met groote kracht en heerlijkheid. 31 En hij zal zijne Engelen uitzenden met bazuin en groot geschal, en zij zullen zijne uitverkorenen verzamelen uit de vier winden, van de uiterste *einden* der hemelen tot aan hunne *uiterste* einden. 32 En leert van den vijgeboom deze gelijkenisse: Wanneer zijn tak alreeds teeder geworden is, en de bladeren zijn uitgesproten, dan weet gij, dat de zomer nabij is: 33 Zoo ook gij, als gij dat alles zult gezien hebben, weet dan, dat het nabij is, voor de deur. 34 Voorwaar ik zeg u: Dit geslacht en zal niet voorbijgaan, totdat al deze dingen geschieden. 35 Hemel en aarde zullen voorbijgaan, maar mijne woorden en zullen niet voorbijgaan.

Dom. I Adventùs.

Iterum *de secundo Christi adventu*. Luc. XXI, 25-33. Cnf. Matth. XXIV, 29-35; Marc. XIII, 24-31.

***

Te dien tijde zei Jesus tot zijne leerlingen: 25 Er zullen teekenen zijn in de zon, en maan, en sterren, en op de aarde angst onder de volkeren, van ontsteltenis over het gedruisch van zee en golven, 26 zoodat de menschen *als* verdorren van vreeze en *bange* verwachting van hetgene de gansche wereld gaat overkomen; want de krachten der hemelen zullen geschokt worden. 27 En alsdan zullen zij den Zoon des menschen zien komen in eene wolk, met groote macht en heerlijkheid.

28 Als nu deze dingen beginnen te geschieden, ziet dan opwaarts en heft uwe hoofden omhoog, omdat uwe verlossing nabij is.

29 En hij zei tot hen eene gelijkenisse: Aanschouwt den vijgeboom en al de boomen. Als zij alreeds uit henzelven vrucht voortbrengen, dan weet gij, dat de zomer nabij is: 30 zoo ook gij, als gij deze dingen zult zien geschieden, weet dan, dat het Rijk Gods nabij is. 32 Voorwaar ik zeg u: Dit geslacht en zal niet voorbijgaan, totdat alles geschiedt. 33 Hemel en aarde zullen voorbijgaan, maar mijne woorden zullen niet voorbijgaan.

*
* *

Notationes in utrumque Evangelium.

A. *Prædictio cladis Jerosolymitanæ.*

1. *Indicium excidii jam imminentis.*

Matth. XXIV, 15 *Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto*, seu, ut habet Marc. XIII, 14 *stantem ubi non debet.* Lucas vero XXI, 20 *Cum autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus.*

2. *Fuga celerrime capessenda:*

Matth. XXIV, 16: *Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes: 17 et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: 18 et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam.* Addit Lucas XXI, 22: *Quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt.*

3. *Infelices qui citò fugere nequiverint.*

Matth. XXIV. 19: *Væ autem prægnantibus et nutrientibus in illis diebus. 20 Orate autem ut non fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato.*

4. *Calamitatis magnitudo.*

Matth. XXIV, 21: *Erit enim tunc tribulatio magna,*

qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. 22 *Et nisi breviati fuissent dies illi (nisi breviasset Dominus dies.* Marc. XIII, 20), *non fieret salva omnis caro: sed propter electos* (Judæo-christianos) *breviabuntur dies illi.* Lucas XXI, 24: *Et cadent in ore gladii: et captivi ducentur in omnes Gentes: et Jerusalem calcabitur a Gentibus: donec impleantur tempora nationum.*

Interpretationem litteralem quære apud Beelen, Van Steenkiste, Liagre, etc.

Conclusio

« Hactenus percurrimus quæ suis Christus prædicit tam de eis quæ ante excidium Hierosolymitanum erant futura, quàm de ipso excidio, cujus quidem atrocitatem satis declaravit, tempus verò ex prophetia Danielis intelligendum proposuit. Quæ omnia Christi verba etsi ad Apostolorum tempora proprie pertineant, non ad nostra, nec Antichristi: duplicem tamen hinc fructum percipimus.

Primùm enim hinc ædificatur et confirmatur fides nostra, cùm quæcunque Dominus de eo populo tam distincte prædixit, omnia adimpleta cernimus, ut ob id tantò certiùs credamus suo etiam tempore implenda, quæ mox subjungit Dominus ad tempus novissimi adventus sui pertinentia. Ubi observanda Dei pro fidei nostræ confirmatione providentia, qua factum est ut non Joannes ipse Evangelista hæc Domini vaticinia perscriberet, quæ ipse cuncta oculis suis adimpleta vidit, sed illi Evangelistæ qui ante Judæorum mortui sunt excidium, ut omni careret suspicione Christi de his vaticinium, nec quæ jam facta erant viderentur scripta, quasi olim prædicta. Qua Dei providentia rursum factum est, ut rerum apud Judæos gestarum is accuratam perscriberet historiam, qui Judæus esset, et apud Judæos magnæ authoritatis (Josephus): quique ea quæ narrat, et oculis suis conspexisset et earum magna pars fuisset:

ex cujus narratione etiam illo hoc non intendente, declararetur apertissime veritas omnium a Christo prædictorum. Ex quo non solùm licet intelligere quæ passi sunt Judæi, sed et quare, nimirum in ultionem scelerum, idque eorum quæ in Christum ejusque Apostolos commisissent...

Secundò, hoc Christi ad Apostolos sermone, et nos in illis monemur, ut in similibus quæ illis prædixit malis, nos etiam ita geramus quomodo hic illos monet ut sese gerant, nimirum ut exorientibus quibusdam seductoribus non sinamus nos abduci a simplicitate fidei, quæ est in Christo Jesu, utque communibus mundi malis non turbemur, nec consternamur, scientes ex Dei ordinatione oportere hæc ita fieri, exigente sic hominum impietate. Deinde ut ne, si contingat excitari contra veritatem et justitiam persecutionem, et propter Christum pati oporteat: deficiamus propter tribulationes ab ipso, aut a prævalente impietate, et ubique obtinente superemur, sed spe salutis perseveremus, certi diligentibus Deum omnia cooperari in bonum. Postremum, ut tempus Antichristi, qui, ut prædicit Daniel capite septimo et octavo, ex regno quarto nempe Romanorum, est exoriturus, et desolationem magnam in populo Dei facturus, observemus: et cum illum in loco sancto stantem viderimus, ut Paulus dicit, *sedentem in templo Dei quasi sit ipse Deus*, tum fuga, non tam corporali quàm spirituali salutem nobis paremus...

Jam autem et illud nobis ex hoc Christi sermone discendum, de certo tempore eorum quæ futura expectamus, non esse nobis curiose inquirendum, sed potius id nobis curandum ut imminentia possimus recte excipere, ac præsentibus piè uti. Non enim suis de tempore vastationis Hierosolymitanæ quærentibus certum tempus et annum prædixit, sed futura tantum quædam prædixit, ad quæ sine incommodo ferenda cùm advenirent, eos voluit sese præparare. Unde cùm in omni Scripturâ multa suis Deum prædixisse futura legamus,

perraro tamen certum eorum tempus simul prædictum legimus. Sive enim prospera, sive adversa sint, satis piis fuerit, ea esse futura agnovisse, ut illis se consolentur, ad hæc sese patientià durent. Simul etiam certum quorumdam tempus prænovisse, ut remissos facere posset, ita non apparet quam piis adferret commoditatem. » Jans. Gand.

Denique observemus excidium temporale gentis Judaicæ nonnisi umbram fuisse æternæ perditionis omnium qui non *cognoverint tempus visitationis suæ.*

B. *Prædictio secundi adventûs Christi.*
Vide num. sequent.

G. V. D. P.

Ex S. Congreg. Indulgentiarum

I

BURGI S. DOMNINI. Dubia varia de Scapularibus.

Huic Sacræ Indulgentiarum et SS. Reliquiarum Congregationi sequentia dubia dirimenda sunt proposita :

I. Utrum in adscribendis Christifidelibus Sodalitati B. V. Mariæ a Monte Carmelo adhiberi licite et valide possint Scapularia, quæ quamvis ex lana confecta, cooperiuntur ex una parte tela serica vel gossypio, ex altera vero Imagine quæ totum cooperit Scapulare, ita ut pannus penitus aut quasi penitus non appareat?

II. Quid tenendum quando unum Scapulare refert Imaginem B. M. V. de Monte Carmelo, alterum quod vitta coniungitur Imaginem B. M. V. perdolentis, SS^{mi} Rosarii, vel etiam SS^{mi} Cordis Jesu?

III. Utrum nomina adscriptorum Confraternitati

necessario ad viciniorem Confraternitatem mittenda sint, vel potius liberum sit ea transmittere Moderatori cujuslibet Confraternitatis?

IV. Utrum in adscriptione plurium formula unica in numero plurali, quæ ex Decr. S. C. Indulg. die 18 Aprilis 1891 adhiberi potest, dicenda sit antequam incipiatur impositio, vel potius dum primo fit impositio?

V. Utrum in casu super exposito, cum generatim adscribendi sint viri et mulieres, conveniens sit dicere « Accipite viri et mulieres » vel simpliciter « Accipite hunc habitum etc. » prout est in formula breviori approbata in Decreto S. R. C. diei 24 Julii 1888?

Porro S. C., audito unius ex Consultoribus voto, relatis dubiis, respondere mandavit:

Ad I. Negative.

Ad II. Nihil officere valori Scapularis Imaginum varietatem, dummodo in Scapulari appareat color, forma et pannus, quæ omnia ut vere substantialia sunt retinenda, exceptis tamen Scapularibus SS^{me} Trinitatis et Passionis D. N. in quibus etiam imagines propriæ sunt necessariæ.

Ad III. Negative ad 1^{am} partem; affirmative ad 2^{am}.

Ad IV. Formulam in casu dicendam esse immediate antequam Scapularia imponere incipiantur, eaque Sacerdote in manibus tenente.

Ad. V. Si viri a mulieribus facile segregari possint et duplici actu functio peragi posset, quod certe esset convenientius, tunc, prout de more, uti posset formula longiori, mutatis mutandis; si vero unico actu promiscue viri cum mulieribus sint aggregandi, tum ad præcavendam cacophoniam melius fierit si formula brevior adhiberetur, dicendo tantum « accipite hunc habitum etc. ».

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. C. die 18 Junii 1898.

FR. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Præfectus*.

L. ✠ S.

† ANTONIUS ARCHIEP, ANTINOEN., *Secretarius*.

Adnotationes. 1°/ *De scapularium materia.*

Principium generale in hac materia Consultor S. Cong. Indulg. in causa 18 Augusti 1868 sic statuebat: « Ut scapularia valida sint ratione materialis formæ requiri et sufficere ut habeant omnia requisita substantialia, quæ inveniuntur in respectivis scapularibus majoribus ordinum religiosorum ».

« Et sane, idem Consultor prænotabat, minima scapularia, quibus fideles utuntur, non aliud esse nisi ipsa scapularia variorum Ordinum propria, pro majori fidelium commoditate ad parvam formam redacta: quare cum majori habitu seu scapulari ordinum in substantialibus saltem, videlicet in materia et colore, concordare debere ». (1)

Quibus perspectis plane intelliguntur quæ de scapularium forma et materia præscripsit S. C. Indulg. Scapularia nempe, h. e. non funiculi (2) sed bini panni quibus potissimum constituitur hic sacer habitus, debent esse:

a/ formæ oblongæ vel quadratæ, non autem rotundæ ovalis vel multangulæ (Decr. 18 Aug. 1868 ad V, ap. *Decreta Authentica* n. 423)

b/ coloris determinati (3)

c/ ex *lana*, non autem ex serico (soie) aut gossypio seu cylino (coton); et quidem ex lanea *textura* stricte dicta (*tissu*) non vero ex lana *subcoacta* (laine foulée, feutre) aut ex textura *reticulata* (tricotage) aut alio quocumque opere laneo *acu picto* (broderie, ouvrage au crochet) (Ibid. ad I et II) (4).

Hæc tria, « color, forma et pannus » « *ut* vere

---

(1) *Acta S. Sedis*, IV p. 101.

(2) Funiculi scapularis SS. Passionis debent esse ex *lana coccinea;* pro ceteris nihil præscribitur quoad colorem vel materiam.

(3) Cf. *Collat. Brug.* I, 35.

(4) Apud *Decreta Authentica* n. 423 textus dubii secundi corrigi debet vi et juxta textum decr. S. C. Indulg. 6 Maii 1895 ap. Mocchegiani n. 822.

substantialia sunt retinenda »; merito igitur S. C. Indulg. (decr. 18 Jun. 1898, ad I et II) requirit ut hæc « in scapulari appareant ».

Unde: *a*) non valent scapularia in quibus pannus laneus coloris præscripti ita ex utroque latere tegitur ut penitus vel quasi penitus non appareat.

b) Valori non obstant intexta vel acu picta ornamenta, etiamsi diversi sint coloris (*Dec. Auth.* n. 423 ad III), nec ex lana sed v. g. ex serico, argento, gossypio (ibid. ad IV), « dummodo ornamenta talia sint ut color præscriptus prævaleat » (ibid. ad III et IV).

c) Nec obstat quominus in parte unius oris assuatur imago v. g. linea, ut fieri solet in scapularibus B. M. V. de Monte Carmelo, dummodo « in scapulari appareat color, forma et pannus » præscriptus. Quum autem imagines generatim nullo modo sint necessariæ, diversæ possunt esse in utroque ejusdem scapularis panno (decr. 18 Jun. 1898, ad II).

d) Tandem quæri potest utrum liceat et valeat utramque habitus sacri partem, vel — si plura scapularia per modum unius gestentur — utrum liceat omnes panniculos a pectore vel ab humeris dependentes contegere involucro quodam incerti coloris et materiæ, ita ut panni jam penitus non appareant?

Hunc usum adeo communem S^a C. Indulg. nec præsenti nec præteritis decretis prohibuit, eumque licitum esse censemus. Nam ornamenta et imagines, de quibus supra, immediate afficiunt ipsam scapularis constitutivam materiam, quam plus minus mutare nata sunt; e contra, involucrum de quo hic quæritur, extrinsice tantum scapulare jam constitutum obtegit sicut illud obtegunt vestes superiores. Jamvero non præscribitur ut appareat *ipsum scapulare*, sed ut *in scapulari* appareant color, forma et pannus præscripti (ibid. ad II).

2°. *De modo imponendi scapularia pluribus simul.*

In dubiis IV et V non quæritur de formulis appro-

batis *integris* (quales invenies v. g. in *Florilegium* R. a. D. DESCHREVEL pp. 305 sqq.) sed tantummodo de earum media parte, in qua nempe exprimitur ipsa proprie dicta scapularis *impositio*. Quotiescumque enim agitur de imponendo scapulari quod est habitus proprius alicujus confraternitatis, tria ut substantialia ad validitatem enuntianda sunt: *a benedictio, b impositio habitus* et *c receptio ad confraternitatem*. Et hæc tria revera hoc ordine exprimuntur in formulis approbatis, sed in singulari.

Quando autem plures simul recipiendi sunt, nemini dubium erat quin liceret semel pro omnibus in plurali proferre verba quibus exprimuntur benedictio habitus et receptio ad confraternitatem. Idem decrevit S. C. Indulg. in una Valentin. 5 Febr. 1841 et 18 Apr. 1891 (*Nouv. Rev. Théol.* XXIII p. 520) quoad verba proprie dictæ impositionis habitus.

Nunc autem ex responso ad IV liquet sequenti ordine procedendum esse: sacerdos, pronuntiatis verbis *benedictionis*, scapularia manibus tenens profert semel in plurali formulam *impositionis* et statim, nihil dicens singulis successive revera imponit scapulare benedictum. Tandem profert semel in plurali formulam *admissionis* ad confraternitatem et singulorum nomina in albo adscribit.

Responsum ad V respicit directe formulam benedictionis et impositionis scapularis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo: hæc enim duplex est approbata, altera consueta et longior in qua: « accipe, *vir devote* (vel *mulier devota*) hunc habitum... », brevior altera approbata decr. S. Rit. Cong. diei 24 Julii 1888: « accipe hunc habitum... » Alterutra valide adhiberi potest: quænam autem convenientius adhibeatur, quando plures recipiuntur viri ac mulieres, satis liquet ex responso ad V.

C. C.

II

ORDINIS MINOR. S. FRANCISCI.

De Indulgentiis adnexis piis objectis quæ loca Terræ Sanctæ tetigerunt.

Fr. Minister Generalis totius Ordinis Minorum huic Sacræ Indulgentiarum Congni sequentia dubia dirimenda proposuit:

I. An in Decretis Sanctæ Sedis, præcipientibus res Indulgentiis ditatas fidelibus omnino gratis tradi debere, comprehendantur pia objecta quæ Loca Sancta tetigerunt, quæque a Commissariis Terræ Sanctæ distribuuntur fidelibus justo pretio, aliquando titulo eleemosynæ, recepto?

Et quatenus affirmative.

II. Quum 1° mos jamdiu existat apud Commissarios Terræ Sanctæ retinendi penes se aliquod depositum piorum objectorum, quæ Loca Sacra Terræ Sanctæ tetigerunt eaque tradendi fidelibus, qui illa magna devotione prosequuntur; et 2° gratuito tradi minime possint præfata objecta ob innumeras expensas pro eorumdem emptione et asportatione occurrentes; et 3° tandem quam plurimæ amitterentur eleemosynæ quæ admodum sunt necessariæ custodiæ et conservationi Sanctorum Locorum; quæritur an expediat ob has rationes suprema auctoritate Sedis Apostolicæ declarare, eadem pia objecta, quæ a prædictis Commissariis distribuuntur, non comprehendi in relatis Decretis?

III. Tandem si prædicta objecta Indulgentiis careant ob donationem et transmissionem ad alias personas, an dictæ Indulgentiæ Locorum Sanctorum eisdem iterum applicari valeant a Sacerdotibus facultate munitis applicandi piis objectis Indulgentias Apostolicas?

Et E^mi PP. ad Vaticanum in generali Congregatione coadunati propositis dubiis rescripserunt.

Ad I^um *Affirmative*, seu comprehendi.

Ad II^um *Negative*.

Ad III^um *Non expedire*.

De quibus facta relatione SS^mo D^no Nostro Leoni Pp. XIII. in audientia habita die 26 Maii 1898 ab E^mo Card. Præfecto, eadem Sanctitas Sua responsiones Emorum PP. ratas habuit et confirmavit.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die et anno uti supra.

Fr. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI *Præfectus*.

L. ✠ S.

† ARCHIEP. ANTINOEN., *Secretarius*.

Consultatio

An licet celebrare missam lectam *de Requie* ut in die obitus in exequiis corpore præsente, occurrente festo duplice 2^dæ classis?

R. Juxta decretum generale *Aucto* die 9 Junii 1896 editum et decretum *in Romana* 12 Januarii 1897, sub certis conditionibus (1), « missæ privatæ pro defunctis ut in die obitus seu depositionis etiam in duplicibus celebrari possunt, præsente, insepulto, vel etiam sepulto non ultra biduum cadavere: exceptis duplicibus primæ classis, diebus duplicia primæ classis excludentibus, et festis de præcepto. » (Rubrica Miss. reformata ex decreto 11 Decembris 1897, tit. V, n° 2). Ex quo sequitur missam de *Requiem*, de qua in quæstione, non prohiberi in festo duplice 2^dæ classis, nisi hoc vel excludat duplicia primæ classis vel sit de præcepto.

Dicitur « *nisi excludat duplicia primæ classis;* hanc

(1) Vide *Collat. Brugen.* 1896, p. 474 et 1897, p. 281.

enim exceptionem expresse statuerunt tum decretum *in Romana*, tum rubrica reformata supra citata. Ita ex hoc capite prohibetur missa privata de *Requiem* in festis Circumcisionis Domini et SS. Trinitatis, quæ, quamvis sint tantum ritus 2dæ classis, juxta rubricam tamen Breviarii tit. X, nº 1, excludunt omnia alia festa etiam 1mæ classis.

Dicitur *b vel nisi sit de præcepto*, prouti cavetur in decreto *Aucto* et in rubrica reformata. Ubi ergo festa quædam duplicia 2dæ classis colenda sunt sub utroque præcepto audiendi sacrum et abstinendi ab operibus servilibus, certe illis diebus iis in locis prohibentur missæ privatæ de *Requiem*, etiam corpore præsente. Sub nomine autem *festi de præcepto* veniunt etiam omnes dies Dominicæ, et consequenter, si festum duplex secundæ classis, quod per se non esset de præcepto, in Dominicam incidat, includitur in vetito, non quatenus festum secundæ classis, sed quia cum eo dies de præcepto occurrit, qualis est Dominica.

Festa ergo duplicia 2dæ classis quæ non sunt de præcepto nec unquam jus habuerunt ad feriationem, qualia sunt festa Visitationis B. M. V., SS. Evangelistarum Marci et Lucæ, et in diœcesi Brugensi, S. Coletæ et S. Francisci de Borgia, certo illas missas lectas de Requie non impediunt. Quæstio autem poni potest, utrum nomine *festorum de præcepto* intelligi debeant illa, quæ jus quidem habent ad feriationem, sed de facto cum feriatione non celebrantur, quatenus abrogata sunt quoad obligationem audiendi missam et abstinendi ab operibus servilibus. Nos olim (*Collat.* 1896, p. 476) opinati sumus hæc festa intelligenda esse sub nomine festorum de præcepto et consequenter excipienda in facultate celebrandi missas lectas *de Requie*. Nobiscum consentit Cl. Planchard (*Revue Théologique Française* 1896, p. 622). Oppositum autem tenent *Ephemerides liturgicæ* 1896, p. 701, *Le Canoniste contemporain* 1896, p. 691, *Nouvelle Revue Théologique* 1897, p. 337. Propter

horum scriptorum auctoritatem, non audemus reprobare praxim illorum qui licitum censent celebrare missas privatas *de Requie* ut in die obitus, occurrentibus festis 2^{dæ} classis abrogatis.

H. V. D. W.

*
* *

Commentaire de la loi organique de l'instruction primaire, par Henri Axters, Docteur en droit, chef de division à l'Administration provinciale de la Flandre Occidentale. 1 Vol. in 8° de XXI — 550 pages. Prix : 5 fr. — Bruges, G. Claeys-Weghsteen, Place St.-Jean.

Voici un ouvrage érudit et nourri, qui se recommande à la fois par la sureté de la doctrine et la lucidité de l'exposé.

C'est sans contredit le résumé le plus complet qui ait paru sur la matière : l'auteur y donne, d'après les travaux préparatoires et les instructions ministérielles, l'explication raisonnée de la législation scolaire.

La méthode adoptée est d'ailleurs excellente ; la jurisprudence n'est pas exposée d'après l'ordre des articles de la loi, mais suivant un ordre logique et éminemmeut pratique. Les dispositions légales, qui se rapportent au même objet et qui sont souvent éparpillées dans plusieurs articles de la loi, sont groupées et coordonnées dans un même chapitre, de manière à donner au lecteur une vue d'ensemble qui facilite singulièrement la compréhension de la loi.

Cette méthode a permis à l'auteur de faire de son commentaire un véritable traité donnant, non pas une simple compilation de circulaires et autres décisions, mais un exposé en grande partie personnel de la législation scolaire.

L'ouvrage est précédé d'un avant-propos retraçant dans ses grandes lignes l'histoire de la législation depuis 1815 jusqu'à nos jours ; il est suivi de nombreuses an-

nexes, et d'une table analytique très détaillée permettant de retrouver sans peine la solution des diverses questions qui y sont traitées.

Le commentaire publié par M. Axters sera donc très utilement consulté par tous ceux qui s'occupent de l'enseignement primaire, et spécialement par les membres du clergé, qui en leur qualité de directeurs d'écoles ont tout intérêt à connaître la loi. Ils y verront notamment quelle est l'étendue des droits respectifs de la commune et de la direction relativement aux écoles adoptées, quelles causes peuvent mettre fin à l'adoption d'une école, quels sont les avantages dont l'école peut jouir, etc. ; toutes questions qu'il est utile, voire même nécessaire de connaître, si l'on ne veut s'exposer à des difficultés qui sont de nature à rompre la bonne entente entre les diverses parties intéressées.

Nous nous permettons donc de recommander l'ouvrage de M. Axters aux lecteurs des *Collationes*, et nous formons des vœux pour qu'il obtienne tout le succès qu'il mérite à tant de points de vue.

C. V. C.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra tom. III, pag. 497.)

§ III.

SS. Trinitatis arcanum, fide apprehensum, fidei scientia exponitur.

129. Præviis notionibus late expositis, jam ad Deum ascendamus, et quomodo ad eum sint transferendæ eique applicari possint eædem notiones e creaturis desumptæ examinemus.

Ipsa sola ratione duce Deum intelleximus esse spiritum infinitum, adeoque substantiam, non eo sensu quod substet accidentibus, sed quod ei repugnet inesse alteri et competat maxime per se subsistere; in quo nihil adventitium, nihil accidentale occurrere possit, cum sit infinite perfectus, incommutabilis, æternus, actus purus intelligendi atque volendi. Pariter ratione intelligimus divinam substantiam sub nullo genere aut specie contineri, sed omne genus transcendere, cum sit esse simpliciter, esse absolutum et infinitum, non esse indefinitum et universale, quod minimum habet perfectionis seu esse, sed esse omnimode perfectum. Intelligimus eamdem divinam substantiam esse infinite simplicem, in qua nulla compositio nec divisio, adeoque perfecte indivisam in se et divisam ab omni alia re, id est, maxime unam, sicut est maxime ens et maxime indivisa, eidemque proin repugnare, non solum esse in alio tamquam in subjecto, sed esse alterius ut partem vel ad modum partis. Intelligimus præterea, dum creatæ substantiæ singulares constituuntur, eo quod actu in rerum natura, unaquæque in suæ perfectionis finitæ ac participatæ

gradu, existunt, divinam substantiam ex infinita sua perfectione, cujus essentia est esse, utpote αυτό ὄν et actum purum, omnino singularem existere et non multiplicabilem ; et hoc sensu maxime individua est divina substantia, a toto mundo distincta, omnique substantiæ supereminens. Infinita igitur perfectio et puritas bonitatis divinam substantiam distinguit ab omni re finita, unde etiam dicitur nonnumquam prima causa individuari pura sua bonitate seu perfectione. Et cum res naturæ singulares, etiam in se naturaliter subsistentes sunt seu in se terminantur modo substantiali subsistentiæ e natura procedente, oportet Deum αυτό ὄν perfectissime, licet modo rationi impervio, per se et in se subsistere; imo necesse est Deus solus perfectam ac totam subsistentiæ rationem habeat seu sit eminenter individua substantia intellectualis naturæ, id est, personalis, et ita quidem perfecte ut nihil accidentale habeat, ut repugnet ei esse pars alterius, ut omnino pleno sensu per se subsistat, ut, tamquam actus purus intelligendi ac volendi, tum maxime redeat ad essentam suam, ut supra explicatum fuit, tum dominium actus sui perfectissimum habeat. Itaque, ipsa ratione duce, Deum personalem, a mundo distinctum agnoscimus, quemadmodum definit concilium Vaticanum, Constit. *Dei Filius*, cap. I : « Sancta Catholica Apostolica Romana Ecclesia credit et confitetur, unum esse Deum verum et vivum, creatorem ac dominum cœli et terræ, omnipotentem, æternum, immensum, incomprehensibilem, intellectu ac voluntate omnique perfectione infinitum ; qui cum sit una singularis, simplex omnino et incommutabilis substantia spiritualis, prædicandus est re et essentia a mundo distinctus, in se et ex se beatissimus, et super omnia, quæ præter ipsum sunt et concipi possunt, ineffabiliter excelsus. »

130. Sed quid est ista divina personalitas? An, sicut in creatis, modus quidam substantialis, isque absolutus? An unus, terminans unam, singularem Dei infinitam

essentiam? Hic sistit ratio, vel potius, si sibi relinqueretur sistere forte nescia, cito in errorem laberetur, ita transferens ad divinam majestatem notionem personalitatis creatæ, ut ad unam personam divinam, eamque absolute conceptam, astruendam, facile induceretur. Consistat ergo debilis ratio, et auditum humilem docilemque præbeat revelationi, quæ ipsam docebit in Deo ex infinita perfectione atque fœcunditate naturæ tres esse personas in una, identica essentia seu natura sive substantia, quæ quidem personæ ratione tantum a divina essentia, realiter vero ab invicem distinguuntur, et relationibus originis seu processionis ad intra constituuntur, ut nunc ex revelatione, ratione fide illustrata explicandum est, ita tamen ut mysterium seu arcanum divinæ trinitatis inscrutabile tándem omni menti humanæ in hac vita maneat.

Qua in re, hoc statim animadvertamus, qua de causa caute locuti sumus in præcedentibus, non dicentes divinam essentiam, naturam seu substantiam esse personam, sed Deum etiam ipsa ratione ut personalem agnosci; videlicet, divinam essentiam seu naturam sive substantiam esse quidem, ut diximus, singularem et hoc sensu maxime individuam, et ineffabili modo in se et per se subsistere debere, non vero sub propria ratione essentiæ consideratam in se terminari et esse incommunicabilem, seu esse personam: quamvis enim in Deo essentia sit persona, alia tamen est essentiæ, alia personæ ratio; nam essentia secundum rationem essentiæ est reipsa communicabilis pluribus, quamvis non multiplicabilis sed singularis et identica in pluribus, communicaturque tribus divinis personis realiter inter se distinctis; persona vero est omnino incommunicabilis, ac similiter essentia secundum quod intelligitur constituta in esse personali. Quæ quidem nunc latius exponenda anticipando notamus, ne errori ullus sit locus.

131. Præmittimus catholicam de Trinitate doctrinam, qualis solemniter proposita fuit, et præ cæteris uberrime

ac luculenter, statis ratisque dicendi formis, in definitione Concilii Lateranensis IV : « *Firmiter* credimus et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, æternus et immensus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis et ineffabilis, Pater et Filius et Spiritus sanctus ; tres quidem personæ, sed una essentia, substantia, seu natura, simplex omnino. Pater a nullo, Filius autem a solo Patre, et Spiritus sanctus ab utroque pariter, absque initio semper et fine. Pater generans, Filius nascens, et Spiritus sanctus procedens, consubstantiales et coæquales, coomnipotentes, et coæterni, rerum universarum principium, creator omnium invisibilium et visibilium, spiritualium et corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet, et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam... Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam individua, et secundum personales proprietates discreta per Moysen et sanctos prophetas, aliosque famulos suos, juxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. Et tandem unigenitus Dei Filius Jesus Christus a tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria semper Virgine Spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali et humana carne compositus, una in duabus naturis persona, viam vitæ manifestius demonstravit. Qui cum secundum divinitatem sit immortalis et impassibilis, idem ipse secundum humanitatem est passibilis et mortalis... » Et ulterius, cap. II, *Damnamus*, pergunt ejusdem Concilii Patres dicendo: « Credimus et confitemur... quod una quædam summa res est, incomprehensibilis quidem et ineffabilis, quæ veraciter est Pater et Filius, et Spiritus sanctus, tres simul personæ, ac singulatim quælibet earumdem. Et ideo in Deo trinitas est solummodo, non quaternitas ; quia quælibet trium

personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, sive natura divina; quæ sola est universorum principium, præter quod aliud inveniri non potest. Et illa res non est generans, neque genita, nec procedens: sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur, et Spiritus sanctus qui procedit: ut distinctiones sint in personis, et unitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen aliud: sed id quod est Pater, est Filius, et Spiritus sanctus, idem omnino: ut secundum orthodoxam et catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno Filium generando, suam substantiam ei dedit... Ac dici non potest quod partem suæ substantiæ illi dederit, et partem retinuerit ipse sibi: cum substantia Patris indivisibilis sit, utpote simplex omnino. Sed nec dici potest quod Pater in Filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioquin desiisset esse substantia. Patet ergo quod sine ulla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit, et ita Pater et Filius habent eamdem substantiam, et sic eadem res est Pater et Filius nec non et Spiritus sanctus ab utroque procedens... » Quod processionem Spiritus sancti attinet, subdimus brevem Concilii Lugdunensis II definitionem: « Fideli ac devota professione fatemur, quod Spiritus sanctus æternaliter ex Patre et Filio, non tamquam ex duobus principiis, sed tamquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed unica spiratione procedit. » Et hanc quidem definitionem repetunt in Concilio Florentino unamini consensione Latini pariter et Græci, præmittentes in sua definitione, quæ incipit *Lætentur cœli*, quomodo sub diversis vocabulis omnes idem intellexerint: « Græci quidem asseruerunt, quod id, quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt ut excludant Filium; sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum ex Patre et Filio procedere tamquam ex duobus principiis et

duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo, quod Spiritus sanctus ex Patre procedat et Filio. Latini vero affirmarunt, non se hac mente dicere, Spiritum sanctum ex Patre, Filioque procedere, [alii Doctores dicunt: *a Patre per Filium*, eodem sensu] ut excludant Patrem, quin sit fons ac principium totius deitatis, Filii scilicet ac Spiritus sancti; aut quod id, quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, sive quod duo ponant esse principia, seu duas spirationes; sed unum tantum asserunt esse principium, unicamque spirationem Spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt. »

152. Hac catholica de Trinitate doctrina sedulo ac constanter præ oculis habita, sequentia statuimus, ut, fide prælucente, quantum in hac vita licet, Deum unum ac trinum scientia fidei apprehendamus.

Ante omnia quidem, 1° tamquam principium universis rationis nostræ considerationibus supponitur veritas revelata, quod sicut mens nostra in actum exiens producit immanens verbum intellectuale et immanentem volitionem, accidentalia quidem, ita in spiritu infinito, quem ipsa ratione duce novimus esse actum purum intelligendi ac volendi, est vera immanens, atvero substantialis, productio et proinde realis processio tum sub ratione intellectionis tum sub ratione volitionis. Quod quidem sola fide ex divina revelatione novimus, et sola ratione demonstrari nequit esse aut non esse; posito vero hoc principio revelato, non modo probabiles sed et necessariæ rationes nobis intelligibiles plura demonstrant quæ ad arcanum divinæ Trinitatis spectant. Unde etiam merito S. Thomas, in summa, incipit tractationem de Trinitate, 1ª, q. XXVII, dicendo: « Secundum ordinem doctrinæ, prius considerandum est de origine sive de processione ».

Re quidem vera, posito hoc principio revelato divinæ fecunditatis seu realis ac immanentis processionis tum secundum intellectionem tum secundum volitionem, non solum probabiles sed necessariæ rationes nobis

omnino demonstrant processiones illas immanentes non esse accidentales in Deo sed substantiales, nec ex libertate sed ex naturali intrinseca perfectione, nec transeuntes sed æternas; pariter distinctionem esse realem et relationem oppositionis inter principium et qui ab eo procedit; tandem ex his omnibus, esse personas in Deo realiter distinctas, easque tres. Quæ quidem clarius ex sequentibus patebunt.

Ipsum vero principium revelatum sola ratione, neque quod sit, neque quod non sit demonstari potest, rationes tamen probabiles, ut videbimus, afferri possunt ut ejusdem convenientia cum rationalibus principiis ostendatur, quæ cæterum jam ex eo patet quod omnino demonstrentur congruere consequentes effectus.

Profecto, nunc jam liceat hoc advertere, mirabilem ac plane sublimem de Trinitate doctrinam, nemo sanæ mentis qui eamdem vel semel rite propositam audierit, inventum esse humanum credere vel suspicari poterit.

133. Posito principio immanentis ac realis processionis secundum intellectionem et volitionem, jam 2° duo spectari in Deo debent et accurate distingui: illud quod commune est ac absolutum, et illud quod proprium est ac relativum. Aliis verbis: quamvis in Deo una eademque identice res sit, actus purus intelligendi ac volendi absolutus, qualem et ipsa ratione e creatis apprehendimus, et actus purus intelligendi ac volendi ad intra fœcundus, sola revelatione notus, quo tres relativi constituuntur seu personæ, Pater intellectu generans, Verbum intellectualiter genitum, Spiritus sanctus voluntate seu dilectione ab utroque tamquam ab uno principio procedens; tamen mens creata, quæ Deum non videt, omnino eget, ad notionem aliquam, veram licet imperfectam valde, summi Dei unius ac trini efformandam, accurate distinguere duplicem illam formalem rationem absoluti ac relativorum, et fundamentum quidem præbet huic distinctioni ipsa infinita Dei perfectio. Imo, longe major est necessitas hujus distin-

ctionis, quam illius qua cogimur uti, ut perficiamus notiones naturales divinæ essentiæ, divinorumque attributorum absolutorum ; fundamentum quoque utriusque distinctionis est diversum. Absoluta in Deo distinguimus ratione cum fundamento in re, secundum functionem ad extra, quam nec realis distinctio præcedit nec consequitur, idque ideo solum ut imperfectus noster cognoscendi modus paulo distinctius infinitum esse unum attingat. Absolutum vero a relativis ratione distinguimus cum fundamento in re, sed secundum functionem ad intra, quam proprie virtualis distinctio præcedit, quæque realem relativorum distinctionem fundat.

Rem lucide admodum exponit Cajetanus, in 1, q. 39, art. 1 : « In Deo secundum rem sive in ordine reali est una res non pure absoluta nec pure respectiva nec mixta aut composita aut resultans ex utraque, sed eminentissime et formaliter habens quod est respectivi, imo multarum rerum respectivarum [videlicet trium realiter relativorum ad invicem, et eo ipso realiter inter se distinctorum] et quod est absoluti; ita in ordine formali seu rationum formalium secundum se, non quoad nos loquendo, est in Deo unica ratio formalis non pure absoluta nec pure respectiva, non pure communicabilis nec pure incommunicabilis, sed eminentissime et formaliter continens et quidquid absolutæ perfectionis est, et quidquid Trinitas respectiva exigit..... Pater non intelligit essentiam et paternitatem ut duo objecta formalia secundum se, sed ut unum formaliter et multa virtualiter, non ita quod in illa summa re atque ratione formali paternitas et essentia sint virtualiter, sed ita quod sint formaliter et realiter, sed distinctio earum est virtualiter, quia ita ibi sunt, ac si essent distinctæ, et rursus quia ita exercet munus utriusque, ac si essent distinctæ. »

Ex quibus liquet relationes intrinsecas in Deo, reales et substantiales, substantias relativas, non superaddi essentiæ sed esse ipsam essentiam sub formali ratione ac functione relativorum.

134. Si jam 3º essentia et relationes, seu actus purus sub formali ratione absoluti et sub formali ratione relativorum generatim comparentur ad invicem, sola relatio distinguit habentes communem identicam essentiam et propterea est formalis ratio hypostaseos; si vero relatio substantialis spectetur plenius, ipsamet *divina* relatio, utpote substantia relativa est divina persona, quæ origine æque ac relatione constituta secundum se intelligitur: origo enim hæc divina non est per actionem distinctam sed per eumdem illum actum purum; nostro tamen concipiendi modo potius relatione quam origine constituta intelligitur, tum quia persona tamquam forma permanens non vero ad modum actionis fluentis a nobis concipitur, tum potius quia in creatis incommunicabilitatem et distinctionem unius personæ ab altera saltem sine relatione non concipimus.

Ex dictis sequitur a parte rei nullam esse prioritatem, ne rationis quidem, inter actum notionalem seu originem, v. g. generationem activam, et proprietatem personalem seu personam, v. g. paternitatem seu patrem. Quoad nos tamen, possumus secundum analogiam ad creata in confuso spectare personam, relationem, actum notionalem, et ita aliquam prioritatem rationis in conceptibus invenire. Sic, possumus concipere personam generantem ita, ut ratione prius concipiatur persona prima seu ingenita in confuso absque conceptu explicito paternitatis, et ratione posterius intelligatur hæc persona ut generans: sic notio confusa personæ ratione prior est, actus notionalis posterior. Alio iterum modo possumus spectare paternitatem mere ut relationem præscindendo ab eo, quod divina relatio ipsamet est substantia divina et persona. Unde quia in creatis relatio paternitatis sequitur ad generationem, secundum hanc analogiam concipere possumus in Deo generationem ut fundamentum relationis, adeoque ratione priorem paternitate sic inadæquate spectata. Ita fere Franzelin (1).

---

(1) *De Deo trino secundum personas*, thesi XXIV, in fine.

Inter ipsas vero personas est ordo realis intrinsecus, est prioritas *a quo*, ratione originis, nulla vero, ne rationis quidem, prioritas *in quo*, qua scilicet conciperetur una persona, v. g. Pater, cum præcisione objectiva personæ immanentis alterius, v. g. Filii.

Tandem merito notatur nomen *persona* non ex modo significandi exprimere relationem, sed in Deo propter rem significatam supponere pro relativis, et ideo personæ in plurali prædicantur de Deo, quia sunt reapse tres relativi subsistentes. Nulla vero subsistentia absoluta, si non sumatur latius pro substantia integra, sed sensu pleno et stricto, in Deo est admittenda.

135. Nunc 4° magis specialiter comparando intellectionem et dilectionem seu volitionem absolutam, communem, cum relativa et fœcunda, oritur quæstio quomodo ea intellectio et dilectio seu actus purus intelligendi ac volendi communis non sit in tribus fœcundus. Ex supra dictis responderi posset unum idemque intelligere ac velle esse simul absolutum commune, et relativum notionale, sed intimior ratio hujus rei, ac proin ratio cur non sint nisi duæ processiones, est in infinitate perfectionis quæ considerari potest tum in actu intellectionis et volitionis, qui natura sua unicus est exhauriens omne verum, illudque exprimens totum Verbo, quod proin unicum est, et similiter de volitione, tum in termino immanente producto, qui et ipse est infinitus, et proin unicus ad intra secundum intellectionem, et similiter unicus ad intra secundum volitionem. Igitur intellectus divinus infinitus Verbum producit et nequit esse bis fœcundus ad idem vel aliud Verbum producendum : nam intellectus quatenus non communicatus producit ex intrinseca necessaria perfectione Verbum suum, hoc vero seipsum non potest producere, nec tertia persona potest esse principium sui principii ; ex altera vero parte, intellectus est fœcundus unius Verbi, quia est unus actus purus exprimens Verbum adæquatum, infinitum, adeoque unum. Similiter dicendum de actu dilectionis ejusque uno termino producto. *(Continuabitur.)*

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Decembris (1)

—

I

Explana Jo. I, 3: *Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est.*

II

Expone sensum hujus propositionis: Homo lapsus sine speciali auxilio gratiæ laborat impotentia morali ad totam legem naturalem adimplendam.

III

An et cuinam confessario confiteri debet pœnitens 1 peccatum certo reservatum sed dubie commissum, vel certo commissum et dubie reservatum? 2 simile peccatum jam tanquam dubium coram communi confessario in confessione expositum, postea vero factum certum? Proba responsum.

IV

Quandonam *valide* et *licite* sacerdos absolvit complicem suum in peccato turpi?

V

Quibusnam et sub cujusnam pœnæ comminatione imponitur onus denuntiandi confessarium sollicitantem ad turpia?

VI

Quandonam licet administrare baptismum extra Ecclesiam vel Baptisterium?

---

(1) Quæstio tertia pro conferentiis mensis Novembris corrigatur et loco « *Petrus* » legatur « *Titius* ».

Notetur quæstiones circa casus reservatos solvendas esse juxta disciplinam novam, quæ a primo Januarii 1899 vim habebit.

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Augusti-Septembris propositas

—

I

Q. *An Sassabasar, princeps Juda, de quo Esdr. I, 8, 11, idem fuit ac Zorobabel, de quo ibid. II, 2? Proba responsum.*

R. Verisimile est Sassabasar personam distinctam fuisse à Zorobabel. Namque:

1. Distinctio nominis arguit distinctionem personæ.

2. Zorobabel nullo apposito titulo distinguitur à ducibus Judæorum de captivitate migrantium atque in Jerusalem et Judæam revertentium Esdr. II, 2; Nehem. VII, 7. Iis ergo locis recensetur veluti *primus inter pares.*

3. In libro Esdræ nihil occurrit quo innuatur utriusque personæ identitas, ne Capite quidem quinto, ubi v. 2 nominatur Zorobabel, mox vero vv. 14, 16 Sassabasar.

Verior tamen nobis videtur communior Interpretum (ita Josephus, Lyranus, Dionysius, Vatablus, Sa, Mariana, Torniellus, Salianus, a Lapide, Tirinus, Van Hoonacker (1) etc.) sententia, non esse cur alter ab altero distinguatur. Etenim:

1. Sassabasar apud Esdr. I, 8 vocatur quidem *princeps Juda;* verùm hoc nomen minimè quadrat in magistratum quemdam Persicum, optimè verò in virum Judæum, de stirpe regiâ, qualis erat Zorobabel, filius Salathiel, filii Jechoniæ regis. Cf. Esdr. III, 2, 8; V, 2; Nehem. XII, 1; Agg. I, 1, 12, 14; II, 3, 24; Matth. I, 12; Luc. III, 27.

---

(1) *Zorobabel et le second temple,* pp. 29-57.

2. Uterque titulo *pecha* (gubernator, procurator) insignitus apparet. Cf. Esdr. V, 14; VI, 7; Agg. I, 1, 14; II, 3, 22.

3. Sassabasar dux fuit agminis Judæorum sub Cyro in Jerusalem migrantium (Esdr. I, 11.) Atqui inter agminis istius capita primus recensetur Zorobabel (Esdr. II, 2; Nehem. VII, 7), nullà factà mentione de Sassabasar; præterea nec apud Aggæum nec apud Zachariam ulla occurrit mentio de Sassabasar, dum Zorobabel constanter proponitur tamquam dux instauratæ nationis Judaicæ, idque sive solus ac seorsum (Cf. Esdr. IV, 2; VI, 7; Agg. II, 22, 24), sive unà cum summo Sacerdote Josue (Cf. Esdr. III, 2, 8; IV, 3; V, 2; Nehem. XII, 1; Agg. I, 1, 12, 14; II, 3, 5).

4. Utrique tribuitur fundatio templi Dei. Cf. Esdr. III, 8 sqq.; V, 16; Zachar. IV, 9.

Quoad verò argumenta prioris sententiæ:

Ad 1um respondemus familiare fuisse Hebræis, Chaldæis aliisque gentibus mutare nomina, et uni plura indere nomina; quod quidem tum aliunde, tum ex Dan. I, 7 manifestum est. Nihil igitur mirum quod nepoti Jechoniæ regis duplex nomen inditum fuerit, unum (Sassabasar?) à nativitate, alterum (Zorobabel?) à singularis adjunctis missionis. Qua de re docte disserentem vide Van Hoonacker, l. c.

Ad 2um respondemus *a*, Zorobabel primo loco poni, non veluti primum inter pares, sed tamquam omnium caput, apertè colligi posse ex locis supra allegatis, ubi describitur tamquam nepos Jechoniæ regis, pecha seu procuratur et dux Juda, necnon novi templi fundator; *b* iisdem locis neque Josue, summum Sacerdotem, secundo loco positum, ullo insigniri titulo: quemadmodum igitur ex omissione tituli Josue concludere non licet ipsum non fuisse Pontificem, ita nec ex omissione tituli Zorobabel inferre licet ipsum ceteris Judæorum primariis nullo titulo antecelluisse.

Ad 3um respondemus *a* utriusque personæ identita-

tem satis stabiliri per varia loca supra laudata; *b*/ auctorem libri Esdræ Capite quinto vv. 14, 16 exscribere tantùm verba à Satrapis ad Darium regem scripta: atqui probari nullatenus potest Satrapas in hac epistola sua necessariò notare debuisse Sassabasar alio nomine vocari Zorobabel. Cf. Van Hoonacker, l. c.

G. V. D. P.

II

Q. *Expone qua ratione distinguatur gratia in actualem et habitualem, et utriusque existentiam demonstra.*

R. I Loquimur in præsenti de donis entitative supernaturalibus, quæ homini tamquam subjecto insunt, et quibus homo conjungitur Deo fini ultimo supernaturali: consideramus ergo gratiam quæ est et interna et gratum faciens. Porro hæc gratia dividitur in actualem et habitualem: actualis est quæ se habet ad modum motionis et actus, quæ *transiens* est, sicut ipse actus quocum desinit; habitualis est quæ se habet ad modum habitus, et *permanenter* inhæret homini.

II Ut utriusque gratiæ existentiam demonstremus, incipimus a consideratione gratiæ habitualis.

1. Dantur in præsenti Providentiæ ordine dona supernaturalia, interna, permanenter inhærentia homini. — *a*/ Etenim si S. Scr. inspicitur, constat dari quemdam *statum* in quo homo est amicus Dei, imo filius Ejus *adoptivus*: « Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater). Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei. Si autem filii et hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi ». Rom. VIII, 15-17. Cfr. Ephes. I, 3-5.

Porro hic status est *supernaturalis*, seu prorsus indebitus omni enti finito. Adoptio enim duo importat,

scilicet participationem jurium ac bonorum quæ sunt propria Patris ac naturali filio debentur, et hanc participationem *extraneo* factam. Jamvero patet hominem (et quodlibet ens finitum) non esse filium Dei naturalem sed extraneum esse respectu Dei et servum Ejus, nec ullum jus a natura, imo nec positivam capacitatem habere posse ad participanda bona quæ propria sunt ipsius Dei. Quod autem adoptio hominum in filios Dei revera importet communicationem bonorum quæ propria sunt Dei ac filio naturali debentur, constat ex verbis S. Pauli, (Rom. VIII, 15-17) supra citatis: « hæredes Dei et cohæredes Christi » sc. filii naturalis Dei. Hoc fusius exponitur ubi tractatur ex professo de visione beatifica ejusque supernaturalitate.

Tandem status ille supernaturalis non in quadam ad bona quæ propria sunt Dei deputatione mere morali, vel in justitia mere imputata consistit, sed in *physica*, quamvis spirituali, et *interna* hominis renovatione quæ efficitur per infusionem alicujus doni *permanenter* animæ inhærentis. Etenim ut homo introeat in regnum Dei et consequenter ut fiat filius Dei adoptivus, requiritur nova et spiritualis nativitas: « Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei ». Jo. III, 5. Hanc nativitatem effici per physicum et internum donum homini infusum elucet ex illis S. Scripturæ testimoniis quæ ulterius hunc novum hominis statum describunt. Nativitas præsupponit generationem: qui denuo nascitur denuo generatur seu *regeneratur:* hanc regenerationem de qua loquebatur Jesus (Jo. III, 5) describit Apostolus. « Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei: non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ ». Tit. III, 4-7. Ergo

justificamur, hæredes Dei constituimur seu filii Dei adoptivi, per *effusionem* Spiritus sancti *in nos*. Non requiritur nunc ut determinetur qua ratione Spiritus Sanctus in nos effundatur, sed falso diceretur Spiritum Sanctum in nos effundi si nihil prorsus in nos effunderetur. Hæc interna et specialis solis justis præsentia Dei enuntiatur in I Cor. VI, 19 : « An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est ». Ergo ipsius corporis membra in homine christiano propriam acquirunt dignitatem ex interna Spiritus sancti in homine præsentia. Tandem homines non reputantur sed *efficiuntur* divinæ consortes naturæ (II Petr. I, 4). Datur ergo aliquod donum *physicum* quod homini *infunditur*, ut eo sit justificatus, filius Dei adoptivus : est ergo donum *supernaturale* utpote constituens hominem in statu supernaturali : tandem est de se *permanenter* inhærens homini : nam illa testimonia quæ supra retulimus omnia indicant aliquod donum permanens seu habituale : etenim *adoptio* est aliquid permanens, est *status* ad quem homo elevatur : ideo homo renascitur et fit « nova creatura » (Gal. VI, 15), et hoc per effusionem Spiritus sancti in hominem (Tit. III, 4-7) : hujus hominis « membra templum sunt Spiritus sancti » et ideo speciali ratione a Deo possidetur talis homo « et non estis vestri » (I Cor. VI, 19).

Et hæc est gratia quæ proprio nomine vocatur habitualis seu sanctificans, quæque describitur : « Supernaturale Dei donum permanenter inhærens animæ, quo homo immediate et formaliter sanctus efficitur, justus, Deo gratus, filius Dei adoptivus, capax eliciendi opera meritoria vitæ æternæ, ejusdemque hæres ». Hujus quoque gratiæ existentiam docet Conc. Trid. Sess. VI, De justificatione, can. 13 : « Si quis dixerit homines justificari vel sola imputatione justitiæ Christi vel sola remissione peccatorum, exclusa gratia et caritate, qui in cordibus eorum per Spiritum S. diffundatur atque illis inhæreat aut etiam gratiam, qua justificamur, esse tantum favorem Dei : A. S. » Denzinger *Enchir.* n° 703.

b) Præterea dantur et alia dona supernaturalia, interna, permanenter homini inhærentia, nempe habitus operativi qui vocantur virtutes infusæ. Quænam hæc sint ostenditur in tractatu de virtutibus infusis. Ad scopum nostrum sufficit demonstrare aliqua saltem haberi habitualia dona supernaturalia. Supernaturalem et internam dari charitatem testatur S. Scr. « Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis » Rom. V, 5. Est *supernaturalis* hæc charitas: nam consequitur ipsam justificationem et est in eodem ordine perfectionis cum ipsa, uti patet ex contextu: « Justificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum... » etc. Rom. V, 1-5. Porro supra demonstravimus justificationem esse supernaturalem.

Est *interna* hæc charitas: nam diffunditur in cordibus nostris. Tandem est aliquid permanenter inhærens: nam « Charitas nunquam excidit » 1 Cor. XIII, 13; et in toto hoc capite describitur charitas ut aliquid habituale. Pari ratione ac de charitate, scilicet tamquam de donis supernaturalibus internis et permanentibus loquitur Apostolus de spe et de fide: « Nunc autem manent, fides, spes, charitas: tria hæc: major autem horum est charitas » 1 Cor. XIII, 13. Harum habitualium gratiarum existentiam asserit Conc. Trid. Sess. VI, cap. 7, « Unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Jesum-Christum cui inseritur, fidem, spem et charitatem ». Denzinger *Enchir.* nº 682.

Quæ hucusque ex S. Scr. et Ecclesiæ documentis demonstravimus, perbelle deducit S. Thomas ex notione elevationis hominis ad finem supernaturalem: « Et quia unumquodque ordinatur ad finem per operationem aliquam, et ea quæ sunt ad finem, oportet esse aliqualiter fini proportionata, necessarium est esse aliquas hominis perfectiones quibus ordinetur ad finem supernaturalem, quæ excedant facultatem principiorum natu-

ralium hominis. Hoc autem esse non posset nisi supra principia naturalia, aliqua supernaturalia operationum principia homini infundantur a Deo. Naturalia autem operationum principia sunt essentia animæ et potentiæ ejus, scilicet intellectus et voluntas, quæ sunt principia operationum hominis in quantum hujusmodi, nec hoc esse posset nisi intellectus haberet cognitionem principiorum per quæ in aliis dirigeretur, et nisi voluntas haberet naturalem inclinationem ad bonum natura sibi proportionatum. Infunditur igitur divinitus homini ad peragendas actiones ordinatas in finem vitæ æternæ, primo quidem gratia (sanctificans) per quam habet anima quoddam spirituale esse, et deinde fides, spes, et charitas: ut per fidem intellectus illuminetur de aliquibus supernaturalibus cognoscendis, quæ se habent in isto ordine sicut principia naturaliter cognita in ordine connaturalium operationum; per spem autem et charitatem acquirit voluntas quamdam inclinationem in illud bonum supernaturale ad quod voluntas humana per naturalem inclinationem non sufficienter ordinatur. Et sicut præter ista principia naturalia requiruntur habitus virtutum (moralium) ad perfectionem hominis secundum modum sibi connaturalem, ita ex divina influentia consequitur homo, præter præmissa supernaturalia principia, aliquas virtutes (morales) infusas, quibus perficitur ad operationes ordinandas in finem vitæ æternæ ». *De Virt. in comm.* q. I, a. 10.

2. Non inquirimus omne id ad quod se extendat ratio gratiæ actualis, sed demonstramus dari in præsenti ordine Providentiæ quasdam internas motiones ad agendum, supernaturales, et distinctas a donis habitualibus de quibus supra diximus. Et re quidem vera, de primo ingressu hominis in viam salutis docebat Jesus: « Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. » Jo. VI, 44.

Venire ad Christum hoc loco est credere, uti ex iis patet quæ paulo post Salvator subjunxit: « Sunt quidam

ex vobis qui non credunt... propterea dixi : nemo potest venire ad me nisi ei datum fuerit a patre meo » Jo. VI, 65, 66. Igitur ut homo adultus (nam de illis loquebatur hîc Jesus) veniat ad Christum seu in eum credat, non sufficit ut audiat externam Evangelii prædicationem : nam ratio cur multi non crederent indicata hîc a Jesu est defectus conditionis prærequisitæ, sc. tractionis a Patre (Jo. VI, 65-66). Ergo ut homo adultus credat salutariter, requiritur interna tractio. Quid sit hæc tractio explicat ipse Jesus : « Omnis qui audivit a Patre et didicit venit ad me » Jo. VI, 45 : quæ verba sensu naturali et obvio sonant immediatam adeoque internam Patris operationem.

Quum autem fides sit actus elicitus ab intellectu et imperatus a voluntate, *audire a Patre* erit quædam motio in intellectu et in voluntate. Hæc essentialiter ordinata est ad ipsum actum fidei eliciendum, et consequenter essentialiter transiens, sicut ipse actus transiens est. Tandem hæc tractio est supernaturalis : nam positive reddit hominem capacem eliciendi actum supernaturalem, nempe fidei, et ideo debet esse in eodem ordine ac ipsa fides ; cæteroquin omne quod positive pertinet ad ordinem salutis supernaturale est, ut demonstrabimus in responsione proxime sequenti. Ergo in præsenti Providentiæ ordine datur gratia *actualis* quippe quæ omnino requiritur ad salutem hominis adulti. Hanc eamdem veritatem docet Conc. Trid. quod « Declarat præterea ipsius justificationis exordium in adultis a Dei per Christum Jesum præveniente gratia sumendum esse. » Hanc primam in adultis gratiam *internam* esse, et *motionem* ad agendum, non habitum, docent verba Concilii sequentia : « Si quis dixerit sine præveniente Spiritus sancti inspiratione atque ejus adjutorio hominem credere, sperare, diligere aut pœnitere posse sicut oportet ut ei justificationis gratia conferatur ; A. S. Denzinger *Enchir.* nº 695. Ex his verbis elucet dari motionem quamdam *internam*, scilicet *inspirationem*

Spiritus Sancti, quæ *transiens* est: nam datur ut aliquid natura saltem prius ipso actu salutari et totaliter ad illum ordinatum ita ut non habeat aliam existendi rationem quam movere ad actum salutarem, et consequenter certe post actum non remaneat. Tandem illa motio *supernaturalis* est: nam ordinatur ad actum supernaturalem: etenim actus de quibus agitur sunt credere, sperare, diligere aut pœnitere *sicut oportet ut justificationis gratia conferatur,* quæ, uti supra demonstravimus, supernaturalis est: ergo illi actus sunt ejusdem ordinis ac ipsa justificatio ad quam ordinantur, consequenter etiam motiones quæ ad illos actus ordinantur sunt ejusdem ordinis, seu supernaturales; hoc eo magis evidens est quod illa interna motio ideo requiritur ut actus credendi sperandi..... sint *sicut oportet* ut justificationis gratia conferatur.

Argumentum quo usi sumus non loquitur nisi de gratia actuali *præveniente*, et quidem quatenus illa requiritur *ante* justificationem: hoc tamen sufficit ad propositum nostrum quod erat demonstrare existentiam gratiæ *actualis*, quæcumque illa sit, prout opponitur gratiæ habituali. Abstinemus a consideratione de gratia actuali quæ dicitur *subsequens* quia abstrahimus a quæstione qua ratione hæc a præveniente distinguatur. Quod attinet ad gratias actuales *post* justificationem, certum est homini justificato illas non negari: sed hic occurrit duplex sententia: prima eorum qui tenent ad omnes et singulos actus salutares hominis etiam justificati requiri gratiam actualem, altera eorum qui tenent relate ad hominem jam justificatum gratias actuales solum requiri ut homo possit perseverare et proficere in accepta justitia: iterum hæc quæstio non est hoc loco dirimenda.

J. V. D. M.

III

Q. Qua ratione gratia in sacramentis collata 1/ *specialis* est præ gratia non sacramentali, et 2/ unicuique sacramento *propria?*

R. *Ad I/.* Omissis illis qui docent *ipsam gratiam* sacramentalem esse habitum *intrinsece* diversum ab habitu gratiæ sanctificantis communis, alii quos sequitur Billot *De sacramentis* tom I, p. 88, contendunt gratiam sacramentorum præter gratiam communem et præter virtutes et dona connexa, importare « auxilium *habituale* id est dispositiones in potentiis animæ receptas contra defectus particulares, ad quos reparandos singula sacramenta sunt ordinata ». Ipsa quidem gratia non est diversa sed novus connectitur cum ipsa habitus specialis variisque sacramentis proprius.

Alii vero plerique quorum sententiam late propugnat De Lugo (*De sacram. in genere* disp. IV n^is^ 17 et seq.) post Suarez, Vasquez etc... hunc habitum qua supervacaneum repudiant. Et revera non sunt multiplicanda entia sine necessitate et ex alia parte videtur quod absque illo auxilio habituali ratio reddi queat distinctionis de qua agitur, sufficienterque provideri diversis necessitatibus, ad quas sublevandas instituta sunt sacramenta, uti ex sequentibus apparebit.

Totum igitur censetur reponendum discrimen in hoc quod gratia sacramentalis ordinem importet ad gratias *actuales abundantiores et intensiores,* vel ad quodvis aliud beneficium *actuale* (1), suo tempore concedendum, ut finis singulis sacramentis proprius obtineatur.

---

(1) Hoc speciale beneficium intelligimus beneficium quodvis transiens, quod non venit sub stricto nomine gratiæ actualis, uti procuratio sanitatis in Extrema unctione vel relaxatio pœnæ temporalis integra in Baptismo; quæ omnia per se non consequuntur infusionem gratiæ ex opere operantis.

Nimirum homo elevatus in ipsa natura per gratiam habitualem, in facultatibus autem per virtutes et dona, nondum proxime est expeditus ad agendum supernaturaliter, cum habitus infusi, utut perfectiores, non tam perfecte habeantur ac natura, sed eget ulterius auxilio gratiæ actualis ut in actum prorumpat. Inde omnis infusio et singulum augmentum gratiæ sanctificantis, cum habitus sint propter actus, secum afferunt complementum necessarium, relationem nempe et jus ad gratias actuales.

Hæc est ergo natura gratiæ communis ut jus inducat ad gratias actuales, at, diligenter adverte, non alias ac *intensitatis proportionatæ* gradui ipsius habitus sanctificantis. Porro gratia sacramentalis addit, (et huc redit differentia) si non jus et exigentiam, saltem ordinem infallibilem ad gratias *intensiores*, vel ad alia beneficia actualia extraordinaria, ad hoc ut efficacius et abundantius finis obtineatur, ad quem dirigitur uniuscujusque sacramenti institutio.

Hac ratione variis finibus sacramentorum fit satis, quin adjutorium desideretur novi *habitus* specialis præter gratiam sanctificantem, virtutes et dona, et quin ex alia parte *intrinsecum* discrimen introducatur inter utramque gratiam ipsam.

Revera *quælibet* gratia sanctificans, *ratione status amicitiæ* quem inducit vel auget Deum inter et hominem, aptitudinem habet et quasi congruentiam in actu primo ut in concessione gratiæ actualis excedantur limites strictæ exigentiæ, et abundantiores intensioresque conferantur gratiæ vel alia auxilia conjungantur; quæ aptitudo ut actuetur non eget nisi decreto benevolo Dei. Quod decretum deficit quidem pro gratia ex opere operantis, adest vero (id postulante fine sacramentis proprio) pro gratia ex opere operato; et ita apparet quomodo gratia hæc præ illa relationem dicat ad *speciales* gratias actuales, quin tamen ulla sit intrinseca inter utramque distinctio, sed mere extrinseca tantùm: eadem

nimirum relatio adest in utraque tanquam in radice congrua, actuatur autem in una (non vero in altera) *ab extrinseco* per decretum benignum Dei. (1)

Ad II/. Jam provisum est sub I. Quemadmodum nempe gratia sacramentorum in genere distinguitur a gratia communi, quatenus præ ipsa ordinem importet ad gratias actuales *intensiores et abundantiores;* (et hæc est summaria responsio ad I) ita et gratiæ variis sacramentis propriæ inter se discriminantur quatenus dictæ gratiæ actuales speciales concedantur *in speciali materia* seu dirigantur ad peculiarem uniuscujusque sacramenti finem efficacius consequendum.

Ita v. gr. in sacramento Ordinis gratiæ actuales intensiores ad quas hoc sacramentum dicit relationem, tendunt ad hoc ut sublime munus concreditum rite obeatur, dum matrimonio junctis conferuntur tempore opportuno ad sancte operandum ea quæ in matrimonio requiruntur.

Nota. Hisce notio præbetur distinctionis specificæ inter utramque gratiam, communem et sacramentalem. Reliqua discrimina quatenus unum sacramentum operetur gratiam primam, alterum secundam, vel quatenus unum gratiam infundat majorem vel minorem, hæc omnia sese habent per accidens nec adeo hic memorentur opportunum videtur.

A. D. S.

---

(1) Caute notetur illam relationem, si *differentiam* importet mere *extrinsecam*, tamen *ipsam* esse gratiæ *intrinsecam* in illaque radicari, uti cæteroquin en exaratis abunde liquet. Quo pacto jam nihil obstat quominus et in hac nostra explicatione dicamus gratiam v. gr. baptismatis esse gratiam regenerativam, gratiam Eucharistiæ nutritivam, cum *ipsa gratia habitualis* baptismalis vel eucharistica regeneret et nutriat mediantibus (saltem partialiter) auxiliis et gratiis specialibus ad quæ ordinem dicat, ordinem, inquam, in ipsa radicaliter fundatum.

IV

Q. Ex natura sacramenti erue in ministro requiri *intentionem internam, saltem virtualem*, ministerialiter agendi nomine et auctoritate Christi.

R. I. Requiritur *intentio*. Quod conabimur probare duplici argumento ex natura sacramentorum petito.

1m *arg*. Sacramenta operantur *instrumentaliter*, uti supra fuit stabilitum, seu in quantum subsunt motioni principalis agentis, Christi nempe utentis potestate auctoritatis, qua Deus est, potestate vero excellentiæ, qua homo est.

Jamvero si non exigitur stricte a natura Sacramentorum, ad minus huic summopere consentaneum est ut dicta motio derivetur in signum sacramentale per intentionem ministri qui illud conficiat nomine et auctoritate Christi.

Requidemvera Sacramenta non conficiuntur nec adeo constituuntur instrumenta Christi nisi per medium ministerium hominis, cujus natura intellectualis congruenter postulat ut *voluntate* ministrum et instrumentum Christi agat. Voluntate autem alicujus instrumentum agere, quid aliud est quam intentionem subordinare intentioni principalis agentis?

2m *Arg*. Ritus externus manet, etiam post institutionem divinam, ordinabilis ad alios effectus præter effectum sacramentalem, ad quem igitur petit determinari per intentionem ministri conficientis. Ita ablutio cum invocatione SSæ Trinitatis potest « ordinari et ad munditiem corporalem et ad sanitatem corporalem... et ad multa alia hujusmodi (1) ». Si hæc ab intentione determinatio non requiratur, dicendum foret quod materia cum forma conjuncta, quomodocumque ponatur et ad quemlibet effectum dirigatur, etiam excluso ef-

(1) S. Thom. in III P. qu. LXIV art. 8°.

fectu gratiæ, nihilominus sacramentaliter operetur; qua ratione recto tramite duceremur ad consequentias vix non absurdas, quales memorat Billuart, *De sacram. in genere*, diss. V, art. 7°, signanter: 1° « quod mater abluens domi infantem a sordibus sub invocatione Trinitatis ut bene illi sit, ipsum baptizaret; 2° quod stultus infundens e fenestra catechumeno transeunti situlam aquæ proferens jocando formam baptismi ipsum baptizaret; 3° quod sacerdos lector mensæ apud regulares qui legeret caput XXVI Matth. omnes panes mensæ appositos et omnes vini phialas consecraret... »

Ex ipsa natura ergo sacramenti eruitur necessitas intentionis ministerialiter illud administrandi; quod cæteroquin egregie confirmatur, præter alia plura ex obvia meditatione formulæ consecrationis « hoc est enim corpus *meum* »; quæ verba, nisi nomine Christi proferantur, undequaque (quod absit) sensu carent.

Sedulo tamen nota intentionem illam non postulari *explicitam* ita ut minister agere intendat distincte et determinatè nomine et auctoritate Christi; sufficit namque ut *implicite* contineatur in alia voluntate, puta faciendi quod facit Ecclesia, conferendi quid sacrum, ponendi ritum externum juxta mentem christianorum.

II. Requiritur intentio *interna*.

Intentionem faciendi quod facit Ecclesia potest quis habere dupliciter: formaliter et materialiter. *Materialiter:* volendo ponere præcise ritum externum, ab Ecclesia præscriptum; *formaliter:* conformando intentionem suam intentioni Ecclesiæ et mediate voluntati Christi. Prima vocatur *externa* altera *interna;* quæ distinguuntur non ratione subjecti, omnis enim intentio est actus internus voluntatis, sed ratione objecti: siquidem una versatur circa objectum externum, ritum scilicet exteriorem, altera circa objectum internum, intentionem nempe Ecclesiæ. Cfr. Billuart l. c. et Pesch, *Prel. dogm.*, tom. VI, n° 276.

Porro acris quondam exorta est controversio in qua

non pauci nec infimæ notæ theologi contenderunt sufficere dictam intentionem *externam;* quod forsan argumenta sub I inducta perpendenti mirum videbitur. Revera præcise eo tendit et devenit præcedens argumentatio tota ut ostendat necessitatem in ministro intentionis *internæ*, agendi scilicet ministerialiter, induendi personam Christi, conformandi et subordinandi voluntatem suam voluntati Christi: qua intentione mediante derivetur in signum sacramentale virtus instrumentalis a principali agente. Cujus argumenti vim nequeunt infringere adversarii nisi obtrudendo intentionem hanc ministerialem sufficienter contineri in illa sic dicta externa. Atvero administratio signi sacramentalis cum externo apparatu, quantumvis serio et cum intentione illud rite ponendi, nequaquam includit illam voluntatem ministerialiter (sensu formali) agendi, imo, fatentibus adversariis potest positive eamdem excludere et consistere cum intentione agendi nomine alieno, imo nomine ipsius diaboli.

Nec magis proficit effugium dicentium satis salvari intentionem eo ipso quod ritus ponatur a ministro ad hoc deputato, nisi admittatur legatum semper et necessario agere qua talem nec in agendo posse a munere legati abstrahere.

III. Requiritur intentio *saltem virtualis.*

Intentio *actualis* est illa qua quis, dum sacramentum conficit, actu vult agere ministerialiter. *Virtualis* est illa quæ, actu præterita, virtute perseverat, ita ut vi et influxu ipsius sacramentum conficiatur. *Habitualem* dicimus, olim habitam sed actu simul et virtute præteritam.

Nunc autem, eo ipso quod intentionem audivimus *vere et causaliter* influere in ipsam sacramenti, qua instrumentaliter efficacis, constitutionem, jam illico repudianda est sufficientia intentionis mere habitualis, utpote quæ jam influxu causali prorsus est destituta, adeoque ad minus virtualis est vindicanda; sufficit

tamen idem ob motivum: virtute nempe perseverans vim retinet qua causalem influxum exerceat.

Corrolarium. Ex præcedentibus ultro colligitur plane verificari verba Concilii Florentini: sacramenta tribus *perfici* « videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma *et persona ministri cum intentione faciendi quod facit Ecclesia* ». Ostendimus nimirum intentionem ministri ipsum sacramentum ingredi tanquam elementum constitutivum, quatenus vere efficiat ut signum sacramentale subsit motioni principalis agentis, sicque participet virtutem instrumentalem causandi gratiam ex opere operato.

A. D. S.

V

Q. Expone naturam *characteris sacramentalis*, in Baptismo, Confirmatione et Ordine impressi.

R. Character communiter describitur: signum supernaturale ontologicum, animæ indelibiliter impressum, quo deputatur homo ad sacra, speciali modo constituitur in familia Christi et peculiarem relationem accipit ad gratiam sacramentalem.

Exponitur:

Signum *ontologicum*, scilicet qualitas physica animæ superaddita ipsique intrinsece inhærens. Hoc contra Durandum. Cfr. Conc. Flor. et Conc. Trid. Sess. VII can. 9°. Quæstionem prætermittimus de subjecto in quo immediate subjectetur: an in essentia, an in potentiis, in voluntate vel in intellectu.....; qui plura desiderat adeat De Lugo, disp. VI, s^e^ 4^a^; Suarez, disp. XI, art. 4°; Billuart, dissert. IV, art. 3^io^.

Indelebile: remanens nempe inseparabiliter etiam post hanc vitam, uti dicit S. Thom., qu. LXIII, art. 5°, ad 3^m^: « in bonis ad eorum gloriam, et in malis ad eorum ignominiam: sicut etiam militaris character remanet in

militibus post adeptam victoriam, et in his qui vicerunt ad gloriam et in his qui sunt victi ad pœnam ».

Quo homo A *deputatur ad sacra;* quo nempe potentiam accipit activam vel passivam ordinatam ad ea quæ sunt divini cultus, ad *tradendum* scilicet divina aliis in Ordine, vel ad *defendendum* ea contra invasores in Confirmatione, vel ad *recipiendum* illa in Baptismate, quasi initialiter, et completius in Confirmatione.

Ad quæ nota 1° ; nequaquam cogitanda est potentia quædam *physica*, seu physice elicitiva operationis vel physice receptiva actus; sed potius habenda est qua potentia *moralis*, conferens uti dicitur non *posse physice* sed *posse ex officio*. Character nimirum conditionem explet a Deo requisitam ut coram Ipso aptus evadat homo ad valide sacramenta conferenda, recipienda aut sacra defendenda, vel saltem ad hoc triplex munus quasi ex officio obeundum, (1) ad modum quo miles, cum in militiam suscipitur, accipit potestatem pugnandi contra hostes, non quidem physicam sed moralem et legalem, ita ut præ aliis constituatur coram lege tanquam bellator ex officio.

Nota 2° quod et valet sub sequentibus B. et C.: Vulgatam descriptionem juxta quam character est quo deputamur et potentiam moralem accipimus ad sacra, cum grano salis esse accipiendam. Ritui namque externo sacramentali strictè competit (juxta modum supra p. 519 et seq. explicatum) vis et efficacia dictam deputationem directe inducendi, non vero characteri, qui ipsius signum est dumtaxat et sigillum. Ita analogice loquendo judex forensis mutuatur potestatem judicialem qua insignitur a decreto regio, minime vero a toga qua induitur, quæ merus est externus apparatus auctorita-

(1) Non semper enim præfata deputatio requiritur, nequidem ad hoc ut valide sacramenta recipiantur vel conferantur, uti patet in laico baptizante: valide ipse baptizat quin charactere Ordinis insigniatur, solus vero minister sacer vi characteris Ordinis *ex officio* præponitur illi functioni.

tem ipsum deferentis manifestans. Item miles deputatur ad bellum a principe et habitus militaris nihil aliud est quam officii a principe collati externum indicium. Hoc sane intercedit discrimen, quod in allatis exemplis signum potestatis acceptæ mere extrinsecum est, dum character signum est ontologicum intrinsece animæ inhærens. Verba igitur vulgatæ descriptionis: *quo deputatur,* intellige ex præcedentibus: *signum supernaturale,* hoc sensu: *quo significatur et consignatur deputatio etc.....*

B *Speciali modo constituitur in familia Christi.*

Secundus effectus characteri adscriptus intime connectitur cum primo, nec ab eo secus ac forma et specie distinguitur. Per characterem nempe, vel pressius loquendo per dictam deputationem, charactere consignatam, ad triplex munus sacrum exercendum, locum occupamus distinctum in familia supernaturali Christi, in qua tres sunt status et gradus correspondentes: simplicis membri, militis et principis, seu fidelium, certantium pro fide et ministrantium in mysteriis; quod abstracta formula exprimit S. Bonaventura: « tres autem sunt status: fidei scilicet genitæ, roboratæ et multiplicatæ... » Cfr. Franzelin th. XIII.

Ex A et B jam pronum est intelligere quo jure non raro exhibeatur character tanquam *participatio sacerdotii Christi.* Charactere namque sacramentali vidimus hominem consecrari ad cultum christianum; docente autem Doctore Angelico, « totus ritus christianæ religionis derivatur a sacerdotio Christi et ideo manifestum est quod character sacramentalis specialiter est character Christi, cujus sacerdotio configurantur fideles secundum sacramentales characteres, qui nihil aliud sunt quam quædam participationes sacerdotii Christi, ab ipso Christo derivatæ ». III, qu. LXIII, art 3io. Quo sensu fideles merito alloquitur S. Petrus in 1a epistola, II, 9 « vos autem genus electum, regale sacerdotium ». Quæ profecto configuratio et assimilatio Christo sacerdoti

intimior est et perfectior in promotis ad ministerium altaris et sublimi charactere Ordinis insignitis.

C/ *Peculiarem relationem accipit ad gratiam.*

Quæ relatio quomodo sit intelligenda, jam præoccupatum supra p. 519 seq. Characteri enim vel potius (juxta superius monitum et notam p. 521) deputationi ad sacra, cujus est sigillum ontologicum, adscripsimus rationem causæ materialis relate ad gratiam sacramentalem; est nempe effectus ille prævius (res et sacramentum) a ritu externo efficienter et immediate inductus in subjectum, et, quantum in se est, sollicitans et exigens collationem gratiæ, in quantum est specialis.

Jam de natura characteris satis, ut inde merito colligamus cum Theol. Mechl. « magnam esse characteris sacramentalis excellentiam et sublimem nimis esse dignitatem hominis baptizati, confirmati et maxime ad Ordinem promoti ». Quam si opportune præ oculis fidelium ponat concionator, non parum conferet ut juxta dignitatem acceptam conversentur et altiora sapiant, in hoc cæteroquin exemplum secutus S^ti^ Leonis Papæ, populum eloquenter compellantis: « Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam, et divinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire ».

A. D. S.

VI

Q. *Quænam est materia licita Baptismi tum solemniter, tum privatim administrandi?*

R. Distinctio inter baptismum solemnem et privatum explicatur in Instructione S. Congr. S. Officii data N. N. Administratori Apostolico in Australiæ missionibus, 15 Sept. 1869 (1): « *Privatus* baptismus ille dicitur, in quo

(1) Vide *Nouv. Revue Théol.*, IX, p. 455.

nulla alia cæremonia à Rituali præscripta adhibetur, nisi ablutio baptizandi, verbis formæ prolatis, iis videlicet, quæ baptismo jure divino sunt necessaria. *Solemnis* vero censetur, quando ii adhibentur ritus ac cæremoniæ, quas Rituale Romanum memorat acceptas et approbatas ab Apostolica et vetustissima traditione fuisse, et ad ejus solemnitatem pertinere ». Hasce cæremonias, ut admonet Rituale cap. 1, n° 2, « nisi necessitatis causa omittere non licet », et consequenter nonnisi in necessitate baptismus privatus baptismo solemni substituendus est. Quod autem dicatur in *privato* baptismo nullam aliam cæremoniam adhiberi, hoc intelligendum est præsertim de ritibus baptismum antecedentibus ; nam ipsum Rituale, agens Tit. II cap. 2, n° 28 de casu quo hoc Sacramentum conferendum esset infanti vel adulto adeo graviter ægrotanti, ut periculum immineat ne pereat antequam baptismus cum omnibus cæremoniis perficiatur, præscribit quidem ut sacerdos omittat quæ *præcedunt* baptismum et statim baptizet, sed, baptismo collato, vult ut sacerdos, si habeat Chrisma, liniat baptizatum, et ut ei det linteolum ac candelam accensam. Hic baptismus, qui supponitur administratus in casu necessitatis, extra ecclesiam et fontem baptismalem, juxta auctores, censetur privatus, et cæremoniæ quæ addi possunt vel debent, si objecta necessaria præ manibus habeantur et baptizatus supervivat, non reddunt baptismum solemnem.

His prænotatis, respondetur : Si agitur de baptismo *solemni,* sive in ecclesia, sive etiam extra ecclesiam collato, materia *remota* licita est aqua vera et naturalis, eo anno benedicta in sabbato sancto Paschatis vel sabbato Pentecostes (juxta formam Missalis Romani), vel benedicta juxta formulam traditam à Rituali Tit. II, cap. 7 : « *Benedictio fontis Baptismi extra sabbatum Paschæ et Pentecostes cum aqua consecrata non habetur* ». Quæ benedictio fieri potest « si aqua (benedicta in Paschate vel Pentecoste) corrupta fuerit, aut effluxerit

aut quovis modo defecerit » (Rit. l. c., cap. 1, nº 6). Insuper hæc aqua debet esse nitida et pura in fonte mundo diligenter conservata (nº 4) et juxta præscriptum diœcesanum ex decr. Congr. Prosynodalis 4 Junii 1878 debet esse tepefacta.

Si autem baptismus administratur *privatim* sine consueta solemnitate, v. gr. in casu necessitatis, distinguendum est: si confertur à *Sacerdote* vel etiam à *Diacono*, materia licita est eadem aqua baptismalis solemniter benedicta, quam de sacro fonte secum deferunt, si domi sacramentum administrandum est, nisi necessitas urgeat et hæc aqua tempestive haberi nequeat, quo casu utendum est aqua simplici, juxta Rituale (l. c., cap. 2, nº 29): « Si non habeatur aqua baptismalis et periculum impendeat, sacerdos utatur aqua simplici »; potest tamen etiam adhibere aquam benedictam de qua infra dicetur.

Si autem clericus Diacono inferior, vel laicus baptizat, non licet ei uti aqua baptismali, sed uti debet aqua simplici seu communi, vel melius, si haberi potest, aqua benedicta desumpta ex fonte ante admixtionem SS. Oleorum, quam secum afferunt fideles occasione solemnis benedictionis fontis baptismalis (1), aut saltem benedicta pro aspersione fidelium (*De Herdt* III, n. 149; *Ill. Vanderstappen de admin. sacram.* qq. 23 et 24).

Dicitur materiam licitam esse aquam communem seu simplicem, talem scilicet quæ sit materia valida. Si tamen haberi non possit materia certo valida, in casu necessitatis seu periculi mortis, adhiberi potest dubia, talis de qua dubitatur an vel ex se vel ob admixtionem alienæ materiæ naturam et usum aquæ habeat aut retineat. In tali necessitate materia dubia fit licita, et baptismus confertur sub conditione: *si hæc materia sit sufficiens;* si autem baptizandus supervixerit, habita

---

(1) Vide *Revue Théologique* 1859, p. 24.

copia materiæ certo validæ, iterum baptizari debet sub conditione: *si non es baptizatus.*

Hucusque de materia licita *remota*. Materia autem *proxima* licita est materiæ remotæ, scilicet aquæ sive baptismalis, sive benedictæ, sive simplicis applicatio, seu ipsa ablutio corporalis, quæ « licet fieri possit aut per infusionem aquæ, aut per immersionem, aut per aspersionem; primus tamen, vel secundus modus, qui magis sunt in usu, *pro Ecclesiarum consuetudine* retineantur; ita ut trina ablutione caput baptizandi perfundatur, vel immergatur in modum crucis uno et eodem tempore, quo verba proferuntur et idem sit aquam adhibens et verba pronuntians. » Ita Rit., l. c., cap. 1, nº 10. « Ritus infusionis, ut multo commodior, sola consuetudine sensim ita invaluit, ut in Ecclesia latina jampridem fere ille tantum vigeat » (Ill. Vanderstappen l. c., q. 34), et solus sit retinendus. Ablutio juxta Rituale fieri debet in capite nisi necessitas aliter postulet (Cfr. Rituale l. c., nº 16). Trina infusio præscribitur, non tamen requiritur ad validitatem, unica enim sufficit ut quis censeatur ablutus. (Pro casibus particularibus conferantur Theologi).

H. V. D. W.

Evangelia Dominicarum

Dom. XXIV post Pentec. et I Adventùs.

Notationes in utrumque Evangelium.

A. *Prædictio cladis Jerosolymitanæ.*
Vide num. præced.
B. *Prædictio secundi adventûs Christi.*

I. *Signa perituri mundi prognostica:*

1. *Surgent pseudochristi et pseudoprophetæ.*

Matth. XXIV, 4: *Videte ne quis vos seducat*: 5 *multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: et multos seducent.* 11 *Et multi pseudoprophetæ surgent, et seducent multos.* 24 *Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetæ: et dabunt signa magna, et prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.*

Huc in primis spectat Antichristus, *cujus est adventus secundum operationem satanæ in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus, et in omni seductione iniquitatis iis, qui pereunt: eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent.* II Thess. II, 9, 10.

2. *Calamitates plures ac gravissimæ*, scil. *prælia, et opiniones præliorum, pestilentiæ, et fames, et terræ motus per loca, terroresque de cœlo, et signa magna.* Matth. XXIV, 6, 7; Marc. XIII, 7, 8; Luc. XXI, 9-11. *Hæc autem omnia initia sunt dolorum.* Matth. v. 8.

3. *Atrox Christianorum insectatio atque vexatio, qua multi scandalizandi sint.* Matth. XXIV, 9, 10; Marc. XIII, 9, 11-13; Luc. XXI, 12-19.

« Ex M., Mc. et L. inter se comparatis novimus qualis futura sit ista vexatio: *a)* tum Judæi, quum gentiles eam inferent: *tradent vos in conciliis et in synagogis*, ait Mc., i. e. ad Judaica tribunalia trahent vos,

et ante præsides et reges stabitis, i. e. coram judicibus ethnicis. *b/* Fiet in odium religionis christianæ: *propter nomen meum. c/* Tam acris tamque maligna erit, ut ne filiis quidem parcituri sint parentes: L. *trademini à parentibus et fratribus, et cognatis et amicis;* adeoque erit generalis, L. *eritis odio omnibus. d/* Supplicia omnis generis, et gravissima quidem, irrogabuntur: L. *injicient vobis manus, et persequentur, tradentes in synagogas (ad flagellandum* Mc.*) et custodias, imo vero morte afficient ex vobis. e/* Deus tamen aderit suis (L. *capillus de capite vestro non peribit,*) eisque cum stabunt coram judice responsa suggeret sapientissima: Mc. *nolite præcogitare quid loquamini; ego enim,* ait L., *dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere adversarii vestri; non enim,* addit, Mc., *vos estis loquentes, sed Spiritus sanctus. f/* Tandem adeo vehemens et terribilis sæviet in omnes, ut multi sint scandalizandi (M.), i. e. fidem negaturi » Van Steenkiste.

4. *Refrigescet charitas multorum.*

Matth. XXIV, 12: *Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* 13 *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

5. *In omnes gentes primum oportet prædicari Evangelium* Marc. XIII, 10.

Matth. XXIV, 14: *Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus: et tunc veniet consummatio.* « Non dicit quod simul atque Evangelium in toto orbe terrarum fuerit prædicatum, aderit rerum finis, sed quod non prius aderit. Imaginabantur apostoli brevi adfore rerum finem: docet Christus, non ita brevi adfore quin prius prædicandum sit hoc Evangelium in toto orbe terrarum, salusque in Christo gentibus omnibus offerenda » Luc. Brug.

II. *Adventus Christi subitus omnibusque manifestus erit.*

Matth. XXIV, 26: *Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est* Christus, *nolite exire: Ecce in penetralibus,*

nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, et paret usque in Occidentem: ita erit et adventus Filii hominis. 28 *Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilæ.* « Quemadmodum fulgur ab Oriente emicat et usque ad Occidentem lumen suum continuo ejaculatur, ita ut nemo illud non videat: ita plane alter Christi adventus universo orbi repente conspicuus erit. Et quemadmodum, ubicumque cadaver exstat, aquilæ continuo illuc conveniunt, quin alio præter sagacissimum olfactum indice indigeant: ita ad Christum, statim ut advenerit, homines universi brevissimo temporis momento rapientur, et coram illo judice constituentur » Liagre.

III. *Signa proxima adventus Christi.*

1. Matth. XXIV, 29: *Statim autem post tribulationem dierum illorum* (dierum Antichristi et pseudoprophetarum. Ita Chrysost.) *sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cælo* (utpote lumen suum retracturæ, ut videantur cecidisse e cælo, nec amplius in eo esse), *et virtutes cælorum* (astra) *commovebuntur.* — Luc. XXI, 25: *Et erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura Gentium præ confusione sonitus maris, et fluctuum:* 26 *arescentibus hominibus præ timore, et expectatione, quæ supervenient universo orbi: nam virtutes cælorum movebuntur.*

2. *Apparitio signi crucis in cælo.*

Matth. XXIV, 30: *Et tunc parebit signum Filii hominis in cælo:* « Signum illud veteres Patres et interpretes communiter intelligunt *crucem*, quæ, splendidissimæ lucis instar, in superiore aeris parte omnibus conspicua apparebit, Christi judicis adventum denuncians. Quare canit Ecclesia: *Hoc signum crucis erit in cælo, cum Dominus ad judicandum venerit.* Et profecto crux *signum Filii hominis* merito nuncupatur, qua ipse de diabolo et mundo palam triumphavit, hominemque cum Deo plene reconciliavit » Liagre. *Et tunc plangent omnes tribus*

terræ. « Omnes qui adhuc in vivis erunt, maxime vero improbi et impii, plangent præ timore justi Judicis, de cujus adventu nemini amplius dubitandi locus erit » Liagre.

IV. *Ipse adventus Christi.*

1. Matth. XXIV, 30: *Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa et majestate.* Cf. Luc. XXI, 27.

2. Matth. XXIV, 31. *Et mittet angelos suos*, quorum choris stipatus veniet (M. XXV, 31), *cum tuba et voce magna*, cum voce magna tubæ instar personante. Cf. I Cor. XV, 52; I Thess. IV, 15. *Et congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis cœlorum usque ad terminos eorum.* « Cum hæc discipulis suis solis disserat Jesus, ut eos consoletur et animet spe, tamquam futuros e numero electorum, meminit tantum electorum: quamquam intelligi vult, et reprobos omnes undique colligendos, ipso judice addicendos æternis pœnis » Luc. Brug. Cf. Matth. XIII, 41: *Mittet Filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala, et eos, qui faciunt iniquitatem. — Tuba mirum spargens sonum per sepulcra regionum, coget omnes ante thronum. Mors stupebit* etc.

3. Matth. XXV, 31: *Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ.*

V. *Descriptio ultimi judicii graphica.*

1. *Omnium hominum ad Christum congregatio et ab invicem separatio.* Matth. XXV, 32: *Et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis: 33 et statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris.*

2. *Sententia judicis. Tunc dicet rex* etc. Matth. XXV, 34-45.

3. *Sententiæ exsecutio.* Matth. XXV, 46: *Et ibunt hi in supplicium æternum: justi autem in vitam æternam.*

VI. *Conclusio.*

1. *Signa adventûs Christi prænuntia sunt attendenda.*

Luc. XXI, 28: *His autem fieri incipientibus, respicite, et levate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, et omnes arbores: 30 Cum producunt jam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. 31 Ita et vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.* Cf. Matth. XXIV, 32, 33.

2. *Certo futura sunt quæcumque Jesus hucusque prædixit.*

Luc. XXI, 32: *Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. 33 Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Cf. Matth. XXIV, 34, 35.

3. *Diem extremum nemo scit.*

Mc. XIII, 32: *De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque Filius* (ad manifestandum hominibus), *nisi Pater.* Cf. Matth. XXIV, 36. « Sed quare, obsecro, Deus Pater servat sibi hujus rei notitiam? quia non prosit hominibus scire, ne fallacem concipiant securitatem: quia ignorantia hujus rei hominibus utilissima est, quò omni hora credant venturum Judicem, nescientes qua hora venturus sit, itaque semper vigilent, et paratos se teneant, ne imparati ex improviso obruantur » Luc. Brug.

4. *Mali improviso rapientur, sicut ætate Noe.*

Luc. XXI, 34: *Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, et ebrietate, et curis hujus vitæ: et superveniat in vos repentina dies illa: 35 tamquam laqueus enim superveniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.*

Matth. XXIV, 37: *Sicut autem in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis. 38 Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes, usque ad eum diem, quo intravit Noe in arcam,*

39 *et non cognoverunt donec venit diluvium, et tulit omnes: ita erit et adventus Filii hominis.*

I Thess. V, 2: *Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.* Cf. II Petr. III, 10.

5. *Sors hominum diversa.*

Matth. XXIV, 40: *Tunc duo erunt in agro: unus assumetur, et unus relinquetur;* 41 *duæ molentes in mola: una assumetur, et una relinquetur.* « Significatur in quacumque hominum conditione... fore bonos et malos, alios salvandos, alios damnandos, nullam cujuscumque societatis habendam esse rationem, sed a se mutuo esse divellendos: utrisque diem et horam fore prorsus incognitam » Jans. Ipr.

6. *Itaque vigilandum et orandum.*

Matth. XXIV, 42: *Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dominus vester venturus sit.* Luc. XXI, 36: *Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, et stare ante Filium hominis.* Cf. Mc. XIII, 33.

Vigilandum esse illustratur exemplo tum boni patrisfamilias, tum servi fidelis et servi mali, necnon parabola de decem virginibus ac de talentis. Matth. XXIV, 43-51; XXV, 1-30. Cf. Marc. XIII, 34-37; necnon I Thess. V, 1-10; II Petr. III, 3-15.

G. V. D. P.

De dispensatione pontificia super voto simplici castitatis perpetuæ, in ordine ad contrahendum matrimonium.

—

Quatuor vota inducunt impedimentum matrimonii impediens, nimirum *a*) votum non nubendi seu *cælibatus*; *b*) votum ingrediendi religionem; *c*) votum suscipiendi

sacros ordines ; *d/* votum simplex castitatis (1) — De hoc ultimo tantum hic agimus.

Dispensatio autem impedimenti ex voto simplici castitatis orti sedi Apostolicæ reservata est : ad hanc tamen reservationem requiritur ut votum sit castitatis *perpetuæ, certum* et *absolutum* seu non conditionatum ; quoties igitur una ex istis tribus conditionibus deest poterit dispensare Episcopus ; imo etiam super voto castitatis de se reservato, juxta doctrinam communem, quasi ordinaria competit Episcopo commutandi dispensando potestas, pro foro conscientiæ, in casu extraordinario urgentis necessitatis, seu quando ex matrimonii dilatione oriretur scandalum vel aliud grave malum, nec ad sedem Apostolicam recurri potest, modo agatur de voto *occulto* et *privatim* (non autem in aliqua congregatione religiosa) emisso : idem valet, matrimonio jam contracto, quoad votum ante matrimonium emissum ; sed pro hoc casu, solent habere Episcopi nostri, vi facultatum quinquennalium, potestatem delegatam.

Pone igitur dispensationem a sancta Sede esse obtinendam, solet Major Pœnitentiarius illam concedere sub sequenti forma, quam pro confessariorum utilitate breviter interpretamur :

« *Dilecto in Christo proprio Latricis* (2) *(Latoris) parocho, sive confessario ex approbatis ab Ordinario loci, per eam specialiter electo, salutem in Domino. Ex parte Latricis nobis oblata petitio continebat, quod ipsa alias simpliciter et private vovit castitatem servare ; cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, dicta Latrix continenter vivere posse diffidat ; ideo, pro suæ conscientiæ quiete, cupit*

---

(1) Votum castitatis *solemne* emissum in religione per sedem Apostolicam approbata non tantum impediens sed et *dirimens* constituit matrimonii impedimentum. Similiter dirimit matrimonium contrahendum votum simplex castitatis a scholasticis societatis Jesu post biennium novitiatus emissum, quamdiu non sunt legitime dimissi.

(2) Supponimus agi de *sponsa* voto castitatis obstricta, qui casus frequentius occurrit : quare in formula adhibetur genus femineum.

sibi votum præfatum, ad effectum licite matrimonium contrahendi, per sedem Apostolicam commutari: quare humiliter supplicavit, ut sibi super his de opportuno remedio providere dignaremur; nos igitur, qui Apostolicæ Pœnitentiariæ curam gerimus, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica nobis concessa, discretioni tuæ committimus, quatenus, si est ita, dictam Latricem, audita prius ejus sacramentali confessione, a mutatione hujus propositi, si tibi sic expedire videatur, absolvas hac vice in forma Ecclesiæ consueta, cum pœnitentia salutari; ipsique votum præfatum, ad hoc tantum ut matrimonium, servatis alias de jure servandis, contrahere, et in eo debitum conjugale exigere et reddere licite valeat, in sacramentalem confessionem semel quolibet mense, et in aliqua pœnitentiæ opera, per te injungenda, tamdiu duratura quamdiu commutationi præfatæ locus erit, inter quæ sint etiam aliqua pietatis, quæ quotidie faciat ad eum finem ut ea adimplens meminisse semper possit obligationis, qua hujusmodi voto adstringebatur, prout secundum Deum ipsius animæ saluti expedire judicaveris, pari Apostolica auctoritate, dispensando commutes; in foro conscientiæ, et in ipso actu sacramentalis confessionis tantum, et non aliter, neque ullo alio modo; ita tamen ut si conjugi, cui matrimonio jungetur, supervivat, castitatem servet, utpote eodem voto, ut prius, obligata, et, si extra licitum matrimonii usum (quod absit) contra VI Decalogi præceptum delinquat, aut mortuo conjuge, alteri absque nova dispensatione matrimonio jungatur, sciat se contra votum hujusmodi facere, et debitum conjugale exigere non posse absque nova commutatione: et ita illam moneas ».

Explicatio

1/ *Dilecto* etc. Relinquitur latrici facultas eligendi ad dispensationis executionem sive parochum suum proprium, sive quemvis confessarium, modo hic actu habeat pro sæcularium confessionibus excipiendis approbationem Ordinarii loci.

2/ *Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, dicta latrix continenter vivere posse diffidat.* — Hisce exprimitur *causa* dispensationis. Equidem aliæ etiam ab auctoribus assignantur causæ, sed, inspecta hodierna S. Pœnitentiariæ praxi, vix spes est obtinendi dispensationem nisi ob rationem quæ ad periculum incontinentiæ reducitur.

3/ *Cupit votum... commutari.* — Ut plurimum non conceditur simplex dispensatio in voto castitatis, sed hoc commutatur in alia opera salutaria. — Ceterum in subsequentibus committitur confessarius ut votum *dispensando commutet.*

4/ *Ad effectum licite matrimonium contrahendi.* — Etenim non solet concedi dispensatio in voto castitatis, nisi in ordine ad matrimonium contrahendum: quod ceteroquin ipsa rei natura postulare videtur.

5/ *Si est ita.* — Tenetur confessarius executor circa veritatem expositorum inquirere; quæ verificatio fit per interrogationem pœnitentis dispensandæ, cui asserenti credendum est, nisi aliunde quam ex alterius personæ confessione falsitatis certitudinem habeat confessarius. — « Valet autem dispensatio, omissa licet verificatione, dummodo vera sint exposita ». Feije, *De imped. et disp. matr.* n. 749.

6/ *Audita prius ejus sacramentali confessione* — et postea: *In foro conscientiæ et in ipso actu sacramentalis confessionis et non aliter, neque ullo alio modo.* — Quibus verbis exprimitur conditio omnino requisita ad validitatem dispensationis. Hæc tamen valeret etiamsi contingat pœnitentem nulliter et sacrilege confiteri, et absolutionem a peccatis recipere. Si vero confessarius animadvertat pœnitentis indispositionem nec eam recte disponere valeat, debebit una cum absolutione a peccatis dispensationis executionem differre, nisi forte urgens aliqua necessitas suadeat dispensationem eamdem accelerare. Ita S. Pœn. ap. Feije n. 750.

7/ *Imposita pœnitentia salutari.* — Ergo ultra pœni-

tentiam pro peccatis confessis, altera pro mutatione propositi castitatis servandæ erit imponenda v. g. recitatio quinque *Pater* et *Ave*.

8/ *In sacramentalem confessionem* etc. — Indicantur opera in quæ votum sit commutandum. Nimirum:

A/ Præscribat confessarius pœnitenti dispensandæ ut sacramentalem confessionem *semel quolibet mense* instituat.

B/ Injungat ei alia pœnitentiæ opera, quæ saltem duo esse debent. Poterit v. g. ipsi imponere ut *singulo mense a/* recitet quinque decades Rosarii; *b/* saltem semel, die feriali, SS. Missæ sacrificio assistat.

C/ Aliqua pietatis opera quotidie peragenda addat; v. g. singula die mane inter surgendum, et vespere ante decubitum recitare unum *Ave*, — ut sic meminisse semper possit obligationis qua voto suo adstringebatur.

Quæ omnia tamdiu observari debebunt, *quamdiu commutationi præfatæ erit locus*, i. e. quamdiu durabit matrimonium, cujus intuitu conceditur voti commutatio.

9/ In fine præscribuntur nonnulla a confessario pœnitenti significanda quibus vis et extensio dispensationis ipsi nota fiant: videlicet dispensationem limitari *a/* ad solum istud matrimonium quod nunc primùm contrahet; et *b/* ad solum licitum matrimonii usum, seu ad redditionem et petitionem debiti conjugalis. Ex quibus sequitur (et has sequelas confessarius tenetur declarare) quod si, soluto illo matrimonio per conjugis mortem, Latrix, sine nova dispensatione, ad alias nuptias convolaret; vel si, extra licitum matrimonii usum, contra VI Decalogi præceptum delinqueret, violati voti rea esset habenda.

Tandem 10/ nulla formula dispensationis exequendæ præscribitur servanda: quævis igitur inservire potest, modo exprimat tum delegationem acceptam, tum naturam impedimenti, tum actum dispensandi. — Sic autem procedere poterit confessarius:

Postquam dispensanda varias pœnitentias, supra

enumeratas, acceptaverit seseque omnia bene intellexisse affirmaverit, absolutionem sacramentalem (si id juxta principia theologica licuerit, cf. suprà sub 5) ei largietur, qua impertita, addet:

« Et insuper auctoritate Apostolica, mihi specialiter
» delegata, absolvo te a mutatione propositi castitatis
» servandæ, et votum castitatis, quod emisisti, ad hoc
» tantum ut matrimonium contrahere et in eo debitum
» conjugale reddere et exigere valeas, in opera tibi
» præscripta et a te acceptata dispensando commuto.
» In nomine Patris † et Filii et Spiritus Sancti. Amen ».

H. V. D. B.

Ex S. Congregatione Indicis

DUBIA quoad Constitutionem, quæ respicit prohibitionem librorum.

Cum huic s. Indicis Congregationi dirimenda proposita fuerint sequentia dubia:

I. Utrum sub nomine eorum, *qui studiis theologicis* vel *biblicis dant operam* veniant etiam alumni, qui theologiæ et linguæ hebraicæ ac græcæ in scholis Seminariorum vacant? Et quatenus affirmative;

II. Utrum possit Episcopus permittere ut in scholis alumni, sub ductu professoris, textus hebraicos et græcos ab acatholicis editos, legant ac vertant, dummodo *non impugnentur in prolegomenis aut adnotationibus* talium librorum *catholicæ Fidei dogmata?* (1)

Eadem s. Congregatio sub die 18 Junii 1898, iisdem dubiis mature perpensis, respondendum censuit:

Ad. I. *Affirmative.*

(1) Hoc alterum dubium respicere videtur alumnos qui non studiis theologicis vel biblicis sed aliis dant operam.

Ad II. *Negative;* nisi specialem a S. Sede facultatem obtinuerit.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem s. Congregationis die 21 Junii 1898.

Ex S. Congreg. Indulgentiarum

DECRETUM URBIS ET ORBIS,

quo revocantur indulgentiæ omnes mille vel plurium millium annorum.

Quum huic S. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ ex ipsa sui institutione munus demandatum sit vigilandi, ne in christiano populo falsæ et apocryphæ, vel jam revocatæ a RR. PP. Indulgentiæ temere evulgentur, pluries ab ea quæsitum est, num Indulgentiæ mille sive etiam plurium millium annorum, quæ in nonnullis Summariis et etiam in Pontificiis Constitutionibus leguntur, sint retinendæ uti veræ, an potius inter apocryphas amandandæ, ea potissimum de causa quod immoderatæ viderentur.

Porro quum hæc S. C. generatim animadverterit prædictarum Indulgentiarum concessionem, ut plurimum, nulli aut supposititio niti fundamento, prætereaque perpenderit id quod Sacrosancta Tridentina Synodus, Sess. 25, cap. XXI, decret. de Indulg. docuit, in concedendis nimirum Indulgentiis moderationem esse adhibendam, ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina enervetur; opportunum esse censuit, sicut alias peragere consuevit, ut Indulgentiæ omnes, quæ mille vel plurium millium annorum numerum attingunt, prætermisso an veris sint accensendæ vel apocryphis, revocarentur et abrogarentur: id enim postulare videbantur et mutata temporum adjuncta, et modo vigens in Ecclesia disciplina.

Emi itaque Patres huic S. Congregationi præpositi, in generalibus Comitiis ad Vaticanum habitis die 5 Maii 1898,

omnibus mature perpensis, unanimi suffragio rescripserunt: *Indulgentias omnes mille vel plurium millium annorum omnino esse revocandas si SSmo placuerit.*

Facta autem de his omnibus relatione SSmo Dno Nostro Leoni Papæ XIII in Audientia habita die 26 Maii 1898 ab infrascripto Card. Præfecto, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum sententiam ratam habuit et confirmavit, mandavitque per generale Decretum declarari omnes Indulgentias mille vel plurium millium annorum, quæ hucusque concessæ dicuntur aut sunt, revocatas esse, et uti revocatas ab omnibus habendas. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 26 Maii 1898.

Fr. HIERONYMUS M. Card. GOTTI, *Præfectus.*
L. ✠ S.

† Antonius Archiep. Antinoen., *Secretarius.*

Josephus Ma. Can. Coselli *Substitutus.*

Hucusque S. Cong. Indulg. plures jam indulgentias mille vel plurium annorum in specie vel revocaverat vel apocryphas declaraverat (1). Cæteræ generatim valde suspectæ habebantur: ubi tamen de earum concessione authentice constabat, ut validæ habendæ erant.

Præsenti vero decreto generali S. Congregatio revocat quascumque hujusmodi indulgentias, sive authenticas, sive dubias.

Ita revocantur indulgentiæ 1000 annorum et totidem quadragenarum quæ sub num. 8, 14, 18, 20, 24, 26 indicantur in *Summario indulgentiarum Archiconfraternitatis Cincturæ B. V. Mariæ Matris consolationis,* a

(1) Cf. J. Schneider *Rescr, Auth.* n. 305; *Decr. Auth.* n. 125. Ex hoc ultimo decreto præsertim elucet quousque inepta pietas et credulitas aberrare possint: in summariis ibidem damnatis inveniuntur plures indulgentiæ 154000 annorum; et alibi: « qui audit 34 missas, servat 34 jejunia, qui se mortificat 34 vicibus... liberabit de purgatorio 34 animas et 34 peccatores convertentur » !

Clemente IX approbato (J. SCHNEIDER, *Rescripta authentica* p. 506 sqq).

Item indulgentia 60000 annorum et 60000 quadragenarum concessa confratribus SS. Rosarii recitantibus tertiam rosarii partem. (1)

Consultationes

I

In novo libello, *Tractatus de casibus reservatis in diœcesi Brugensi* (p. 22), facultas absolvendi a casibus Episcopo reservatis conceditur parochis primæ et secundæ classis *respectu subditorum suorum;* et ibidem eadem facultas ad certas temporum circumstantias limitata, sed sine designatione personarum, tribuitur ceteris confessariis *pro territorio in quo jurisdictionem exercent.* Inde ortum est dubium utrum dicti parochi facultate ista uti non possint nisi cum *parochianis* suis, ac proinde utrum, quoties pœnitentem sibi ignotum, hujusmodi casu reservato obstrictum, obviam habent, debeant ipsum interrogare an sit de parochia sua, quatenus sciant possintne illum absolvere necne. Quomodo igitur dubium istud solvendum?

Resp. Parochi illi, dum confessiones excipiunt in parochia sua, aut in aliis locis pro quibus sunt approbati (juxta decretum Prosyn. an. 1868 quod refert idem libellus p. 23 *in nota*), absolvere possunt a casibus Episcopo reservatis pœnitentes quoscumque, sive sint de parochia illorum aut secus. Nam in ordine ad sacramentalem absolutionem subditi censentur, respectu

(1) De qua cf. P. MOCCHEGIANI, *Collectio indulg.* n. 110. Hæc indulgentia proinde jam non est fidelibus commendanda, ut antea interdum fieri solebat speciali folio, Brugis edito: « *Une indulgence extraordinaire* ».

confessarii debite approbati, quivis ei confitentes. At cum parochi quà tales habeant jurisdictionem *ordinariam,* ac proinde ubique locorum parochianos suos sacramentaliter absolvere valeant, consulto Episcopus non restrinxit usum facultatis a reservatis eis concessæ ad territorium in quo jurisdictionem exercent, prouti fecit pro confessariis generatim, sed potius eam tribuit modo generali *respectu subditorum*, ne videretur excludere casum quo extra istud territorium parochianorum confessiones exciperent.

H. V. D. B.

II

An in missa solemni vel cantata de Requie, quæ quotannis, permittente Episcopo, infra Octavam Commemorationis Defunctorum, celebratur in refrigerium animarum defunctorum Clericorum et benefactorum ecclesiarum, una oratio dicenda est vel plures, et, an officium defunctorum, quod hanc missam comitatur, est cantandum sub ritu duplici?

Resp. Decretum generale S. C. R. de die 30 Junii 1896 declarat: « unam tantum esse dicendam orationem in missis omnibus *(defunctorum)*, quæ celebrantur in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, die et pro die obitus seu depositionis, atque etiam in missis cantatis, vel lectis permittente ritu, diebus III, VII, XXX, et *die anniversaria*, necnon quandocumque pro defunctis missa *solemniter* celebratur, nempe sub ritu qui duplici respondeat, uti in officio quod recitatur post acceptum nuntium de alicujus obitu, et *in anniversariis late sumptis.* In missis *quotidianis quibuscumque*, sive lectis sive cum cantu, plures esse dicendas orationes etc. »

Hoc posito, si missa, de qua quæritur, privilegium unius orationis sibi vindicare queat, hoc fieri non potest nisi quod comprehendatur sub nomine *anniversarii;*

omnes enim alii casus in decreto enuntiati ipsi applicari non possunt; si autem anniversarium dici potest, nonnisi anniversarium *late sumptum* erit. Ad anniversarium enim *stricte* tale requiritur ut fundata dispositione testatoris vel ejus hæredum, consanguineorum vel amicorum, quotannis celebretur *in anniversaria die obitus ipsius* vel alterius determinati, aut *die aliqua extra diem obitus fixe* designata, vel saltem, juxta jus recens, ut ad petitionem vivorum recurrente *die obitus* alicujus, quamvis non quotannis, celebretur. (1) Quæ conditiones non verificantur in casu proposito. Anniversaria autem *late sumpta*, ut aiunt *Ephemerides liturgicæ* (2) sunt « illa, quæ à religiosis Communitatibus, a Canonicorum Collegiis, a Confraternitatibus aut ab aliis quibuscumque piis sodalitatibus, pro confratribus defunctis semel in anno fieri solent, necnon illa, quæ pro fidelium pietate infra octavam omnium Fidelium defunctorum locum habent, » « die fixa vel mobili » (3). « Dicitur autem *late sumptum*, quia non requiritur ut celebretur die obitus vel depositionis *(vel die determinata ex fundatione)*, sed alia quoque die extra illam fieri potest. Hæc autem distinctio et semper exstitit, quia anniversarium de quo sermo est, ab immemoriabili celebrari consuevit, et ab ipsamet S. R. Congregatione adhibetur, uti videri potest in generali decreto « Orationum et Sequentiæ in missis defunctorum d.d. 30 Junii 1896 *(supra citato)*... Pro anniversariis autem late sumptis, de quibus in citato decreto, hanc anniversarii speciem intelligi, *certa nobis scientia constat* (4). » Jamvero hæc definitio anniversarii late sumpti optime applicari potest missæ quæ, singulis annis infra octavam Commemorationis Fide-

---

(1) Quum tamen missa de Requie diebus præfatis impeditur per rubricas, anticipari vel transferri potest in primam diem non impeditam, etiam quando anniversarium non est fundatum.

(2) 1898, p. 221; Cfr. 1897, p. 531.

(3) Ephem. liturg. 1897, p. 358.

(4) Ibid. p. 531.

lium, sumptibus fabricæ ecclesiæ, de licentia Episcopi et ex consuetudine pro defunctis clericis et benefactoribus cantatur; dici ergo potest hæc missa anniversarium late sumptum et celebranda est juxta regulam datam decreto 30 Junii 1896, cum *unica* oratione magis convenienti, scilicet: *Deus veniæ largitor etc.*

Ex dictis jam apparet affirmative respondendum esse alteri quæstioni: utrum officium, si præcedit missam prædictam, debeat recitari sub ritu duplici? Decretum enim supra citatum satis explicite id docet, dum dicit missam in anniversariis late sumptis *solemniter celebrari, nempe sub ritu qui officio duplici respondeat*, quod idem est ac dicere officium defunctorum, si recitatur pro anniversariis late sumptis, duplicare antiphonas. Officium ergo defunctorum in casu ritu duplici persolvendum est.

Hæc dicta, quoad unicitatem orationis in missa et ritum duplicem in officio correspondenti, de anniversario celebrato pro Clericis et benefactoribus, applicari possunt missæ de Requie, quæ juxta præscriptum Cæremonialis Episcoporum lib. II, cap. XXXVII, aliquo die non impedito infra Octavam defunctorum, arbitrio Episcopi, celebratur in Cathedrali pro animabus omnium Episcoporum et Ecclesiæ Cathedralis Canonicorum defunctorum; necnon solemnibus exequiis quæ ex antiqua consuetudine, in ecclesiis parochialibus, feria secunda infra octavam Patroni vel feria secunda post festum Dedicationis, cantantur pro animabus omnium fidelium defunctorum cujusvis parochiæ. Utrumque enim dicendum est anniversarium late sumptum.

H. V. D. W.

Jurisprudence administrative

I

Fabrique d'église — Legs d'une chapelle

Une personne avait par testament laissé à la fabrique de N. une chapelle avec les dépendances qui l'entourent, à condition d'entretenir cette chapelle à perpétuité.

Par délibération en date du 12 Décembre 1897, le bureau des marguilliers de l'église de N. sollicita l'autorisation d'accepter les libéralités résultant, pour la dite église, de la disposition testamentaire susvisée, sous la réserve toutefois que la fabrique ne serait pas tenue de suppléer à l'insuffisance du revenu des immeubles compris dans la dite disposition, dans le cas où le revenu serait inférieur à la charge grevant le legs.

Par arrêté royal en date du 15 Août 1898 (*Moniteur*, p. 3612), l'autorisation sollicitée fut refusée à la fabrique, par le motif que la charge d'entretenir à perpétuité la chapelle est une condition illégale; qu'en effet l'observation de cette clause aurait pour résultat d'attribuer par l'interposition de la fabrique de l'église légataire, un caractère perpétuel à un oratoire qui n'est ni une chapelle dans le sens légal du mot, ni une annexe; qu'en conséquence l'acceptation du legs en question ne peut être autorisée avec cette condition.

Observation. Nous ne voyons pas comment la charge imposée à la fabrique d'entretenir à perpetuité une chapelle située dans la paroisse constitue une condition illégale. Pourquoi la fabrique, qui est la personnification civile du culte dans la paroisse, ne peut-elle pas accepter les libéralités grevées de cette charge? Un oratoire élevé par la piété des fidèles au culte de Dieu ou des Saints a-t-il un rapport moins direct avec la mission des fabriques que les appareils de chauffage de l'église ou de la sacristie? Et cependant les fabriques sont autori-

sées à recueillir des libéralités à charge d'en affecter le revenu à l'entretien de ces appareils (voir notamment un arrêté royal du 1r Oct. 1898 : *Monit.*, p. 4365). Au surplus, les mêmes fabriques, comme les administrations de bienfaisance, ne sont-elles pas régulièrement autorisées à accepter des fondations sous la condition d'entretenir à perpétuité des monuments funéraires, avec chapelle, etc. (voir p. ex., les arrêtés royaux du 28 Août et du 18 Sept. 1898 : *Monit.*, pp. 3767 et 4128) ? La présente décision, comme celle d'un autre arrêté en date du 10 Juillet dernier (*Moniteur*, p. 3002), nous semble résulter d'une confusion entre l'entretien perpétuel d'un bâtiment matériel qui se rattache au service du culte, et la création d'un nouvel établissement public.

C. V. C.

Collationes Brugenses

Meditationes theologicæ

(Sequitur. — Cf. supra tom. III, pag. 545.)

136. Hic locus est addendi verbulum de objectis quorum intellectione et dilectione sunt processiones divinæ.

Jamvero, si consideramus omnia in divinis esse simultanea, ita ut nulla sit prioritas, ne ratione quidem, *in quo*, sed tantum *a quo*, et producere nihil aliud esse quam æternum habere actu completo terminum intrinsecum necessarium, quam esse substantialem relationem, quæ sine suo termino correlato ne concipi quidem potest, intelligitur Verbum procedere per intellectionem tum essentiæ divinæ, tum divinarum personarum, tum omnis veri intelligibilis; pariter Spiritum sanctum procedere per dilectionem divinæ essentiæ, divinarum personarum, boni necessario amati. Relate ad creaturas, ad verum et bonum extra Deum, processiones divinas spectando, Verbum quidem non procedit per *visionem* creaturarum, nec Spiritus sanctus per dilectionem earumdem formaliter ut existentium, nam, qua tales sunt contingentes; attamen, quando existere incipiunt, nihil immutant in intellectione et volitione æterna ac immutabili Dei, adeoque intellectio, per quam procedit Verbum, quæ est intellectio divinæ essentiæ, etiam prout est imitabilis ad extra, est simul intellectio creaturarum existentium tunc quando illæ existunt, quatenus se terminat ad illas ut existentes et denominatur visio; est igitur eadem intellectio, sive existant sive non existant creaturæ, necessaria et æterna, cujus tantum relatio seu terminatio ad creaturas ut existentes non est necessaria nisi ex hypothesi quod existant, nec adeo mutatur intellectio immutabilis sed terminatio

ejusdem. Actus videlicet ad intra ratione prior est prioritate in quo, quam actus cum libera terminatione ad extra, sine qua nulla est visio creaturarum seu intellectio earumdem formaliter ut existentium. De dilectione vero divina dicendum, amorem necessarium esse essentiæ divinæ, etiam quatenus imitabilis ad extra, non vero imitationum ejus existentium; imo, nec possibilium in se, ut patet, si dilectio sumatur eo sensu quo est voluntas conferendi bonum actuale, cujus primum est existentia; si vero sumatur pro complacentia et approbatione possibilium in seipsis, quo sensu est potius intellectio boni, tunc creaturæ non tantum secundum esse eminens in divina essentia, sed etiam secundum esse possibile in se sunt objectum necessarium illius intellectionis complacentis et approbantis, quæ est tum essentiæ divinæ ut imitabilis his modis ad extra, tum illorum modorum in se consideratorum et non tantum ut sunt ipsa divina essentia. Hoc videlicet discrimen est inter amorem et intellectionem, quod amor dat, primum autem quod datur est esse actu seu existere; intellectio vero, etiam boni, non dat sed apprehendit, non autem oportet ut aliquid sit actu ad hoc ut apprehendatur seu intelligatur, etiam tamquam bonum.

Quamvis hæc ita sint, nihilominus Verbum procedit cum respectu ad extra radicali, si ita loqui licet, tamquam Sapientia genita, archetypa rerum; similiter Spiritus sanctus per dilectionem, tamquam donum, ut tendens ad communicanda bona ad extra, præsertim vero ut donabilis creaturæ rationali per sanctificationem, quæ proxime imitatur sanctitatem et bonitatem substantialem Dei. « Respectus importatur ad creaturam et in Verbo et in Amore procedente quasi secundario, in quantum scilicet bonitas et veritas divina est principium intelligendi et amandi omnem creaturam (1). »

137. Si jam 5° singulas duarum processionum divina-

(1) S. Thomas, 1, q. 37, art. 2, ad 3m

rum in se consideramus et ad invicem comparamus, constat ex revelatione, et porro, hac revelatione posita, scientia fidei confirmatur secundam personam procedere per generationem, adeoque Verbum, quod per intellectionem a prima persona procedit, esse et vere dici genitum, Unigenitum, Filium Patris; tertiam vero personam, quæ per volitionem ab utroque Patre et Filio, tamquam ab uno principio, procedit, non generatione sed alia diversa processione produci, quæ spiratio dicitur, sicut Spiritus sanctus vocatur tertia persona.

Jamvero, ut sæpius diximus, divina revelatio descendit ad nos secundum modum nostrum, hoc est, cum notionibus multiplicibus perfectionum, quas ex creaturis jam habemus, connectit exque his intelligibilem nobis reddit cœlestem de Deo doctrinam. Habemus autem ex creatis notionem generationis, quæ est productio viventis a vivente principio conjuncto in similitudinem naturæ; quam quidem notionem, quæ non univoce aptatur Deo et creaturæ, sed perfecte ac maxime proprie Deo, analogice tantum creaturæ secundum divini exemplaris adumbrationem, nunc oportet distinctius considerare, ut videamus quomodo, remotis omnibus imperfectionibus generationi creaturæ implicatis, sola processio per formalem rationem intellectus in Deo, seu processio Verbi sit proprie et perfecte generatio. Modum autem removendi omnem imperfectionem indicat ipsa revelatio non solum generice docendo infinitam Dei perfectionem, sed et speciatim declarando generationem ut intellectualem, ita ut utrumque nomen Verbum et Filius unam eamdemque rationem indicet sub diversa analogia.

Est igitur generatio *processio viventis a principio vivente*. Eo autem nobilior est generatio, quo natura ac vita gignentis ac geniti est nobilior.

A principio conjuncto, non extraneo, adeoque ex ipsa natura ac substantia gignentis, non ab extrinseco, fit generatio. Quo perfectior est productio ex substantia producentis, eo perfectior generatio.

In similitudinem naturæ, illud scilicet intrinsecum principium fœcunditatis ex se ordinatum sit oportet ut communicetur natura producentis in productum. Quo autem perfectior est communicatio et unitas naturæ in utroque, gignente ac genito, quoque magis intrinsecum ac essentiale est principium istud fœcunditatis, et perfectius in actu, eo perfectior generatio.

Quibus positis, statim reflectendo intelliges processionem Verbi intellectualem perfectissime illas notas verificare, quas in creata generatione imperfecte deprehendimus; adeoque, generatio, quæ secundum nominis impositionem primum dicitur de creaturis, secundum rem significatam primum et principaliter est in Deo, in creaturis solum analogice per aliquam participationem.

Atvero, nondum apparet quomodo processio Verbi per intellectionem, quæ vera generatio est, distinguatur a processione Spiritus sancti per volitionem, quæ generatio dici nequit. Videntur enim omnia prædicta verificari etiam in processione sancti Spiritus. Et revera, nisi ex revelatione hujus diversæ processionis, forte notionem generationis accuratam non haberemus. In creatis enim nulla processio est analoga processioni Spiritus sancti, ideoque hæc nomen speciale non habet, nisi spirationis ex nomine ipsó Spiritus sancti, aliunde omnis processio in creatis viventis a principio vivente conjuncto in similitudinem naturæ est generatio. Porro processio Spiritus sancti est viventis a vivente principio conjuncto in similitudinem naturæ, saltem hoc sensu quod vere communicatur natura non modo similis, sed identica. Quomodo igitur eidem non aptatur definitio? Docebit hoc revelatio, quæ sic definitionis datæ plenum et accuratam sensum declarat. Videlicet verba: *in similitudinem* naturæ, quæ creatæ generationi materiali sensu aptare sufficit, cum non sit alia processio talis in creatis, nisi generatio, esse sumenda sensu formali, ut sit definitio plena et accurata, divinæ Verbi generationi perfecte et proprie, creatæ generationi imperfecte et

analogice aptata. Sensu formali ea verba sumendo, est reapse generatio; sensu materiali, potest esse generatio, et est in creatis, vel esse potest processio, ut est processio Spiritus sancti. Sensus formalis est, ut ipse modus procedendi essentialiter sit *in similitudinem qua talem*, seu quod non solum producatur natura similis, vel communicetur identica natura seu substantia, sed ex ipso modo processionis producatur *imago substantialis* producentis. Hoc, ut patet, in sola generatione, tum creaturarum, tum Verbi divini verificatur, non in processione Spiritus sancti. Verbum est imago substantialis Patris, Spiritus vero sanctus non est eodem sensu (1) imago sive Patris sive Filii. Unde rursum vides idem esse secundam personam tamquam imaginem substantialem procedere seu esse genitum et Filium, ac procedere per intellectionem seu tamquam Verbum.

Scilicet Spiritus sanctus non per intellectionem, sed per volitionem procedit. Jamvero, dum intellectus ex ipsa natura sui actus intelligendo producit expressam similitudinem rei intellectæ, voluntas volendo ex natura actus non similitudinem rei amatæ producit, sed inclinationem ad rem amatam et complacentiam in ea, quæ quidem intellectionem præsupponit, cum nihil sit volitum nisi præcognitum.

138. Sic deducimur ad aliud fidei punctum, quo docetur Spiritus sanctus a Patre Filioque, tamquam ab uno principio, procedere. Etenim, in re ipsa idem est Spiritum sanctum volitione seu amore procedere,

1) Aliquando quidem dicitur Spiritus sanctus, imago, mens, Verbum Filii a quibusdam Patribus, sed ex sensu tantum ut a Filio procedere intelligatur, eique esse consubstantialis: ita ut quasdam notas imaginis habeat, non tamen omnes. Imago enim tria requirit: 1° ut sit similitudo ad rem, cujus est imago; 2° ut sit derivata ab archetypo; 3° ita quidem ut modus ipse derivationis ex intrinseco natura sua tendat ad exprimendam similitudinem. Unde imago naturalis non est nisi per generationem. Secundum duas priores notas dici potest aliquo sensu Spiritus sanctus imago Patris ac Filii, non vero stricto et proprio sensu, secundum quod e tertia nota resultat.

ac procedere a Patre et Filio, et esse tertiam divinæ Trinitatis personam.

Quod ut rite intelligatur, denuo in memoriam revocetur sæpe inculcata veritas, in Deo ex infinita perfectione perfectaque simplicitate, nihil esse distinctum nisi per relationis oppositionem, nullam vero oppositionem nisi ex origine unius ab altero. Item nullam esse in divinis prioritatem, non solum temporis, sed nec naturæ, imo nec rationis, *in quo,* ut explicavimus, sed tantum, *a quo* seu ratione originis, et hunc esse solum ordinem trium personarum, intrinsecum quidem ac necessarium. Unde prius non est, ne ratione quidem, esse Patrem quam Filium, nisi sola origine, nec similiter Patrem et Filium esse, quam Spiritum sanctum: non enim intelligitur Pater, nisi Pater Filii, nec Filius nisi Patris; nec intelligitur Pater et Filius, nisi principium spirans Spiritum sanctum, nec Spiritus sanctus nisi procedens a Patre et Filio: re quidem vera, non est nec intelligitur Pater, nisi communicans Filio omnes perfectiones et rationes formales, sola excepta ratione formali Patris et Filii, adeoque Filius habet a Patre communicatam naturam divinam etiam sub formali ratione spirationis activæ, adeoque tam intelliguntur Pater et Filius principium spirans Spiritum sanctum quam intelliguntur vere Pater et vere Filius, nec porro intelligi possunt Pater et Filius ut vis spiratrix, nisi simul intelligatur Spiritus procedens. Aliis verbis, spiratio activa non realiter sed ratione tantum est distincta a paternitate in Patre, et a filiatione in Filio, et in pleniore conceptu paternitatis ac filiationis divinæ includitur, unde nec constituit personam; quemadmodum innascibilitas seu esse ingenitum, ut notio primæ personæ, includitur in conceptu pleniore paternitatis divinæ, tamquam personæ ex intrinseca perfectione et rei natura principii cæterarum, non procedentis, sicut hæ ex intrinseca perfectione ac rei natura procedentes.

Unde, etiamsi abstrahamus a veritate revelata Spiri-

tum sanctum a Patre Filioque procedere, ex aliis veritatibus revelatis, trium distinctarum personarum, certo demonstratur Spiritus sanctus a Filio æque ac a Patre procedere, seu ut Græci et Orientales Patres sæpius dicunt, procedere a Patre per Filium, non re significata sed modo significandi diverso, videlicet, a Patre ut a principio primordiali communicante vim spiratricem Filio, per Filium, ut habente vim spiratricem generatione communicatam.

Nec dicas, etiamsi ponatur Spiritus sanctus a solo Patre procedere, tamen eumdem Spiritum distinctum intelligi a Filio, per relationem disparatam, cum diverso modo procedat, eumdemque ut tertiam ordine personam concipi, cum Filius per intellectionem, quod natura prius est, Spiritus vero per volitionem procedat.

Respondetur enim eum, qui ponit Spiritum sanctum a solo Patre procedere, eo ipso destruere conceptum verum Patris, et Filii necnon Spiritus sancti, cum ponat Patrem non communicare vim spiratricem Filio, adeoque Patrem non esse vere Patrem, nec Filium vere Filium, unde consequens est nec esse vere Spiritum sanctum. Quod autem Spiritus sanctus volitione procedit, intellectione vero Filius, hoc idem est dicere ac Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio, una spiratione communi utrique, cum Filius vim spiratricem tamquam intellectualiter procedens a Patre communicatam habet. Et licet in genere dici possit prius natura esse intelligere quam velle, tamen in Deo vere natura prior dici nequit processio per intellectionem processione per volitionem, quasi intelligi possit prior illa ordine processio cum præcisione ab hac altera, nam eo ipso quod Pater et Filius est, intelligitur esse Spiritus sanctus, una utriusque volitione seu spiratione, quæ ratione tantum a paternitate et filiatione distinguitur, procedens. Unde reipsa, ut diximus, hæc tria unum sunt, quod Spiritus sanctus volitione procedit, quod a Patre Filioque procedit, quod tertia est divinæ Trinitatis persona. *(Continuabitur.)*

Quæstiones pro Conferentiis

mensis Januarii 1899

—

I

Explana Nehem. V, 5: « *Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: et sicut filii eorum, ita et filii nostri.* »

II

Expone quænam sit impotentia moralis qua laborat homo lapsus relate ad vincendas tentationes.

III

Quomodo procedendum est in reconciliandis hæreticis adultis cum Ecclesia?

IV

Da notionem Transsubstantiationis.

V

Præsupposito sensu reali verborum Institutionis « *hoc est enim Corpus meum* », ex ipsis erue conversionem fieri totius substantiæ panis et vini in Corpus et Sanguinem Christi.

VI

Quid requiritur ex parte *delicti*, ad censuras incurrendas?

Observationes et monita

circa Conferentias ecclesiasticas

desumpta ex epistola circulari Ill^mi ac Rev^mi Episcopi Brugensis ad Clerum suum, de die 15 Oct. 1898.

1° In Domino gaudemus de prospero successu regiminis novi, quod ante tres annos circa conferentias præscripsimus. RR. DD. Vicepastorum collationes ferme omnes assidue frequentantur, rite instituuntur, atque, ut ex responsis liquet, optimos afferunt fructus. — Plures etiam RR. DD. Pastorum cœtus conferentiarum responsa vel horum synopsim ad Nos jam transmittunt, et spem fovemus ut imposterum cæteri omnes hac in re desiderio adhortationique Nostræ sint obsecundaturi.

2° Sciant RR. DD. Directores, cuivis animarum ministerio addicti, sese, haud secus ac Vicepastores, teneri ut responsa sua, nomine suo subsignata, ad aulam episcopalem mittant.

3° Mens nostra est ut unaquæque conferentia *omnes* solvat quæstiones in Periodico *Collationes Brugenses* pro singulo mense propositas, etiamsi minori quam sex membrorum numero constet. — Quod si forte conferentia aliqua ultra sex socios complectatur, unusquisque tamen sodalis saltem unam ex istis quæstionibus solvere tenetur.

4° Prohibemus ne Vicepastores *omnes* ejusdem parochiæ ruralis uni eidemque conferentiæ cum aliarum parochiarum sacerdotibus associentur. Secus enim necessario fieret ut quandoque vel omnes simul sint absentes a loco residentiæ suæ, vel saltem unus a frequentanda conferentia impediatur. Præterea si occurrat impedimentum (puta ob solemnes exequias in ista parochia celebrandas) die habendæ collationi præ-

fixa, hæc vix aut ne vix quidem institui posset propter absentiam sociorum fere omnium.

5° In nonnullis civitatibus, quædam conferentiæ, nimio sociorum numero constantes, utilius in duas dividerentur. — (1)

(1) Rogantur Conferentiarum Secretarii ne simul cum collationum responsis, *sub una vitta*, ad aulam episcopalem mittant postulata aliave scripta ad alterius generis negotia spectantia.

Responsa

ad quæstiones in Conferentiis mensis Octobris propositas

—

I

Q. Commentare Jo. I, 1: *Et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum.*

R. *Et verbum*, ὁ λογος, illud idem verbum quod erat in principio, seu subsistebat ab æterno, *erat*, subsistebat, nempe in principio seu ab æterno, *apud Deum*, προς τον Θεον, apud Deum Patrem, cujus erat verbum hypostaticum « apud Deum tamquam apud Patrem ex quo nascebatur et originem ducebat. Ut enim verbum solitarium intelligi nequit, quod non ab auctore aliquo, loquente, dicente, aut cogitante depromatur, ita cum dicit Evangelista, Verbum fuisse apud Deum, tunc cùm nihil præter Deum ipsum esset, intelligendum dat, fuisse Verbum ipsius Dei, tamquam auctoris, quod est, Patris: et præter diversitatem personarum, docet unius personæ ex altera originem atque egressum, nimirum, Verbum ita distinctum persona a Deo esse, ut ex Deo natum: quod tamen nascendo et egrediendo ex Deo, non sepa-

retur aut sejungatur à Deo, ne eo modo intelligas esse apud Deum, sicut Filius homo est apud matrem mox à partu, tamquam res adjacens : nam nec verbum intellectuale hominis, separatur ab intellectu cujus verbum est. Sed hominis quidem verbum accidens est, et res inhærens, non per se subsistens : Verbum autem Dei per se subsistit, personâ distinctum à Deo ex quo gignitur et à quo non separatur, ut quod proximè ad Deum accedat, consors et socium, adeoque proles divinæ mentis et Filius Dei. Hoc est, Verbum esse apud Deum. » Luc. Brug.

« In græcitate N. T. præpositio προς cum accusativo non raro idem sonat ac παρα cum dativo, *apud*. Ita Matth. 13, 56; Act. 5, 10; Marc. 6, 3; I Cor. 16, 6. Cf. Jo. 17, 5, ubi idem conceptus; habet autem: παρα σοι. » Corluy.

Nomen *Deum*, τον Θεον, supponere pro persona Dei Patris, colligitur « tum ex apposito Articulo; tum ex loco Joannis (1 Jo. I, 2) parallelo, *annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis;* tum ex eo quod Verbum, utpote Deus, dici nequit esse *apud* naturam divinam. Maluit autem Joannes *Deum* potius quam *Patrem* hic nominare, ut ex ipsis nominibus illico appareret Verbi, quod statim dicit, cum Patre consubstantialitas » Liagre.

Præterea « non dicit *apud Patrem*, quia secundam SS. Trinitatis Personam non *Filium*, sed *Verbum* vocaverat » Corluy.

His igitur verbis docet Evangelista Verbum à Deo personâ distingui. « Quocirca abstinuit hîc à præpositione *in*, *ne auferendæ*, inquit Basilius, *hypostaseos occasionem daret:* id est, ne Verbum in Deo esse, eo modo intelligeres, quo conceptio humani animi in humano animo est, ut accidens scilicet in subjecto... Nam ubi periculum non est confundendarum hypostaseon seu personarum, utpote ubi *Filii* aut *Unigeniti* nomine utitur, non abhorret Evangelista à præpositione *in*.

Infra 14, v. 10: *Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est?* rursus hoc ipso capite v. 18: *Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Quamquam non tantùm ob illam causam hic abstinuit à præpositione *in*, verùm etiam ob eam, quòd Verbum in Deo esse, significet, Verbum ejusdem essentiæ ac naturæ cum Deo esse: quod non vult dicere his verbis, verùm hoc, Verbum personam esse per se subsistentem, id est, subsistentià à Deo distinctam. Id significat præpositio *apud: neque enim proprie apud seipsum esse quis dicitur, neque quod per se non subsistit, apud alium esse dicitur, sed in eo* » Luc. Brug.

Et Deus erat verbum, και Θεος ην ὁ λογος. « Subjectum in hac enunciatione sine dubio est *Verbum*, ut in prima et secunda enunciatione, ubi pari prorsus syntaxi vox *Verbum* regit vocem *erat*. Id etiam suadet articulus præpositus nomini λογος, non autem nomini Θεος, utpote Prædicato. Adde quod Joannes, quum de Verbo hic ageret, quid hoc Verbum esset, docere nos debuit: quod nondum fecerat. Sensus igitur est: Et Verbum erat Deus, persona scilicet divinam habens naturam » Liagre.

Præmittitur autem prædicatum: « *a*/ ad emphasim ponendam in divina Verbi natura; *b*/ quia toto hoc capite et alibi apud Joannem est usus incipiendi novam sententiam per vocem ultimam præcedentis. Cf. v. 4, 5, 8, 9, 10. — Θεος sine articulo hic supponit pro natura divina: est ergo nomen *qualitatis*. Articulum congrue ponere non poterat, sic enim Verbum confunderetur cum τῳ Θεῳ, apud quem erat Verbum » Corluy.

« Ariani, ut hoc argumentum elevarent, opponebant Patrem dici τον Θεον, cum articulo, Verbum autem seu Filium, sine articulo, Θεον, colligebantque hunc non natura, sed quadam participatione Deum appellari. Inane commentum. Articulus enim nomini Θεον hic non est appositus, tum quia illud est Prædicatum, tum ut ambiguitas vitetur, quum in proxima enunciatione ὁ Θεος

dictus sit Pater. Ceterum ab ipso Joanne Θεος, sine articulo, de vero Deo non semel (Cf. Jo. 1, 6, 12, 18; III, 2; XIII, 3) adhibetur, et Christus *verus Deus,* ὁ αληθινος Θεος, est appellatus, I Jo. V, 20 » Liagre.

Igitur « cum primo illo suo axiomate, *In principio erat Verbum,* docuisset Evangelista, Verbum subsistere, et quidem ab æterno; secundo illo, *Et Verbum erat apud Deum,* asseruisset ita subsistere, ut ex Deo quidem sit, et consentaneum Deo, differens tamen personâ: tertio isto axiomate *Et Deus erat Verbum,* docet, ejusdem naturæ esse cum Deo ex quo est, adeoque etiam Deum, idque *à principio*, nam et hic repetendum hoc est ex primo axiomate » Luc. Brug.

G. V. D. P.

II

Q. *Demonstra ad omne opus salutare internam gratiam supernaturalem (sive habitualem sive actualem) esse absolute necessariam.*

R. I. Exponitur sensus propositionis. Opus salutare vocamus omnem actionem humanam qua homo positive tendit ad finem suum ultimum verum qui, in præsenti Providentiæ ordine, est supernaturalis. Sed hic duplex occurrit salutarium operum classis consideranda, etenim 1 vel homo jam conversus ad verum ultimum finem opera facit huic fini proportionata, quæ proinde meritoria sunt cœlestis gloriæ: illa opera omnem habent perfectionem ordinis salutaris et proinde illa vocamus opera *perfecte* salutaria; 2 vel homo nondum conversus ad verum ultimum finem, actionibus se *positive* disponit ad hunc justitiæ statum: talia opera nondum totam habent perfectionem, sed solum quamdam inchoationem ordinis salutaris; hæc opera vocamus *imperfecte* salutaria. Demonstrabimus primo ad opera perfecte salutaria, deinde ad opera imperfecte salutaria elicienda hominem

a semetipso absolute esse incapacem eamque incapacitatem auferri tantum dono interno et supernaturali h. e. gratia.

II. Demonstratio. 1. Homo ad opera perfecte salutaria edenda absolute indiget gratia : a Homo enim prout nunc nascitur, solis naturæ viribus relictus prorsus incapax est agendi salutariter. Nam, testante S. Scriptura : « Eramus natura filii iræ sicut et cæteri » Ephes. II, 8 (1). Ergo ex ipso ortu seu nativitate omnes homines sunt iræ divinæ obnoxii. Sed qui nativitate constituitur filius iræ, a divina dilectione extorris, nequit a semetipso ullam habere proportionem ad assecutionem finis qui in Dei possessione consistit, nec a semetipso edere actus qui eum conducant ad adipiscenda bona quæ tantum filiis adoptivis sunt destinata. Hæc absoluta hominis impotentia ad salutariter agendum iterum elucet ex verbis Christi : « Amen, amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei ». Jo. III, 5. Ergo homo qui naturali et carnali a parentibus ortu filius est iræ eget secunda nativitate : nisi quis renatus fuerit denuo » (Jo. III, 3), nativitate autem spirituali « ex aqua et Spiritu sancto » ut possit introire in regnum Dei. Proinde homo in semetipso consideratus est velut non natus in ordine ad vitam salutarem, novaque indiget nativitate et generatione qua vel primum in eo ponatur vitæ salutaris principium.

b Hoc porro principium unde venit ? A Christo Redemptore. Postquam enim docuerat Apostolus omnes homines natura esse filios iræ, pergit dicendo : « Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo (cujus gratia estis salvati)..... Ipsius (sc. Dei) enim sumus factura, creati in Christo Jesu in bonis operibus, h. e.

(1) Ad hujus loci interpretationem cf. *Collat. Brug.*, tom. II, p. 563.

ad bona opera exercenda) quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus » Ephes., II, 4, 5, 10.

Signate de operibus perfecte salutaribus agendo exponit Jesus quomodo requiratur influxus a se proveniens. Etenim sic proponit parabolam de vite et palmitibus : « Ego sum vitis vera et Pater meus agricola est... sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite, sic et vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites : qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum : quia sine me nihil potestis facere. » Jo. XV, 1-5. Christus quum dixerat « Ego sum vitis vera » addit : « et Pater meus agricola est » quibus verbis declarat se ut Messiam, ut Verbum *incarnatum* et proinde ut Redemptorem esse vitem. Porro docet rationem salutarium actuum humanorum esse mansionem in Christo, sicut ratio fructificationis palmitis est mansio in vite. Absoluta necessitas hujus mansionis in Christo docetur his verbis : sicut palmes non potest ferre fructum *a semetipso*, nisi manserit in vite : sic nec vos, nisi in me manseritis. Ergo absolute impossibile est ut homo a semetipso, h. e. viribus suis naturalibus, opera faciat perfecte salutaria, sicut impossibile est ut palmes ferat fructus sine ejus mansione in vite. Imo ad omnes omnino actus perfecte salutares requiri influxum Christi Redemptoris affirmatur ultimis verbis : « quia sine me nihil potestis facere » nempe in illo ordine in quo Christus est quoad nos vera vitis, h. e. in ordine redemptionis et salutis. Jesus hic loquitur de operibus perfecte salutaribus : nam hæc sunt quæ veram gloriam afferunt Deo : « In hoc clarificatus est Pater ut fructum plurimum afferatis » Ibid., V, 8 ; hæc sunt opera quæ ab hominibus proveniunt formaliter quatenus illi manent in Christo, ac proinde ejus redemptionis participes sunt et jam vita salutari vivunt, hac nempe vita de quâ Christus ait : « Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant ». Jo. X, 10.

Porro qualis est influxus Redemptoris ad omnia

opera perfecte salutaria requisitus in homine? Consideranti parabolam apparet esse id, a quo tamquam a vitali principio, *ut salutares* procedunt actus hominum, aliquod nempe principium quod natura saltem prius sit omni actu perfecte salutari, et quod actui omnem in ordine salutis dignitatem et valorem salutiferum conferat. Est ergo *internus* ille influxus; cæteroqui ut talis describitur in parabola, nempe ut vitalis succus in palmites fluens a vite. Est *supernaturalis* ille influxus: nam hoc fiunt homines participes redemptionis quæ est in Christo Jesu (Rom. III, 24), accipiunt ab Ipso vitam (Jo. X, 10), et ideo recte dicuntur creati in Christo Jesu in operibus bonis (Ephes. II, 10): jamvero ille status salutis prorsus oppositus conditioni filiorum iræ idem est ac status adoptionis filiorum quem supernaturalem esse demonstravimus. (Cf. *Coll. Brug.* tom. III, p. 558). Ergo ad omne opus perfecte salutare requiritur absoluta necessitate donum internum supernaturale. Abstinemus ab ulteriori hujus gratiæ inquisitione quæ non requiritur ad thesim nostram (1).

2. Reliquum est ut de homine nondum ad suum ultimum finem converso seu nondum justo coram Deo inquiramus utrum aliquod opus *imperfecte* salutare edere possit sine auxilio gratiæ. Jamvero supra ostensum est hominem, naturæ viribus relictum, esse prorsus incapacem edendi aliquod opus bonum quod pertineat ad ordinem salutis: homo enim quatenus natura est filius iræ et quatenus nova eget nativitate ut introeat in regnum Dei, declaratur omnino exclusus a via salutis et omni principio vitæ salutaris privatus. Præterea opera bona quæ a solis viribus homini propriis proce-

(1) Si urgetur metaphora, conclusio erit requiri ad actus perfecte salutares donum supernaturale *habituale:* mansio enim palmitis in vite et vitalis a vite in palmitem influxus aliquid permanens indicat. Hæc habitualis seu sanctificantis gratiæ necessitas alibi demonstratur. Ex solis S. Scripturæ verbis hujus parabolæ deduci nequit requiri ad omnes justorum actus salutares præter habitualem etiam actualem gratiam.

dunt nullum jus conferunt ad media salutaria obtinenda, nec ad ea positive disponunt : « Gratia estis salvati per fidem et hoc non ex vobis : Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur Ephes. II, 8-9. Quodlibet ergo opus quod positive quamvis imperfecte pertinet ad ordinem salutis, est supra omnem facultatem et exigentiam naturæ humanæ ; unde intelligitur ad tale opus eliciendum requiri absolute aliquod principium supernaturale internum a quo actus humani eleventur ad ordinem salutarem et accepti fiant coram Deo. Hoc docet Ecclesia : « Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare, ut expedit, aut eligere, sive salutari idest evangelicæ prædicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione et inspiratione Spiritus sancti.... hæretico fallitur spiritu.... » Conc. Araus. II, can. 7, apud Denzinger *Enchir.* n. 150. « Si quis dixerit, sine præveniente Spiritus sancti inspiratione atque ejus adjutorio hominem credere, sperare, diligere aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur ; A. S. — Conc. Trid. Sess. VI, De Justificatione, can. 3, apud Denzinger *Enchir.* n. 698. (Cf. *Collat. Brug.* tom. III, p. 563 et seq. ubi exponitur in hac definitione agi de dono interno ac supernaturali.)

J. V. D. M.

III

Q. *Explica in quo consistat reviviscentia sacramentorum.*

R. Reviviscentia consistit in eo quod sacramentum, valide collatum sed infructuosè receptum, postea, cum ritus externus seu signum sacramentale jam desierit, gratiam sacramentalem conferat, obice remoto.

Explicatur :

Valide collatum : cum debita nempe materia et forma administratum, a ministro ministerialiter cum requisita

intentione agente, subjecto capaci et intentionem habenti, si adultus sit, saltem habitualem implicitam.

Infructuose receptum: cum *obice gratiæ* seu cum fictione *accidentali* (1) quæ prohibet gratiam ne infundatur, sive ex natura rei sive vi ordinationis positivæ Dei. Talis esset defectus attritionis de mortalibus in baptismo adulti, vel conscientia peccati lethalis in sacramentis vivorum.

Gratiam confert eamque *sacramentalem,* habitualem nimirum cum ordine de se infallibili ad gratias actuales speciales et ad beneficia peculiaria, juxta superius dicta p. 565.

Cum ritus externus seu signum sacramentale jam desierit: qua de causa non dicitur SS. Eucharistia reviviscere cum ficte priùs suscepta, dein, obice *ante specierum consumptionem* remoto, gratiam inducit eucharisticam: remanentibus enim speciebus, eo ipso adhuc subsistit signum sacramentale. (2)

Hucusque de notione reviviscentiæ communiter intellectæ et *simpliciter* dictæ, quæ competit sacramento simpliciter informi seu recepto cum gratiæ obice simpliciter.

Atvero, quemadmodum datur infructuositas *simpliciter*, quam nempe producit gratiæ obex simpliciter, ita et habetur infructuositas *secundum quid*, quæ consequitur receptionem sacramenti cum gratiæ obice secundum quid. Uti enim supra jam innuimus p. 516, occurrere potest defectus dispositionis requisitæ non quidem ut gratia infundatur simpliciter, sed 1/ ut gratia altiori gradu infundatur et copiosiori mensura, vel etiam 2/ ut connectatur cum gratia habituali concessio gratiarum

---

(1) *Obex gratiæ* vel obex seu fictio *accidentalis* contradistinguitur ab obice seu fictione *essentiali*, impedienti non tantum efficaciam sed ipsum valorem sacramenti, qualis esset defectus intentionis in adulto. Cfr. Ex. Lahousse *De Sacram. in genere* nº 120.

(2) Intacta relinquitur quæstio de ipso momento quo gratia confertur in SS. Eucharistiæ susceptione.

actualium et beneficiorum specialium, ad quæ gratia habitualis dicit relationem infallibilem, dummodò non sit obex. Sic in adulto baptizando defectus attritionis de solis venialibus non obest quidem gratiæ baptismali, sed frustrat neophytum integrali et completa remissione peccatorum, quoad reatum culpæ et consequenter quoad reatum pœnæ.

Jamvero, sicut sacramento, simpliciter informi, vindicatur reviviscentia ad gratiam simpliciter, cur non posset sacramentum, infructuosum secundum quid, reviviscere, non dico in ordine ad gratiam ampliorem, defectu remoto minoris dispositionis, (quod communius rejicitur, teste De Lugo Disp. IX n. 95) sed in ordine ad beneficia specialia, ad effectus, inquam, secundarios sacramenti, obice ad hosce ablato?

Revera, uti vidimus supra p. 522, ratio intima qua nititur reviviscentia, est in illa entitate prævia (re et sacramento), a sacramento valido, in subjectum utut indispositum semper inducta, quæ in omnibus sacramentis, si Eucharistiam excipias, remanet etiam post signum externum jam præteritum, et ad modum causæ materialis efficaciter postulat gratiæ infusionem.

Gratia autem quæ sic postulatur infundi, præcise est gratia *formaliter qua specialis est*. Donec ergo et ipsa beneficia concedantur, ad quæ ordinatur gratia in quantum est specialis, dictæ entitatis exigentiæ non est factum satis; hæc nempe forma prævia remanens est titulus ad illa beneficia non secus ac ad ipsam gratiam simpliciter.

Nota. Non videtur opportunum latius inquirere de gradu gratiæ a sacramento reviviscente operatæ: num scilicet æqualis semper infundatur et in minimo gradu, an potius inæqualis juxta dispositionem subjecti obicem removentis. Quæ quæstio pendet tota a divina institutione, quam, uti ait Suarez qu. 69, disp. 28 § 4, conjecturis potius quam firmo aliquo argumento investigare possumus.

Non apparet tamen quo jure aliter esset loquendum de mensura gratiæ, quæ vi reviviscentiæ confertur, quam de mensurà qua infunditur gratia in sacramento statim efficaci, cum idem plane modus sit operandi, saltem in sententia exposita de causalitate sacramentorum. Cæterum idem suadetur ex Tridentino, *universim* docente gratiam conferri « secundum propriam uniuscujusque dispositionem ». Sess. VI, cap. 7° cfr. Lahousse l. c. n° 135.

A. D. S.

IV

Q. *Proba Baptisma validum sed informe reviviscere, obice remoto; addendo qua ratione obex removeatur.*

R. I. *Probatur reviviscentia Baptismi,*
et quidem A reviviscentia *simpliciter: 1m Argum.*, fundamentale et intrinsecum, latet in modò memorata efficacia *rei et sacramenti*. In Baptismate nimirum *rem et sacramentum* jam ostendimus esse characterem, qui nulla indispositione repulsus, indelibiliter manet animæ impressus, adeoque usque ad ultimum instans vitæ indesinentur sollicitat, quantum in se est, gratiæ infusionem. Cfr. S. Thom. in IV, dist. 4, qu. 3, art. 2, qu. 3.

2m *Argum.* Cæteroquin sententia reviviscentiam denegans sacramentis et signanter Baptismo, non admodum congruit cum Providentia divina, instituente sacramenta ad subveniendum variis necessitatibus vitæ christianæ. In hac namque hypothesi, ob momentaneam indispositionem etiam inculpabilem, posset homo, per vitam integram, privari gratia baptismali, saltem quatenus specialis est; subtraheretur scilicet ipsi gratia, in quantum jus importans ad gratias et beneficia specialia, quibus mediantibus erat regenerandus homo, atque aptior et expeditior reddendus ad munus obeundum, ad quod charactere deputatur, et sic finis fallere-

tur ad quem magnum hoc sacramentum est divinitus ordinatum.

Præter hoc duplex argumentum, proportione servata (1) applicabile cæteris sacramentis, Eucharistia excepta, inducimus et

3m *Argum.*, proprium omnino Baptismati. Nimirum si Baptisma non revivisceret, non modò plures in adulta ætate baptizati, destituerentur gratia sacramentali, *qua specialis est,* sed et aditus ipsis occluderetur ad *omnem justificationem* et ad gratiam communiter dictam. Quomodo namque remissionem consequerentur peccati originalis, et cujuscumque culpæ lethalis, Baptismo præviæ? Non sane per absolutionem sacramentalem in Confessione, cum absolutio non attingat nisi peccata in quæ sacerdos gaudet jurisdictione, quæ plane deficit in peccata commissa antequam homo charactere baptismali fuerit insignitus. Dices: per contritionem perfectam. Sed contritio perfecta post Baptisma necessario includit sacramentum Pœnitentiæ in voto nec adeo plus valet quam ipsum sacramentum in re susceptum. Frustra item recurres ad Baptismum flaminis seu desiderii; sacramentum enim est initerabile: unde semel validè ablutus incapax est alterius sacramenti Baptismatis adeoque et voti ejus. Cfr. Suarez qu. 69, disp. 18, S. 4.

B/ Probatur reviviscentia *secundum quid.*

Hanc ut ultro admittas, sufficit componere dicta sub fine qu. III cum utroque priore argumento hic indicato sub A/. Cui cæterum reviviscentiæ qui assentitur, melius intelliget quomodo dicat Conc. Florent., in decreto pro Armenis: « baptizatis (adultis) nulla pro peccatis præteritis injungenda est satisfactio, sed morientes,

(1) Dicitur « proportione servata » quia duplicatum hoc argumentum strictius urget pro sacramentis characterem indelibilem imprimentibus, sed valet etiam pro Matrimonio et Extrema Unctione, respective pro tempore ejusdem conjugii vel morbi periculosi. Pro Pœnitentia specialis instituetur sermo.

antequam culpam aliquam committant, *statim* ad regnum cœlorum et Dei visionem perveniunt ».

Utique non rari ad Baptismum accedunt adulti, affectu quodam saltem habituali ad veniale peccatum laborantes, qui adeoque, ob obicem secundum quid, non illico mundantur ab omni reatu culpæ et residuæ pœnæ. Atvero in ipso primo instanti mortis (quod et ultimum est vitæ), fit ut anima prorumpat in actum ferventem charitatis, tollentem omnem affectum ad venialia; obice autem sic remoto, sacramentum reviviscit ad effectum suum secundarium, ita ut jam nulla culpa remaneat nec pœna luenda.

II. *Modus removendi obicem*:

1° Obex *secundum quid*, scil. defectus attritionis de *venialibus*, removetur per attritionem de iisdem seu retractationem affectus ad venialia.

2° Obex *simpliciter* esse potest vel culpabilis vel inculpabilis. *Inculpabilis* seu materialis et negativus, seu defectus, *qui non attenditur*, attritionis de *mortalibus* item aufertur mere supplendo defectui, id est, retractando affectum ad mortalia; supponimus autem peccata gravia inde a receptione Baptismi non intercessisse (1).

Culpabilis seu formalis, positivus vel contrarius est « quando illa dispositio (puta attritio) *voluntarie* omittitur, vel in ipsa susceptione quis peccat graviter, v. g. consentiens in cogitationem malam ». Lahousse n. 120. Tunc sacramentum non tantum informe recipitur sed et sacrilegè.

Jamvero hic non aufertur obex nisi per sacramentum Pœnitentiæ vel ejus votum in contritione perfecta.

Opponunt quidam, uti De Lugo, *De sacramento Pœnitentiæ*, disp. XVI s. 1ª; S. Alph., l. VI n. 427; Lehmk.,

(1) Profecto si peccata mortalia Baptismum sint subsecuta, recursus urget ad sacramentum Pœnitentiæ in re vel in voto, cum Baptismus in illa nihil valeat; ast hoc est per accidens (relate ad remotionem obicis) et mere comitans, quia nempe unum peccatum mortale sine alio remitti nequit.

II n. 262, peccatum fictionis non esse materiam sacramenti Pœnitentiæ et per Baptismum reviviscentem esse remittendum, adeoque sufficere de illo atteri, ut obex removeatur.

At immerito, uti videtur, cum non convincens sit ratio quam afferunt, nempe peccatum sacrilegii *non esse posterius* Baptismi receptione et characteris impressione, ita ut peccati momento sacrilegus nondum sit subditus Ecclesiæ. Nam Baptisma si non *tempore* saltem *natura prius* est peccato fictionis, cum prius natura sit Baptismum esse quam ejus impediri virtutem. Nimirum sacrilegus non ponit impedimentum ipsi Baptismati sed ipsius effectui; effectus autem natura præsupponit causam.

Sane passim inchoata jam est fictio ante Baptismum, et eatenus per Baptisma reviviscens deletur, sed non consummatur saltem *ut est opus externum* (1), nisi eo momento, quo prioritate naturæ jam existat sacramentum, et characteris impressione jam Ecclesiæ subditus constitutus sit ficte accedens ad sacramentum.

Simul autem ac rite suscipitur sacramentum Pœnitentiæ, vel actus elicitur perfectæ contritionis, remittitur peccatum sacrilegii ac obex removetur ad effectum baptismalem, adeoque eo ipso momento Baptismus reviviscit ad gratiam abluentem omnem maculam peccati originalis et personalis Baptismo anterioris, « et sic ad Baptismatis effectum (2) consequendum concurrit

(1) Dicitur « saltem ut est opus externum » quia etiam si dicas intentionem in qua tota consistit malitia actus, fuisse totam Baptismo anteriorem, repono sufficere ut ipse *actus* (non effectus passivus) *externus* sit posterior, siquidem ipsum opus externum denominatur peccatum, et ut peccatum externum est in confessione declarandum, eo vel magis quod hic in supposito sit saltem virtualiter voluntarium. Cfr. Ill. ac Rev. Waffelaert, *De Blasphemia* n. 36 cum nota. Quæ omnia haud satis attendisse videtur De Lugo l. c. n. 16 et 17, contra thesim nostram arguens.

(2) Dicitur « ad effectum Baptismatis », quia ad effectum suum proprium scilicet ad remissionem sacrilegii (et pariter aliorum forsan peccatorum post Baptisma commissorum) conducit Pœnitentia tanquam

Baptisma et Pœnitentia, sed Baptismus sicut causa per se agens. Pœnitentia sicut causa per accidens, id est removens prohibens ». S. Thom. III, qu. 69, art. 10, ad 2m.

A. D. S.

V

9. Contra Græcos schismaticos ostende validum esse Baptismum infusione collatum, non secus ac immersione.

R. ***Introductio historica.*** Jam a tempore quo nefarium schisma Græcorum est consummatum (1053), legimus in postulatis a Michaele Cærulario inductis contra Ecclesiam Occidentalem, quod hæc non conferret Baptisma *immersione*. Porro, anno 1756, patriarcha Cyrillus, hac de re consultus, solemnem decevit Baptisma infusione esse invalidum et renovandum. Cfr. Pisani *A travers l'Orient* p. 93 et 94; Tournebize, *Revue Religieuse* 1893 tom. 76 p. 617 et tom. 77 p. 377 et seq.

Nonnulli vero, anno neque 1895, occasione Encyclicæ Leonis XIII *Præclara*, per unione Græcorum, 20 Junii 1894, prodiit documentum speciale, a patriarcha Constantinopolitano Anthimo VII editum, et a plurimis Episcopis subignatum, in quo rodum benevolæ et charitate plenæ invitationis: « Pariterque omnes obsecramus, e contra acri et arroganti semione vehementer invehamur in ipsam Ecclesiam Romanam, quam affirmant vocare « l'Église papique ». Cfr. Duchesne, *les Églises séparées* p. 59 et seq.

Ecce igitur ab eis quos vocant Latinis, quod Baptismum conferant aspersione vel infusione, cum solum valeat immersione administratum, ad modum Græcorum. « Si les Occidentaux venaient à pouvoir que, d'accord avec l'enseignement des saints Pères et des saints Conciles œcuméniques, l'Église romaine d'Occident, alors orthodoxe..... admettait... le

---

causa per se et principalem gratiam ab peccatum, quæ semper non habet ab [illegible] remotionem peccatorum, quod gratia baptismalis relate ad peccata Baptismo [illegible].

baptême par aspersion (ou affusion) au lieu du baptême par immersion... nous n'aurions absolument rien à dire ».

Argumenta autem quædam, in favorem usus exclusive validi Baptismatis per immersionem, afferunt: « ..... le Pape Pélage qualifie cette triple *immersion* de précepte du Seigneur, et les vieux baptistères d'Italie sont disposés d'une façon qui suppose, que jusqu'au 13e siècle, l'immersion était encore en usage ».

Non igitur inopportunum erit thesim hanc Orientalium æquæ crisi subjicere et argumenta librare quibus illi eamdem fulcire conantur. Ipsi opponemus sententiam catholicam: Indifferenter quoad valorem conferri Baptismum immersione vel infusione vel etiam aspersione, modo fiat vera ablutio, juxta dictum Angelici Doctoris, III, qu. 66, art. 7, ad 1: « quod fiat ablutio hoc vel illo modo, *accidit* Baptismo ».

Requidemvera, cum integra obtineat significatio sacramentalis regenerándi *in quavis ablutione*, requiritur positivum argumentum attestans voluntatem Christi expressam, specifice determinantis ablutionem esse faciendam per immersionem.

Jamvero simile testimonium sive explicitum sive implicitum prorsus desideratur:

1°/ *In S. Scriptura:* Unicus textus qui posset contra nos adduci habetur in Epistola *ad Rom.*, VI, 3 et 4 « An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti... »; qui textus ostendit adnexam esse Baptismo significationem mortis, sepulturæ et resurrectionis Christi, quæ significatio non videtur verificari nisi in immersione cum emersione. Sed præterquam quod dicta significatio *accidentalis* tantum sit et secundaria, optime facit solutio S. Thom., l. c. ad 2m: « In immersione *expressius* repræsentatur figura sepulturæ Christi...; Sed in aliis modis baptizandi repræsentatur *aliquo modo*, *licet non ita expresse:* nam quocumque modo fiat ablutio, corpus hominis vel aliqua pars ejus aquæ supponitur,

sicut corpus Christi sub terra fuit positum ». Nimirum caput, totum corpus repræsentans, in affusione quadamtenus immergitur aqua infusa, (in figuram sepulturæ Christi), e qua defluente emergit in signum resurrectionis dominicæ. Cfr. egregie scripta a Gregorio Nysseno, in *catechetica oratione* c. XXX.

2°/ *In Doctrina Ecclesiæ*. Hic obviam habemus testimonium Pelagii Papæ in synodali documento contra nos invocatum, quod reperire est in Decreto Gratiani, *De Consecratione*, Dist. IV, cap. 82: « Multi sunt qui in nomine solummodo Christi una etiam mersione se asserunt baptizare. Evangelicum vero præceptum ipso Deo et Domino Salvatore nostro Jesu Christo tradente, nos admonet in nomine Trinitatis, trina etiam mersione, sanctum Baptisma unicuique tribuere, dicente Domino discipulis suis: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. »

Ex obvie inspecta tum redactione textus, tum ipsa argumentatione ex verbis Domini, patet, id quod formaliter intendit Pontifex in illo responso ad Gaudentium Episcopum, esse ut omnes baptizentur *in nomine SS. Trinitatis*, quam significat trina mersio, contra quam multi unicam usurpabant mersionem, in ea intendentes baptizare *in nomine Jesu*, tacita mentione SS. Trinitatis; minime vero opponit immersionem infusioni; quod indubium apparebit conferenti cap. 30 hujus distinctionis ex eodem Pelagio ad eumdem Gaudentium, necnon et caput 30, ex canonibus Apostolorum desumptum.

3°/ *In usu Ecclesiæ primitivæ*. Non censemus negandum primitus, etiam in Occidente, in usu fuisse Baptisma immersionis (1); sed certe multum abest quominus

(1) Duchesne, in prælaudato opere p. 93 et seq. videtur opinari, completæ immersionis ritum ante sæc. XIII in Occidente nullo modo fuisse usitatum. Sed hoc non requiritur ad thesim græcam evertendam et difficulter sustinetur. Revera 1/ immersionem clare innuunt Patres tam Occidentales quam Orientales. Ita S. Cyrillus Hier. in Catechesi XVII n. 14; « Sicut enim is qui in aquis *immergitur* et baptizatur, *undequaque ab*

habitum sit tanquam *unice* validum, *ad exclusionem Baptismi infusione collati*, quod esset probandum ab adversariis.

Revera a/ In libello, anno 1883 primo in lucem edito et scripto sæculo 1° exeunte (80-100), cui titulus, *Doctrina XII Apostolorum*, legimus cap. VII: « De Baptismo autem, sic baptizate;.... baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus S^ti^, in aqua viva (fluente). Sin autem non habes aquam vivam, in alia aqua baptiza; si non potes in frigida, in calida. Sin autem neutram habes, *effunde* (εκχεον) in caput ter aquam, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ». Cfr. edit. Funk.

b/ Testatur inter alios Eusebius, H. E. l. VI, c. 43 usum baptismi *per infusionem collati* (vel etiam per aspersionem) ægrotis, qui vocabatur *Baptismus clinicorum* vel grabatoriorum, et cujus valorem tuetur S. Cyprianus epist. 69 ad Magnum n° 12 et seq. (ed. Hartel). Hic lege objectiones apud Wirceb., *De Baptismo* n. 26 et 27.

c/ Confirmatur nostra assertio ex inspectione *baptiste-*

---

aquis cingitur, sic et illi..... ». Item catech. XX n. 4; Cfr. et Basilium *De Spiritu S^to^*, c. 27; Tertullianum, *De corona militis* c. III. Audi et S. Thom. sæculo XIII scribentem (III qu. 66 art. 6) de immersione « quia hic habet communior usus. »

2/ In textu mox referendo ex *Doctrina XII Apostolorum*, secus non intelligitur inducta oppositio inter ritum infusionis et præcedentem. Sic ergo haberemus testem immersionis ex sæculo 1°. Cui accedit auctoritas *Epistolæ Barnabæ* XI, v 11: « Hoc ait, quod nos *descendimus quidem in aquam* pleni peccatis et sordibus, *emergimus* autem fructificantes in corde timorem et in spiritu spem in Jesum habentes ».

3/ Ipsa vox « mersio » quæ ad nos pervenit et olim passim adhibebatur, etsi possit adhiberi pro infusione, videtur tamen originem ducere a praxi immersionis primitus existente.

4/ In synodo Celichytensi, in Anglia, anno 816, præscribitur: « Sciant etiam presbyteri quando sacrum Baptisma ministrant, ut *non effundant* aquam sanctam super capita infantium, sed semper *mergantur in lavacro* ». Acta Conciliorum, Coll. Labbei IV, p 1224.

Cfr. etiam Funk, *Histoire de l'Église* I, § 24; Revue de l'art Chrétien 1887 p. 42; Probst, *Sacramente und sacramentalien in den drei ersten Jahrhunderten*, ed. 1872, p. 144 et seq.

riorum quorum forma, saltem plerumque, directe contradicit declarationi Anthimi VII et sociorum. Plurima enim adhuc existentia in Occidente, non excepta Italia, eaque antiquissima, ita sunt conformata ut immersioni adulti sint inepta, cum plurium altitudo non excedat mensuram 35-45 centimetrorum. cfr. Corblet, *Histoire du Baptême* I p. 227 et seq.

d/ Argumentis per se jam sufficienter validis vim confert ipsa *iconographia* sacra. Cfr. Revue de l'art. chrétien, 1896 p. 81 et p. 285; Corblet, l. c. p. 232-233; Kraus, *Roma sotteranea*, ed. 1879, p. 311-312, apud quos invenies descriptiones picturarum ex sæculo 3^{io}, 4° et 5° quæ Baptismata ita exhibent, ut catechumenus ad genua usque aqua circumdetur, dum minister manu dextera aquam capiti *infundit*, ita ut *actio sacramentalis*, a ministro procedens *sit infusio*, minime vero immersio. Utique copiosior fiebat a sacerdote aquæ infusio quam illa quæ nunc usurpatur ita ut quasi totum corpus lavaretur, et ideo nudus repræsentatur baptizandus; infusio tamen, non immersio erat. (1)

Quæ argumenta summariè indicata nata sunt convincere quemvis Græcum, præjudiciis non præoccupatum. Cæterum in ipso Concilio Florentino, ubi agebatur de reconciliatione Græcorum et Latinorum, et tot quæstiones sunt agitatæ, ne suscitata quidem est controversia de Baptismi materia, eamque omittit Marcus Ephesinus, nec ejus mentio fit ulla in Decreto Unionis. Cfr. Héfelé, *Histoire des Conciles* XI p. 442 et seq. Imo nostra ætate, non raro expresse vel practice agnita est, in ipsa ecclesia Orientali, validitas Baptismi infusionis, signanter anno 1875, et anno 1889, a synodo Atheniensi, necnon ab ipso patriarcha Constantinopoli-

(1) In opere recentissimo M. Armellini, *Lezioni di Archeologia Cristiana*, p. 286, repertum narratur phialæ fragmentum, in quo effigies habetur depicta infantis Baptismum suscipientis; repræsentatur autem ablutio per infusionem aquæ, abundanter defluentis e vase supra caput infantuli pendente.

tano; item 21 Octobris 1894. Cfr. Tournebize *Etudes* l. c. p. 616-617.

A. D. S.

VI

Q. *Quomodo definitur et quomodo potissimum dividitur censura, explicando?*

R. ad 1m. *Censura* olim penes Romanos denotabat officium et dignitatem censorum, quæ ad morum correctionem et coercitionem spectabat. Aliquando etiam significabat ipsam correctionem et decreta ad eam spectantia.

Hodie *latius* accipitur pro quacumque sententia Ecclesiæ correctoria vel pœna, quin etiam et pro judicio adprobatorio (cf. Const. *Officiorum*, De prohibitione et censura librorum). *Stricte* vero *et proprie* censura est « *pœna spiritualis, medicinalis, per potestatem ecclesiasticam contumaciter delinquenti christiano inflicta, privans usu quorumdam bonorum spiritualium, ad hoc ut corrigatur et a contumacia desistat* ». Reiff., L. V, tit. 39, n. 3.

Dicitur *a) Pœna;* consistit enim in privatione, et non infligitur nisi propter delictum.

b) Spiritualis; quia privat usu quorumdam bonorum spiritualium, a potestate spirituali fertur, in bonum spirituale, et in conscientia obligat.

c) Medicinalis; quia censura primario et principaliter fertur in criminis cohibitionem vel emendationem delinquentis: imponitur tanquam medicina ad præcavenda peccata nondum admissa, eaque admissa curanda, ut nempe quis non peccet, et si peccaverit ad meliorem frugem redeat (cap. *Cum medicinalis* 1 De sent. exc. in 6). Hinc, ut censura *formaliter* feratur per modum *censuræ*, et non generatim per modum *pœnæ*, necesse est ut non feratur in perpetuum, nec in tempus deter-

minatum, nec ad arbitrium ferentis; sed simpliciter ferenda est, ita ut statim ac reus sese emendaverit, absolvi possit: cessante enim morbo, cessat medicina. Hic character, qui maxime proprius est hujus pœnæ, non tamen impedit quominus *secundario* sit etiam *vindicativa* seu lata in punitionem criminis atque ordinis moralis instaurationem. Sed quando punitio criminis unice vel principaliter ab auctoritate ecclesiastica intenditur, pœna, etsi censura nominetur, *formaliter* talis non est. Quapropter suspensiones vel interdicta quæ in punitionem quoque infliguntur ad certum tempus vel in perpetuum, proprie censuræ non sunt, licet etiam in Const. *Apost. Sedis* inter censuras recenseantur. Carent enim præcipuo censurarum charactere, videlicet ut ad frangendam delinquentis contumaciam ferantur, et, ea cessante, auferantur.

d Per potestatem ecclesiasticam; pœna enim non nisi ab habente potestatem imponi potest, et pœna spiritualis ad potestatem pertinet spiritualem.

e Contumaciter delinquenti; quamvis enim censura, ut reliquæ pœnæ, propter *delictum* infligatur, *contumacia* tamen est ejusdem causa quasi immediata, ita ut hæc amara medicina non imponatur nisi iis qui propter contumaciam tanto remedio indigent. Porro *contumacia* est contemptus auctoritatis superioris ecclesiastici sub pœna censuræ monentis vel præcipientis; qui tamen non opus est, ut sit formalis, sed sufficit interpretativus, « in hoc consistens, ait Reiff., quod quis sciat aliquid per legem aut legitimum superiorem ecclesiasticum sub censura esse prohibitum, et tamen illud facere præsumat; talis enim jam censetur contemnere auctoritatem præcipientis » (*l. c.*, n. 14).

f Christiano, np. baptizato *inflicta;* qui enim baptizatus non est, Ecclesiæ potestati non subditur.

g Privans usu quorumdam bonorum spiritualium; censuræ enim non ipsa bona spiritualia, sed eorum tantum usum reo adimunt; et quidem eorum dumtaxat quæ ecclesiæ jurisdictioni subsunt.

b Ad hoc, ut corrigatur et a contumacia desistat. Est finis censuræ proprius, quo absente vera censura non erit. Cf. *supra*.

R. ad 2m. Censuræ potissimum dividuntur

A. *Essentialiter* in *excommunicationem*, *suspensionem*, et *interdictum*. Hanc triplicem speciem pœnæ, nullam vero aliam, ad censuras pertinere jam expresse definivit Innocentius III, cap. *Quærenti* 20 De verbor. signif. (Decret. L. V, tit. 40).

Excommunicatio est censura per quam aliquis *a fidelium communione excluditur*, et consequenter *omnibus* bonis spiritualibus quæ illi inter se communicant, privatur; *suspensio* est censura qua *clericus* privatur *usu potestatis ecclesiasticæ* quam habet ratione ordinis, officii vel beneficii; *interdictum* est censura qua prohibetur *usus divinorum officiorum, aliquorum sacramentorum, et sepulturæ ecclesiasticæ*.

B. *Accidentaliter* autem præcipue distinguuntur

a Ratione *modi quo feruntur*, in censuras latas *a jure* et censuras latas *ab homine*. Priores sunt quæ per modum legis seu edicti perpetui irrogantur in eos omnes qui legem seu edictum violaverint. Dicuntur *a jure*: quia, licet omnis censura proxime fundetur in hominis voluntate et ipsum jus ab homine processerit, talis jam pœna in jure continetur. Posteriores vero sunt quæ feruntur per modum edicti transitorii; idque duplici ratione, videlicet, vel ferendo sententiam in aliquem hominem determinatum propter crimen admissum, vel edendo mandatum seu præceptum quo omnes qui aliquod crimen commiserint aut commissuri sint, censura ligentur. Quando censura hoc modo fertur, retinet veluti commune nomen et quasi per antonomasiam vel accommodationem *ab homine* vocatur.

b Ratione *modi quo incurruntur*, in censuras *latæ* et censuras *ferendæ sententiæ*. Priores eæ sunt quæ a delinquentibus incurruntur ipso facto quod delictum commiserint; posteriores, quas superior delinquentibus

comminatur ita ut, posito delicto, primum per sententiam judicis sint imponendæ.

c) Ratione *facultatis ab iis absolvendi,* in *reservatas* et non *reservatas*, prout earum absolutio unice competit ferenti, ejus superiori, successori, aut paucis tantum ab ipso designatis; vel contra cuilibet sacramenti pœnitentiæ ministro relinquitur.

C. V. C.

Evangelia Dominicarum

Dom. II post Epiph.

—

Jesus aquam in vinum convertit Canæ. Jo. II, 1-11.

*
* *

Te dien tijde 1 was er eene bruiloft te Kana van Galilea; en de moeder van Jesus was aldaar. 2 En Jesus was ook genood, en zijne leerlingen tot de bruiloft. 3 En toen er wijn ontbrak, zei de moeder van Jesus tot hem: Zij en hebben geenen wijn. 4 En Jesus zegt tot haar: Wat heb ik met u te doen, vrouwe! mijne ure en is nog niet gekomen. 5 Zijne moeder zegt tot de dienaren: Doet al wat hij u zeggen zal! 6 En aldaar waren om de reiniging der Joden zes steenen kruiken gesteld, houdende elk twee of drie metreten. 7 Jesus zegt tot hen: Vult de kruiken met water! En zij vulden ze tot boventoe. 8 En Jesus zegt tot hen: Schept nu, en draagt het tot den hofmeester! En zij brachten het. 9 Als nu de hofmeester het water proefde, dat wijn geworden was (en hij wist niet van waar *die wijn* was, maar de dienaren, die het water geschept hadden, wisten het wel), zoo riep de hofmeester den bruidegom, 10 en zei tot hem: Ieder mensch zet eerst den besten wijn op, en als zij wel

gedronken hebben, alsdan den minderen; maar gij hebt den besten wijn tot nu toe bewaard.

11 Dit begin zijner teekenen maakte Jesus te Kana van Galilea; en hij openbaarde zijne heerlijkheid, en zijne leerlingen geloofden in hem.

***

Notationes

1. *Erat mater Jesus ibi*, « vocata tamquam familiaris ab his qui nuptias celebrabant » Euthymius.

« Non dedignata est mater virgo, pauperum cognatorum nuptias. Josephi mariti hîc nulla mentio, quia jam obierat diem suum » Luc. Brug.

2. *Vocatus est autem et Jesus*, « supra numerum prævisum, ut videtur, quoniam illuc advenerat; *et* cum ipso *discipuli ejus*, illi quinque quos sibi adsciverat. Ex aucto numero explicatur defectus vini apud sponsos non divites » Corluy.

Porro Jesus « vocatus, ait S. Chrysost., nuptiis adfuit, in quibus non dignitati suæ, sed nostræ consuluit utilitati », « nimirum ut *primo*, consanguineis hunc honorem deferret, eorumque nuptias sua præsentia honestaret; *secundo*, ut daret exemplum humilitatis, adiens pauperum nuptias; *tertio*, ut in iis sponsorum paupertati et famæ consuleret, convertendo aquam in vinum; *quarto*, ut per hoc miraculum se discipulis patefaceret, eisque se Messiam esse ostenderet; *quinto*, ut nuptias approbaret, ac sua præsentia sanctificaret, itaque refelleret Encratitas et Tatianos mox futuros, qui nuptias quasi sordidum diaboli inventum damnabant » a Lapide.

« Si nuptiis debita castitate celebratis culpa inesset, non ad eas Dominus venisset: bona castitas conjugalis, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis. Itaque Christus ex Virgine nascitur, a prophetico viduæ Annæ ore benedicitur, ad nuptias invitatus venit » Beda, homil. in hanc domin.

3. *Vinum non habent.* « His verbis multiplex certe matris Domini virtus nobis commendatur. Et primùm quidem ejus sollicita pietas, et misericordia, qua aliorum defectus sublevare studebat... Secundò, insinuatur nobis ipsius eximia de Christo opinio, et fides. Nam cùm nondum Christus miracula operatus fuisset, non dubitat tamen eum posse: imò cùm jam discipulos sibi adjunxisse videret, credidit tempus esse, ut per miraculorum patrationem mundo sese manifestaret. Postremò, et virginis modestia, reverentia ad Christum, ac multa spes indicatur, eò quod paucis verbis, defectum vini Filio insinuaverit, non quòd ignorare putaret, sed quò ad sublevandum inopiam amicorum provocaret. Noverat siquidem mater nihil minus ferre posse Filium quàm suorum inopiam etiam corporalem: quare satis habuit tantùm verbo inopiæ convivarum admonuisse. Sic se habet et omnis animus fide orans, qui satis habet suos defectus Deo exponere, nihil dubitans, quin pro sua potentia et bonitate possit, et velit succurrere, sed tempus, et modum quo subventurus sit, in illius voluntate, et providentia relinquens » Jans. Gand.

4. *Quid mihi, et tibi est, mulier?* « Locutio est hebraica proprie sonans *quid mihi tecum rei est?* Quamquam autem ex nostro loquendi more nonnihil asperior videtur, eique sæpe inest aliquid contemptus, aut indignationis, aut reprehensionis, non tamen necessario nec semper talis est : quam ceteroquin, ut nonnullas alias dictiones in sermone communi vulgo usurpatas, sonus vocis lenire ac emollire facile potest.... Jam vero... manifestum est petitionem Mariæ nulla prorsus reprehensione dignam fuisse ; siquidem Jesus illi, etiam contra allegatam rationem *nondum venit hora mea*, obsecutus est magnifice. Putaverim ergo verba illa dicta fuisse blanda voce et hunc fere sensum habere : Quid mihi negotium facessis, mulier? Desine, quæso ; nondum venit hora mea. Ideo autem dicta fuerint ut astantibus appareret gratiam mox concessam pio Mariæ interventui referendam esse acceptam.

Nec quemquam offendere debet appellatio *mulier*, γύναι. Nam et ab exteris feminæ honoratissimæ sic compellabantur non sine observantiæ et amoris significatione. Nec alia voce usus est Christus quum, in cruce jam moriturus, Joannem pro filio matri suæ pie donabat. Joan. XIX, 26.

Nondum venit hora mea, puta tempus divinitus constitutum, quo gloriam meam, editis miraculis, mundo manisfestare incipiam. Jesus, quod Patritius recte monet, respexerit ad voluntatem Dei quam *antecedentem* vocant, non ad voluntatem *consequentem*. Voluntas quippe Dei *antecedens* fuerit ut Christus nondum miracula faceret; voluntas vero *consequens* ut in matris gratiam jam faceret: scilicet in illius gratiam Deus aliter decreverat ac decrevisset si ipsam non intercessuram esse prævidisset. Qua re docemur Deum, beatæ Virginis precum intuitu, ab omni æternitate decrevisse quædam fieri aliter ac decreturus fuisset si Virgo preces non interposuisset. Quod profecto cuique suadet ut spem suam omnem fiduciamque secundum Christum in sanctissima Virgine securus ponat » Liagre.

5. *Dicit mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite.* « B. Virgo, ex tenore vocis amicissimo et obsequentissimo quo Jesus verba illa dixerat, percepit velle eum petitioni matris concedere miraculum. Ministros ad eum misit, utpote ad quos vinum propinandum directe spectaret; vel, ut aliquibus placet, interna revelatione edocta velle Jesum eis ad prodigium uti. Mira iterum Virginis fiducia, prudentia, simplicitas. — Verba B. Mariæ ad ministros bene accommodantur huic sensui ascetico: Hoc a nobis postulat B. Virgo, ut faciamus omnia quæcumque Jesus dixerit nobis » Corluy.

6-10. *Erant autem ibi... usque adhuc.* Hæc omnia acta et ordinata sunt ad commendandam miraculi certitudinem et magnitudinem, adeoque divinam Jesu virtutem et liberalitatem.

Nota metretam cepisse saltem 20 litra, imo, juxta

nonnullos, fere 40 litra; atque *inebriatos* hic significare *exhilaratos*, seu bene potos, citra tamen ebrietatem.

11. *Hoc fecit initium signorum.* « Quia id scitu dignum erat, et ab aliis præteritum, scripsit illud, utpote ad hoc utile ne fides adhibeatur his quæ dicuntur pueri Christi miraculis » Euthymius.

Et manifestavit gloriam suam, gloriam quasi Unigeniti a Patre. Jo. I, 14.

Et crediderunt in eum discipuli ejus. « Intellige, quod fidem ampliorem et firmiorem acceperint » Theophylactus.

Conclusio

1. Non dedignetur Christianus adire nuptias pauperum, dummodo hæ debita castitate celebrentur: Siquidem Filius Dei ac Mater Dei non dedignati sint...

2. Nuptiæ tam honeste celebrentur ut non sint indignæ præsentia Christi, B. Virginis, ac genuinorum Christi discipulorum...

3. Audito hoc miraculo, augeatur ac firmetur nostra in Christum fides atque fiducia.

4. Crescat pariter nostrum erga parentes obsequium « Maximum esse illum honorem qui parentibus debetur, Christus ostendit, dum reverentia matris id faciendum suscipit, quod facere nolebat » S. Cyrill. Alex.

5. Sedulo imitemur B. Virginis humilitatem, fidei fiduciæque incomparabilem magnitudinem ac constantiam, sollicitam pietatem ac misericordiam, modestiam, prudentiam, simplicitatem, et ad Christum reverentiam.

6. Pie ac plane confidamus in intercessione Deiparæ, utpote cui Filius nihil negare possit.

7. Tandem mystice Jans. Gand.: « Præterquam quòd hoc miraculo, et matrem honoravit, et nuptias, amicoeumque honori et inopiæ providit, etiam mysticam habet rationem et intelligentiam omnis hæc Christi actio, et historia, cujus mysterii ratione omnino conveniebat hoc miraculum aquæ conversæ in vinum in nuptiis, fuisse

primum omnium, quæ fecit miraculorum. Hoc enim miraculo Christus veluti typo quodam nobis adumbravit id, quod aggrediebatur. Jam enim tempus erat ut pro insipida, ac diluta legis Mosaicæ littera, biberemus generosum illud vinum Evangelicæ doctrinæ, Christo videlicet id, quod erat inutile nobis, et inefficax vertente in melius. Secundùm enim mysterii hic significati exigentiam, licebit et totam hanc historiam mystice interpretari. Spirituales itaque quædam sunt nuptiæ, quibus scilicet humana natura divinæ reconciliata est, et conjuncta, et ad hoc conjuncta, ut deinceps spirituales filios Deo pareret. Hæ autem nuptiæ tertia die sunt factæ. Prima enim dies, fuit tempus ante legem: secunda, tempus sub lege: tertia verò, tempus Evangelicæ doctrinæ. Non autem in Judæa aut in Jerusalem, sed in *Cana Galilææ* gentium factæ sunt hæ nuptiæ, quia ad gentes magis hæ pertinent nuptiæ, ad quas major Judæorum pars vocata venire recusavit, et contempsit... In eo ergo populo hæ nuptiæ celebrantur, qui pretio sanguinis Christi emptus transmigrat a littera legis ad spiritum Evangelicum atque a mundo ad cœlum. Interest his nuptiis castitas virginalis, adest et discipulorum Christi simplicitas, venit et ipse Jesus è cœlo tanquam ex vera Judæa descendens, invitatus certe multorum retro sanctorum vocibus. Ipso autem veniente ad nos, jam deficere cœpit in utribus omnium vinum. Nam et insita hominibus naturalis ratio variis erroribus propemodum extincta erat, et cœlestis gratia, qua etiam olim mentes fidelium irrigabantur, et potabantur, hominum negligentia defecit in eis, abundante in omnibus iniquitate. Mater Jesu, Synagoga, cujus authoritas per Christum diminuitur, admonet quidem de vino, sed idem ipsa præstare nequit. Itaque cum jam de vini, ac gratiæ divinæ defectu constaret, Christus non ferens humanam naturam bonorum carentia deprimi, melius nobis quàm prius erat, vinum protulit, frigidas legis cæremonias in efficacissima, atque saluberrima sacra-

menta, ac insipidam et quæ recreare non potuit legem, in Evangelicam doctrinam commutans, quæ mentem hominis et lætificat, et inebriat. Miratur autem tam bonum vinum Architriclinus, quia pontificum quisque, quibus cura harum nuptiarum committitur, hujus mysterii ratione stupescit, cui primum vinum afferri Christus imperavit, quód per eum convivis omnibus sit dispensandum.

Cæterum orandum et nobis, ut hæc in nobis, etiam impleantur nunc, nempe ut fiant nuptiæ, hoc est, conjunctio Dei cum anima nostra, quamdiu sumus in Cana Galilææ, hoc est, in possessione istius mundi, unde nobis transmigrandum est. Verum hæ nuptiæ fieri non possunt sine præsentia matris Domini, discipulorumque ejus, et ipsius Christi. Castitas enim mentis adsit necesse est, atque simplicitas, et fides in Christum, qui per fidem habitans in cordibus nostris, cùm agnoverimus vinum nobis deficere, convertet aquam, quæ est in sex hydriis nostris, hoc est, dissolutionem ac mollitiem omnium virium animæ nostræ, in vinum sapidum, omnes nostras vires lætificans cœlesti sua gratia, ut qui prius verbo, et facto nihil præter aquam frigidam proferebamus, jam redoleamus fragrantissimum divinæ sapientiæ, et gratiæ vinum, quo et alios recreemus, et inebriemus, atque incalescere faciamus.

Orandum quoque, ut ad eas nuptias Agni, de quibus Apocal. 19 perveniamus, a quibus stultæ virgines excluduntur: in quo simul cum Christo, et Apostolis ejus, pro contemptis hujus mundi bonis (quæ velut aqua frigida satiare non possunt) bibamus vinum illud novum, de quo Christus in ultima cœna ». Jans. Gand.

G. V. D. P.

Rursum expenditur sententia R. P. Mertens circa authentiam Vulgatæ.

—

In *Nouvelle Revue théologique*, *t. XXV*, *p. 428*, et *t. XXVI*, *p. 71*, variis argumentis impugnavimus sententiam Franzelin circa authentiam locorum dogmaticorum Vulgatæ. Nuper vero R. P. Mertens (*ibid. t. XXIX, pp. 453 sqq. ac 619 sqq.*) argumenta nostra convellere ac sententiam Franzelin adversus nos propugnare aggressus est. « Les articles de l'éminent professeur de Bruges, *ait p. 456*, n'ont pu me persuader que Franzelin se soit trompé. » Nos autem in *Coll. Brug. t. III*, *p. 165 sqq.*, seposita ratione qua argumenta nostra tractavit, ostendimus quomodo R. Pater, dum sententiam Franzelin contra nos tueri studuit, nostram potius ambabus ulnis amplexus sit, atque ita conclusimus p. 172: « Ex hucusque disputatis concludere licet doctissimo Adversario nostro jam superesse ut argumenta nostra ipse adoptet, aut iis meliora sufficiat, aut sententiam nostram cum doctrina Franzelin componat, aut nostræ denique sententiæ minus ambiguè contradicat. »

Jam vero R. Pater in responsione suâ *(Nouv. Rev. théol. t. XXX, p. 411 sqq.)* neque argumenta nostra adoptat, neque iis meliora sufficit, neque sententiam nostram cum doctrina Franzelin componere conatur, sed sententiæ Franzelin ita valedicit, ut nostram potius quoad substantiam præferre videatur.

Et re quidem vera, jam amarè conqueritur nos autumasse ipsum defendere voluisse integram sententiam Franzelin. Ait enim p. 412: « M. Vandeputte commence par exposer tous les points de la doctrine de Franzelin, et par la supposer entièrement identique à la thèse défendue par nous. » Necnon p. 413: « Est-ce pour pouvoir nous accuser de contradiction, que M. Vandeputte nous suppose *toute* la doctrine de Franzelin, et omet même,

dans la citation de nos paroles, les mots décisifs : *c'est-à-dire l'inspiration?* » [1] Hisce verbis haud obscure significat sententiam suam vere differre à sententia Franzelin, quam tamen adversus nos vindicandam susceperat, quamque seu majorem syllogismi sui posuerat. Hinc patet differentiam essentialem esse, adeo ut R. Pater quoad rei substantiam nobiscum potius quam cum Franzelin sentiat, sic demonstramus :

« Juxta Franzelin decretum Tridentino declarata est omnimoda editionis vulgatæ in omnibus textibus per se dogmaticis, adeo ut dogma expressum in vulgata, dicendum sit expressum etiam fuisse in Scriptura primitiva. » Unde dicimus, *sit.* a) dogma quod expressum exstat in editione veteri vulgata, non deerat in Scriptura primitiva ; b) alioque non erat expressum aliud dogma in textu, et aliud in loco respondente editionis vulgatæ. »

Nos contra censemus neri posse a) ut dogma quod expressum exstat in vulgata, deuerit eo loco in Scriptura primitiva ; b) ut expressum fuerit aliud dogma in textu, et aliud in loco respondente editionis vulgatæ. Nemo autem negaverit inter utramque hanc sententiam essentiale discrimen exsistere.

Jam vero nobiscum aperte sentit R. Pater p. 264 : « Ainsi, *sit.* tout en défendant la doctrine de l'authenticité des textes dogmatiques de la Vulgate, on peut fort bien accorder que par exemple le verset 3 du psaume XIII « *sepulchrum patens* », etc., n'appartient pas à ce psaume. » Addit vero : « Leur inspiration reste tout à fait intacte. Autre est la question de l'inspiration, autre la question de savoir si quelques versets inspirés sont ici à leur place originale ou non. » Ad hæc reponimus :

[1] Brevitatis causa omissus verba : *c'est-à-dire l'inspiration*, non quia illicita de « la doctrine directe » quæstio, tum quia adverbia et suppressio aliquibus locis S. Scripturæ indubie inserenda, et tum etiam quia ipse R. Pater illa ita ut synonyma posuerat intendit p. 262. « La théorie de l'authenticité, *c'est-à-dire* de l'inspiration des textes dogmatiques est, » [illegible] « Lecteur de opportunitate notæ « [illegible] p. 262. « La théorie demandait bien à être franchement complète. »

a' Cli Franzelin non sufficit dogma in Vulgata expressum *alicubi* Scripturæ inspiratum esse, sed omnino necesse est idem expressum fuisse *in loco respondente Scripturæ primitivæ*. Id nobiscum negat R. Pater.

b Absonum videtur admittere locum aliquem dogmaticum Vulgatæ esse *authenticum*, et simul negare eumdem locum *inspiratum fuisse in loco respondente Scripturæ primitivæ*. — « Utrum vero omnes loci dogmatici dubii aut spurii Vulgatæ dicendi sint *alicubi Scripturæ inspirati*, an vero simpliciter quomodocumque *revelati*, quæstio est minoris momenti, *inter solos adversarios sententiæ Franzelin tractanda* ». *Collat. Brug. t. III, p. 167*.

2. Altera porro « essentialis differentia inter sententiam Franzelin ac nostram in hoc consistit quod juxta ipsum omnes textus dogmatici Vulgatæ habendi sunt tamquam authentici *eo quod* Vulgata longo tot sæculorum usu in Ecclesia probata est, juxta nos vero *eo quòd* et *quatenus* Vulgata eodem usu probata est, adeo ut non sufficiat usus qualiscumque, sed omnino requiratur *usus dogmaticus*. Ut autem hanc sententiam nostram illustraremus, adhibuimus verba R. P. Cornely (p. 436), quæ R. P. Mertens et ipse citat et approbat, adeo ut totum id quod petimus rursum nobis concedat... » *Coll. Brug. t. III. p. 167*.

Animadvertere autem velit R. P. Mertens in loco Cornely à se et à nobis citato nullatenus definiri cujusnam Ecclesiæ requiratur usus dogmaticus, an scilicet *totius* Ecclesiæ, tam orientalis quam occidentalis, ut alibi vult Cornely, an solius Ecclesiæ *latinæ*, ut vult R. P. Mertens. Quemadmodum igitur ex eo quod ipse laudata Cornely verba citat et approbat, nos non conclusimus ipsum amplecti *totam* sententiam Cornely, ita nec ipse nobis totam Cornely sententiam tribuere debuisset eò quòd et nos eadem Cornely verba citavimus et approbavimus. Nimirùm omninò abstinuimus à quæstione de qualitate et extensione usus dogmatici Ecclesiæ, quia quæstio hæc inter solos adversarios

sententiæ Franzelin tractanda est. Ceteroqui animadvertere etiam debuisset sagacissimus Adversarius noster nos inter locos dubios Vulgatæ neutiquam recensuisse famosum *Comma Joanneum*. Ita consultò fecimus, quia persuasum nobis erat laudato loco ita suffragari usum dogmaticum Ecclesiæ *latinæ* ut non licerét ejus authentiam negare aut in dubium revocare. Hæc si R. Pater perpendisset, nos cum ipso sentire facile perspexisset, neque nobis hanc quæstionem posuisset p. 476 : « De ce que l'Église n'a pas approuvé par l'usage dogmatique tel ou tel passage, peut-on inférer logiquement que les autres passages, bien approuvés par l'usage dogmatique de l'Église latine, peuvent-être mis sur la même ligne que ceux-là ? » nobis vero credidisset respondentibus *Coll. Brug. t. III, p. 168 :* « Profectò non ! Imo locos usu dogmatico Ecclesiæ latinæ probatos locis eodem usu non probatis neque æquiparavimus neque æquiparabimus unquam ! Quo igitur jure R. Pater nobis tam miram illationem attribuit ?... » Enimvero argumenta ab ipso allata *(Nouv. Rev. théol. t. XXX, pp. 415, 416)* non nimis gravia videntur quam ut ea quivis Lector ope supradictorum facile ponderare non valeat.

3. Ad stabiliendam authentiam alicujus loci dogmatici non sufficere R. Patri quòd locus iste pertineat ad Vulgatam longo tot sæculorum usu probatam, sed insuper requiri ut idem locus usu dogmatico Ecclesiæ saltem latinæ probatus sit, manifeste eruitur ex eo quod authenticitatem *commatis Joannei* non tam ex eo demonstrare conatur quod illud comma pertineat ad veterem vulgatam editionem, quàm ex eo quod constanti et unanimi usu dogmatico Ecclesiæ latinæ probatum sit. (Vide *Nouv. Rev. theol. t. XXX, pp. 117-146*).

4. Imo jam apertè protestatur R. Pater (*ibid p. 412*) sese non defendisse nisi inspirationem locorum dogmaticorum *usu dogmatico Ecclesiæ latinæ probatorum* : « Nous avons déclaré formellement dans ces passages, *ait,* que nous ne défendons que l'inspiration des textes de la

Vulgate, *approuvés par l'usage dogmatique de l'Église latine.* »

Hæc omnia clara sunt. Quæ vero disputat Adversarius noster circa doctrinam Veterum et praxin auctorum, (ibid. pp. 417-419) ea sano et æquo Lectorum judicio libenter ac fidenter subjicimus. Notandum tamen ducimus R. Patrem nobis non aliam ob causam tam acriter contradixisse, quàm quòd non satis distinxerit inter textus dogmaticos exsistentes in Vulgata quæ longo tot sæculorum usu in Ecclesia probata est, et textus dogmaticos Vulgatæ usu dogmatico Ecclesiæ probatos; quodque præterea sententiam nostram cum **sententia Cornely nimiùm confuderit.** (1)

Hæc igitur sit conclusio nostra: Contra Franzelin, sed una cum R. P. Mertens censemus omnes textus dogmaticos Vulgatæ ceu authenticos habendos esse, dummodo tamen rato, constanti et universali usu *dogmatico* Ecclesiæ sive universalis sive solius latinæ probati sint. Quæstionem autem *secundariam*, utrum scilicet loci dogmatici Vulgatæ tali usu non probati, atque critice dubii, dicendi sint alicubi Scripturæ inspirati, an vero simpliciter quomodocumque revelati, nos ex professo non tractavimus, jamque brevitati pacique studentes doctiorum judicio committimus.

G. V. D. P.

(1) Nihil igitur mirum si qui sententiam nostram male intellexit, etiam argumenta nostra haud bene tractaverit. Hæc autem argumenta unice **directa erant adversus sententiam Franzelin, quam R. P. Mertens nunc** quidem adoptavit et contra nos propugnavit, nunc vero nobiscum quoad substantiam repudiavit, quin tamen argumenta nostra probare voluerit aut iis meliora sufficere putuerit. Ceterum tota ejus demonstratio authentiæ *Comma Joanneum* tunc demum vim ineluctabilem obtinebit si sententiæ **Franzelin nostram seu suam loco *Majoris* substituerit.**

Fabriques d'église

Séance légale du mois de Janvier

En exécution de l'article 10 du décret de 1809, les conseils de fabrique doivent se réunir en séance ordinaire le dimanche, 1er Janvier prochain.

L'avertissement de la séance doit être publié, le dimanche *précédent*, au prône de la grand'messe. Il est également permis de suppléer à ce mode de convocation par une invitation à domicile, faite verbalement ou, de préférence, par écrit, à chacun des membres.

Les conseillers, après l'échange des vœux traditionnels, pourvoiront au remplacement de leurs collègues décédés, démissionnaires, etc.; et s'occuperont ensuite des objets soumis à leurs délibérations.

Jurisprudence administrative

I

Emprunts — Communes — Établissements publics — Règles à suivre

Circulaire ministérielle du 6 Juin 1898.

M. le Gouverneur,

Les emprunts des communes avec les bureaux de bienfaisance, hospices ou fabriques d'églises, dont le capital doit être préalablement réalisé par l'aliénation de fonds publics, ne sont autorisés que sous la réserve que le conseil communal intéressé indemnisera le prêteur entre autres « de la différence en moins qui pourrait exister entre le taux de l'aliénation des fonds publics et celui auquel ceux-ci ont été acquis. »

Un de vos collègues me fait remarquer que cette condition n'est que très rarement remplie et qu'elle est d'ailleurs généralement impossible à observer.

Une grande partie des fonds de l'État qui se trouvent en la possession des établissements publics ont été acquis à une date très reculée et convertis à différentes reprises ; d'autres leur ont été directement donnés ou légués, et les archives des dits établissements ne contiennent plus d'ordinaire la trace des dates et du prix des acquisitions.

La condition imposée ne semble d'ailleurs pas répondre au but qu'il importe d'atteindre. Il faut logiquement que le prêteur puisse jouir librement de l'intérêt du capital prêté et qu'à l'époque du remboursement il puisse, sans rien suppléer de ses deniers, rentrer en possession des titres équivalents à ceux qu'il a dû aliéner pour pouvoir faire le prêt.

D'accord avec M. le Ministre de la justice, j'ai reconnu le bien fondé de ces observations et j'ai décidé en conséquence de subordonner l'approbation des emprunts dont il s'agit, à la condition expresse que l'emprunteur indemnisera le prêteur :

a/ Des frais quelconques de l'aliénation des fonds publics ;

b/ De la différence en moins qui pourrait exister entre le taux de cette aliénation et celui auquel les fonds pourront être rachetés lors du remboursement total ou partiel de l'emprunt ;

c/ De la perte d'intérêt à résulter éventuellement pour le prêteur du temps qui devrait s'écouler entre le moment du remboursement et celui du remploi.

Je vous prie, M. le Gouverneur, de vouloir bien appeler sur ces instructions l'attention de la députation permanente et des administrations intéressées.

Le Ministre de l'intérieur
et de l'instruction publique,
F. SCHOLLAERT.

II

Fabrique d'église — inscription au budget de crédits pour l'entretien de l'église et du presbytère, et d'un subside extraordinaire à fournir par la commune — recours de la commune — accueilli.

—

Arrêté royal du 28 Octobre 1898
(*Moniteur*, p. 4677)

Nous donnons ici le texte *intégral* de cet important arrêté, partiellement reproduit au *Moniteur;* et dans une prochaine livraison nous ferons les observations qu'il comporte.

LÉOPOLD II, Roi des Belges,

A tous présents et à venir, Salut:

Vu le recours formé par le conseil communal de Watou, le 4 Juin 1898, contre:

1° L'inscription, par la Députation permanente du conseil provincial de la Flandre Occidentale, d'une somme de 157 fr. 27 c. à l'article 25 *(Subside extraordinaire de la commune)* des recettes du budget, pour l'exercice 1898, de la fabrique de l'église de Saint-Jean-aux-Joncs, en cette localité;

2° L'admission, par ce collège, des crédits de 50 fr., de 50 fr., et de 106 fr., inscrits respectivement aux articles 27 *(Entretien et réparation de l'église)*, 30 *(Entretien et réparation du presbytère)* et 32 *(Entretien et réparation de l'orgue)* des dépenses du même budget;

Vu l'article 4 de la loi de 4 Mars 1870;

Considérant, en ce qui concerne les articles 27 et 30 des dépenses, que la fabrique d'église ne possédant pas de ressources suffisantes pour couvrir les frais des réparations à exécuter à l'église et au presbytère, il appartient à la commune, aux termes des articles 92 et suivants du décret du 30 Décembre 1809, de pourvoir à l'entretien de ces bâtiments;

Considérant, relativement à l'article 32 des dépenses, qu'il résulte de l'instruction que la somme de 200 fr. inscrite sous cet article, est destinée au paiement des frais de réparation de l'orgue : qu'il s'agit dans l'espèce, d'une dépense dans laquelle l'intervention de la commune est obligatoire en cas d'insuffisance des ressources de la fabrique;

Considérant, quant à l'article 25 des recettes, que l'intervention de la commune, à concurrence de 57 fr. 27 c., est nécessaire pour faire équilibrer les recettes et les dépenses du budget dont il s'agit;

Sur la proposition de Notre Ministre de la Justice et de Notre Ministre de l'Intérieur et de l'Instruction publique,

Nous avons arrêté et arrêtons :

Article 1er. Le recours précité du conseil communal de Watou est accueilli en ce qui concerne les articles 27 et 30 des dépenses, rejeté complètement relativement à l'article 32 des dépenses, et rejeté partiellement quant à l'article 25 des recettes.

Article 2. Les deux crédits de 50 fr. chacun, admis par la Députation permanente respectivement aux articles 27 et 30 des dépenses, sont supprimés.

Article 3. La somme de 157 fr. 27 c. inscrite par la Députation permanente à l'article 25 des recettes, est réduite à 57 fr. 27 c.

Notre Ministre de la Justice et Notre Ministre de l'Intérieur et de l'Instruction publique sont chargés,

chacun en ce qui le concerne, de l'exécution du présent arrêté.

Donné à Ostende, le 23 Octobre 1898.

LÉOPOLD.

Par le Roi :
Le Ministre de la Justice,
V. BEGEREM.

Le Ministre de l'Intérieur
et de l'Instruction publique,
F. SCHOLLAERT.

Ex S. Rom. et Univ. Inquis.

De conditionibus ad absolvendos sectis vetitis adscriptos.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N. ad pedes S. V. provolutus humiliter exponit quod haud infrequenter coram confessariis se sistunt aggregati sectis massonicis ut absolvantur. Nunc autem humiliter petit orator utrum vi facultatum concessarum per cohortatorias pagellas S. Poenitentiariae, absolvi possint massones tum occulti, tum publici; postulat insuper, posito quod in dicta pagella praescribitur *ut ejurent*, utrum ab his omnibus exigi debeat formalis et notoria abjuratio, asservanda penes Curiam etc. *(Versio ex Italico).*

Feria IV die 5 Augusti 1898.

In congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab Ill.mis ac RR. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

Episcopus utatur facultatibus quae Ordinariis a S. Poenitentiaria

concedi solent, quarum vi et ipse et alii ab ipso delegati confessarii absolvere possunt eos qui sectis vetitis nomen dederunt, sive notorii sint, sive non, dummodo a respectiva secta omnino se separent, eamque saltem coram confessario ejurent, seu detestentur, reparato scandalo eo meliori modo quo fieri potest, et aliis injunctis de jure injungendis, juxta præfatas litteras S. Pœnitentiariæ.

Feria vero VI, die 7 ejusdem mensis Augusti, in solita audientia R. P. D. Adsessori impertita, facta de his omnibus SS^mo D. N. Leoni PP. XIII relatione, SS^mus resolutionem EE. morum Patrum adprobavit.

I. Can. Mancini *S. R. et U. Inquis. Not.*

Consultatio

In ecclesiis, quarum titularis est Sanctus Joannes-Baptista, quænam oratio est dicenda in suffragiis pro commemoratione hujus Sancti?

R. Juxta regulam quam tradunt auctores liturgici commemoratio Titularis Ecclesiæ in suffragiis fit per antiphonas, versus et orationem quæ in *ipso Titularis festo* dicuntur in Laudibus et secundis Vesperis. « Oratio etiam dicitur ut in festo, sed in ea fieri possunt et debent verborum mutationes necessariæ ut habeatur congruitas et veritas, ita verba *hodierna dies, annua dies* omittuntur; et verba *nativitas, natalitia, festum, festivitas, solemnitas*, non retinentur, sed iis substituitur verbum *commemoratio*. Quando autem Orationis forma ita redacta est, vel ejusmodi est naturæ, ut nulla ratione possit haberi congruitas, tunc recurrendum est ad aliquam Orationem de Communi. » (Ill. Vanderstappen Tract. *de officio divino*, edit. 1808, parte III, append., p. 302; Cfr. De Herdt III, n° 370, 4°).

Hæc regula conformis est decreto S. R. C. 31 Augusti 1867 *in Mechlinien.*, quo proposito dubio de

commemoratione Patroni respondetur : « Sumatur commemoratio *ex officio proprio* si habetur ; secus, de communi, mutatis verbis, quæ natalitium aut solemnitatem indicant in iis quæ *memoriam* exprimunt ». Gavantus (*Thesaurus SS. Rituum*, Comment. in rubr. Brev., sect. V, cap. XVIII, 10) eamdem doctrinam jam tradit eamque applicat orationi Nativitatis S. Joannis-Baptistæ : « Oratio de Patrono seu Titulari *(in suffragiis)*, sumitur a die festo eorumdem... mutato verbo *Nativitatem, Natalia*, vel aliud simile in *Commemorationem* : quæ si minus congruit sumatur alia de Communi... Nec est incongruum dicere, *præsentem diem honorabilem in Beati Joannis commemoratione*... et his similia : quia non enuntiantur falsa et commemoratio Patroni, seu Titularis est quasi repetitio festi per annum. » Recenti autem decreto 23 Junii 1893 S. R. C. eamdem doctrinam quoad orationem S. Joannis-Baptistæ confirmavit ; proposito enim dubio : « In ecclesiis quarum Patronus seu Titularis est Sanctus Joannes-Baptista, quanam oratione utendum est pro suffragio ejusdem in Laudibus et Vesperis, scilicet : Oratione de Nativitate, an de Decollatione Præcursoris ? ». Eadem S. Congr. respondit : « Recitanda oratio de festo Nativitatis, immutata voce *Nativitate* in vocem *Commemoratione* ».

Quæstio ergo dirempta est saltem pro ecclesiis quæ habentes S. Joannem ut titularem celebrant ut festum titulare ejusdem Natitivitatem 24 Junii. Quæri autem potest utrum eadem decisio valeat pro ecclesiis dedicatis quidem S. Præcursori, sed *sub titulo speciali Decollationis* ejusdem, quarum consequenter festum titulare sub ritu primæ classis celebratur 29 Augusti. Opinamur in casu in suffragiis, sicuti antiphonas et versus, ita etiam orationem recitandam esse ex officio proprio Decollationis ; quia juxta regulam generalem traditam à S. Congregatione in decreto 31 Augusti 1867 supra citato et ab auctoribus liturgicis duce Gavanto, commemoratio desumenda est ex officio *proprio*, si

habetur, secus de communi, quod recitatur in ipso festo titulari, dummodo habeatur congruitas. Jamvero in casu nostro festum titulare ecclesiæ est Decollatio, cujus officium habet antiphonas et orationem propria et hæc congruunt, dummodo in oratione juxta regulam datam mutetur vox *festivitas* in vocem *commemoratio*, ita ut dicatur: « Sancti Joannis-Baptistæ Præcursoris et *Martyris* tui, quæsumus Domine, veneranda *commemoratio* salutaris auxilii nobis præstet effectum ». Imo pro illis ecclesiis in quibus S. Præcursor colitur quatenus *Martyr*, speciali modo conveniunt antiphonæ et oratio ex officio Decollationis, dum non conveniunt saltem antiphonæ et versus quæ celebrant ejus Nativitatem. Ergo in illis ecclesiis desumenda est potius commemoratio ex officio Decollationis. Opponi potest decretum, supra citatum 23 Junii 1893, generaliter definire in ecclesiis quarum Patronus est S. Joannes-Baptista recitandam esse orationem de festo Nativitatis, non vero Decollationis ejus. Responderi potest, S. Congregationem considerasse casum frequentiorem et ordinarium, quatenus scilicet ecclesiæ dedicatæ S. Præcursori communius celebrant ut titulare ejus festum primarium et solemnius Nativitatis, non vero attendisse ad casum rarius contingentem quo celebratur ejus festum secundarium Decollationis: in ipso enim dubio proposito non quæritur de hoc casu speciali sed modo generali de titulari S. Joanne. Si ergo præ oculis habetur regula alio decreto anteriori data et ab auctoribus tradita, non videtur S. Congregatio voluisse definire semper et in omni casu illam orationem ex officio Nativitatis esse dicendam in suffragiis.

H. V. D. W.

INDEX

Documenta Romana

Pag.

Ex S. R. et Univ. Inquisitione. — Circa matrimonia liberorum pensatorum et catholicorum qui christiana officia implere recusant (26 Maii 1897) 350

Circa usum spiritismi (30 Martii 1898) 416

Dubia quoad accelerationem partus (4 Maii 1898) . 491

Dubia quoad baptismum conferendum adultis in articulo mortis (30 Martii 1898) 492

Circa facultates habituales concedendas Ordinariis locorum (20 Apr. 1898). 495

De conditionibus ad absolvendos sectis vetitis adscriptos (5 Aug. 1898) 644

E Sacra Pœnitentiaria. — Solvitur dubium circa rescriptum dispensationis matrimonialis erronee referens unam ex causis allegatis (28 Apr. 1897) 56

Ex S. Congr. Indulgentiarum. — Dec. *Urbis et Orb.* De erectione et aggregatione piarum Unionum seu Societatum (25 Aug. 1897) 124

Dec. *Urb. et Orb.* Adscriptiones defunctorum Confraternitatibus non sustinentur (25 Aug. 1897). 125

Dec. *Squillacen.* De indulgentia altaris privilegiati non separanda a fructu Sacrificii — de altari privilegiato pro vivis et defunctis (25 Aug. 1897) — adnotationes 179

Dec. *Burgi S. Domnini.* De scapularium forma et materia et de adscribendis confratribus (18 Jun. 1898) — adnotationes 535

Dec. *Ord. Minor. S. Franc.* De indulgentiis adnexis piis objectis quæ loca Terræ Sanctæ tetigerunt (26 Maii 1898) 540

Dec. *Urb. et Orb.* Revocantur indulgentiæ omnes mille vel plurium millium annorum — adnotationes . 589

Ex S. Congr. Indicis. — Dubia circa Const. *Officiorum ac munerum* (23 Maii 1898) 490

Item (18 Junii 1898). 588

Ex Vicariatu Urbis. — Inscriptiones singulorum familiæ membrorum non requiritur ad lucrandas indulgentias associationis a S. Familia (30 Martii 1898). . 352

Ex Sacra Congr. Rituum. — Decretum 17 Septembris 1897, quo præscribitur observantia decretorum anteriorum circa cultum exhibendum Reliquiis Passionis Domini *(cum adnotatione)* 122

Pag.

Decretum *in Bugellen.* 28 Januarii 1898 circa extensionem privilegii cantandi missam de Requie bis in hebdomada præter dies liberos *(cum adn. tationibus)* . . 184

Decretum *in Parisien.* 14 Januarii 1898 circa quasdam genuflexiones faciendas a ministro missæ privatæ et a sacerdote celebrante: circa recitationem precum *O Sacrum convivium* etc. post administratam communionem et genuflexiones faciendas in casu: circa modum recipiendi ostensorium ad benedictionem dandam, et cantum lingua vernacula tempore distributionis S. Communionis vel Processionis SS. Sacramenti: circa usum pluvialis in officio Matutino et cereorum ad septimam lectionem. 241

Decretum 11 Februarii 1898 quo respondetur dubio proposito circa recitationem litaniarum S. Familiæ. . 243

Decretum 11 Februarii 1898 quo respondetur dubiis propositis de recitatione vel cantu quarumdam litaniarum pro usu tantum privato approbatarum 244

Decretum 5 Martii 1898 quo respondetur Sacerdotes alienæ diœcesis obligari ad dicendam orationem præscriptam ab Episcopo loci, ubi celebrant 352

—

Documenta episcopalia

Monitum ad Confessarios diœcesis Brugensis. . . 192

Acta Congregationis Prosynodalis die 24 Maii 1898 Brugis habitæ. 353

Observationes et monita circa Conferentias ecclesiasticas 605

—

Meditationes theologicæ

Meditationes theologicæ ab Ill.mo ac Rev.mo Episcopo Brugensi G. J. Waffelaert clero suo dicatæ *Sequuntur*. 1
65. 129. 193. 249. 297. 417. 497. 545. 597.

—

Conferentiarum quæstiones et responsa

Ex S. Script. Veteris Testam.

Explicatur IV Reg. V. 18. 19 79
» IV Reg. VIII. 10 201

Pag.

Comparatur I Paralip. III. 5 cum Prov. IV, 3 . . 304
Explanatur II Paralip. XVIII, 18-21 425
Probatur Sassabasar, princeps Juda, de quo Esdr. I. 8. 11, idem fuisse ac Zorobabel, de quo ibid. II, 2. 556

Ex S. Script. Novi Testam.

Explanatur *ad Ephes.* VI. 11. 12 11
» *ad Philipp.* I, 28-30. 135
» *ad Coloss.* II, 11 257
» *I ad Thessal.* V, 9, 10 362
» Jo. I, 1: *In principio erat verbum* 507
» Jo. I. 1: *Et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum* 606

Ex Theologia Dogmatica.

Ex Tractatu de Novissimis.

Exponitur quænam de Inferno ejusque pœnis sint fide credenda aut saltem ut certa admittenda. . . . 13
Exponitur in quo sita sit pœna damni et qua ratione quantaque intensitate cruciet damnatos 81
Demonstratur ex S. Scriptura pœnas damnatorum esse æternas, exponitur quomodo pœnarum æternitas non repugnet bonitati Dei. 137
Exponitur quid et an sit Purgatorium 202
Exponitur quænam sint pœnæ Purgatorii et quomodo hæ ab Inferni pœnis differant. 258
De duratione pœnarum Purgatorii et de intensitate earum comparata ad pœnas hujus terræ 306
Exponitur notio Beatitudinis et demonstratur Deum esse essentialis Beatitudinis objectum 363
Exponitur quomodo in visione beatifica sint diversi gradus perfectionis et nihilominus unusquisque Beatorum sit perfecte beatus 427

Ex tractatu de Gratia.

Exponitur notio gratiæ supernaturalis in genere . . 510
Exponitur qua ratione distinguatur gratia in actualem et habitualem, et utriusque existentia demonstratur. 558
Demonstratur ad omne opus salutare internam gratiam supernaturalem esse absolute necessariam . . . 609

Ex theologia morali

Ex tractatu de virtute Religionis.

Pag.

De natura virtutis Religionis 16
De necessitate divini cultus interni et externi. . . 17
De notione devotionis substantialis et accidentalis . 19
Refellitur objectio contra voti utilitatem 87
Quæritur utrum gravior sit violatio voti quam violatio juramenti promissorii aut præcepti circa eamdem materiam 89
De parentum potestate irritandi vota filiorum. . . 91
Datur et explicatur definitio juramenti 140
Demonstratur juramenti honestas. 144
Dijudicatur liceitas juramenti amphibologici et mentaliter restricti 147
De malitia consuetudinis jurandi. 207
Quousque liceat exigere juramentum ab aliquo male juraturo. 208
Quanta sit obligatio juramenti promissorii. . . . 210
Determinatur qualitas ac quantitas peccati divinationis et vanæ observantiæ 262
De indole naturali aut præternaturali hypnotismi . 265
Quid censendum de ejusdem hypnotismi liceitate . 268
Exponuntur conditiones in omni martyrio requisitæ atque illustrantur exemplis ex Breviario desumptis. . 309
Summatim exponuntur conditiones martyrio adultorum propriæ 313
Breviter declarantur privilegia martyrii. 316

Ex tractatu de virtute Temperantiæ.

Quænam delectationes sint materia abstinentiæ, sobrietatis, castitatis 366
Exponitur generalis ordo a Deo statutus et ab homine servandus circa easdem delectationes 368
Quantum peccatum sit gula et ebrietas. 370
Probatur fornicationem esse ex jure naturæ graviter prohibitam. 431
Inde deducitur omnem actum libidinosum esse graviter illicitum. 438
Determinantur species morales in externis actibus libidinosis non consummatis 440

Ex Tractatu De Sacramentis In Genere.

Pag.

Exponitur notio Sacramenti Novæ Legis 513

Declaratur assertum: Sacramenta conferunt gratiam *ex opere operato*. 514

Dijudicatur utrum Sacramenta causent gratiam *physice* an vero *moraliter*. 517

Exponitur qua ratione gratia sacramentalis *specialis* sit et unicuique Sacramento *propria*. 565

Ex natura Sacramenti eruitur necessitas intentionis internæ virtualis apud ministrum 568

Explicatur natura *characteris sacramentalis* 571

Declaratur notio *reviviscentiæ* Sacramentorum. . . . 613

Ex Tractatu De Baptismo.

Probatur Baptisma validum sed informe reviviscere. 616

Vindicatur valor Baptismi *infusione* collati 620

Ex jure canonico vel canonico-civili.

Des formalités prescrites pour l'acceptation du remboursement d'une rente foncière perpétuelle, garantie par une inscription hypothécaire. 22

Des formalités légales pour la location des chaises de l'église 93

Du droit des bureaux de bienfaisance de faire des quêtes dans les églises 149

De l'obligation des communes de pourvoir au logement du curé ou desservant 213

La déchéance de la fabrique d'église n'entraîne pas déchéance pour le curé du droit au logement. . . . 318

Des personnes qui ont droit à une place distinguée dans les églises 373

Quid est censura, et quomodo dividitur? 625

Ex S. Liturgia.

In celebratione missæ, cognita alterutrius materiæ panis vel vini ineptitudine, quid juxta rubricas agendum est ad integritatem sacrificii procurandam? . . 270

An et quomodo defectus accidentales in celebratione missæ occurrentes supplendi sunt, si infra ipsam missam advertuntur? 442

Pag.

Quonam habitu sacro indutus esse debet sacerdos, dum administrat Sacramenta? 524

Quænam est materia licita Baptismi tum solemniter, tum privatim administrandi? 574

—

Evangelia Dominicarum

ad usum homiliticum explicata.

Dom. in Quinquag. Jesus passionem et mortem suam tertiò prædicit. Cæcum sanat. Luc. XVIII, 31-43 . . 27

Dom. IV Quadrag. Prima multiplicatio panum. Jo. VI, 1-15. 99

Dom. III post Pascha. Modicum, et iterum modicum. Jo. XVI, 16-22 154

Dom. infra Oct. Ascensionis. Spiritus veritatis testimonium perhibebit de Christo. Pariter Apostoli, qui et dirissimis persecutionibus obnoxii erunt. Jo. XV, 26, 27, XVI, 1-4 220

Fest. SS. Trinitatis. Matth. XXVIII, 18-20. . . . 275

Dom. V post Pentec. De odio in proximum. Matth. V, 20-24 322

Dom. XI post Pentec. Homo surdus et mutus sanatur. Marc. VII, 31-37. 378

Dom. XVI post Pentec. Sanatur hydropicus die Sabbathi. Contra ambitionem. Luc. XIV, 1-11 446

Dom. XX post Pentec. Sanatio filii Reguli. Jo. IV, 46-53. 452

Dom. XXIV post Pentec. et Dom. I Adventus. Prædictio cladis Jerosolymitanæ et secundi adventus Christi. Matth. XXIV, 15-35 et Luc. XXI, 25-33 . . . 530. 578

Dom. II post Epiph. Jesus aquam in vinum convertit Canæ. Jo. II, 1-11 628

—

Dissertationes

Refellitur theoria ac dijudicantur nonnullæ singulares opiniones D. Ermoni circa authentiam Pentateuchi. 34
105, 161, 226, 329, 385

Rursùm circa Matth. I, 19: *Voluit occultè dimittere eam.* 42

De Missa bis de die celebranda ab eodem sacerdote seu de *binatione* 43
111, 172, 280, 338, 457

Pag.

Du sort des dispositions testamentaires au profit d'un établissement privé 49

Expenditur sententia R. P. Mertens circa authentiam Vulgatæ 165, 635

De nupturientium statu libero probando speciatim per juramentum suppletorium 236

Conclusio disputationis circa Matth. I, 19. 248

Des pensions de retraite des ministres du culte en Belgique 343

De formula flandrica *G. verdomme*. 397, 466

De l'affichage sur les murs de l'église ou du presbytère 408

De dispensatione pontificia super voto simplici castitatis perpetuæ in ordine ad contrahendum matrimonium. 583

—

Fabriques d'église

Cir. V° Dissertations, V° Jurisprudence et V° Conferentiarum quæstiones.

Séance légale du mois de Mars 122

Séance légale du mois d'Avril — Élections . . . 178

Séance ordinaire du mois de Juillet 328

Séance du mois d'Octobre 473

Séance légale du mois de Janvier. 640

—

Jurisprudence administrative

Du sort des dispositions testamentaires au profit d'un établissement privé. A. R. du 17 Octobre 1897 . 49

Le tarif approuvé pour les fondations ne s'oppose pas à ce que les fondateurs stipulent certaines charges non prévues par ce tarif. A. R. du 26 Octobre 1897 . 54

Application de l'art. 900 du code civil. A. R. du 24 Novembre 1897. 117

Les frais d'une mission constituent une dépense obligatoire de la fabrique d'église. A. R. du 8 Mars 1898. 286

Autorisation requise pour le placement de meubles dans les églises. A. R. du 15 Mars 1898 289

Faut-il renseigner dans le budget de la fabrique d'église le produit des quêtes? A. R. du 1er Juillet 1898. 474

Pag.

Legs d'une chapelle à condition de l'entretenir à perpétuité — clause illégale. A. R. du 15 Août 1898 . . 595

Conditions prescrites pour les emprunts faits par les communes aux établissements publics. Circ. minist. du 6 Juin 1898 640

Recours de la commune contre le budget de la fabrique d'église accueilli — En cas d'insuffisance de ressources de la part de la fabrique, il appartient à la commune de pourvoir à l'entretien des édifices du culte. A. R. du 28 Octobre 1898. 642

—

Jurisprudence des cours et tribunaux

Des anciennes dettes des communes envers les fabriques d'église. Arrêt de Cassation du 30 Décembre 1897. 245

Légalité d'une fondation faite à la fabrique d'église, à condition de payer tout ou partie des revenus au curé à titre de supplément de traitement 475

—

Consultationes

Dubia circa benedictionem paramentorum etc. vi facultatis ab Episcopo delegatæ *pro determinatis ecclesiis tantum* 57

Circa cantum Responsorii *Subvenite*, dum introducitur funus in ecclesiam 59

Ubinam cantanda Antiphona *Ego sum* cum cantico *Benedictus* in sepultura adultorum? 61

Quot ministri inservire possunt missæ privatæ? — In missa cantata sine assistentia Diaconi et Subdiaconi an Epistola cantari potest vel tantum legi debet? 62

Festo OO. Sanctorum incidente in fer. 2m, valetne Confessarius in diœcesi Brugensi absolvere a simpliciter reservatis pœnitentes sabbato antecedenti confitentes? 64

In delatione corporis defuncti e domo ad ecclesiam, quibusnam paramentis utuntur celebrans et assistentes clerici? 126

Utrum in exequiis relinquenda sit crux processionalis ad feretrum 127

Pag.

Les libéralités faites aux fabriques d'église, doivent-elles être acceptées aussi par le *Conseil*, ou par le bureau des marguilliers seulement? 187

Circa conclusionem officii defunctorum, quando post cantatum unum nocturnum vel totum Matutinum non sequuntur Laudes 190

Quomodo concludendæ Vesperæ defunctorum, quando immediate sequitur Matutinum? 247

De distantia requisita ut SS. Sacramentum ad infirmos deferri possit in bursa inclusum 292

An singuli nocturni officii SS. Cruoris D. N. J. C. tempore paschali dici debeant sub unica Antiphona . 295

De benedictione apostolica in articulo mortis vi diplomatis a R° P^ce obtenti vel crucifixi ab eo benedicti. 407

La fabrique d'église ou le curé peuvent-ils défendre l'apposition d'affiches sur les murs de l'église ou du presbytère? 408

Utrum sine Sedis Apostolicæ licentia venerationi fidelium exponere liceat statuam alicujus *Beati* . . . 480

Circa modum terminandi processionem cum SS. Sacramento in festo Assumptionis B. M. V. 482

La prohibition édictée par l'article 61 du décret de 1809 s'applique-t-elle aux membres du *Conseil* de fabrique? 483

An in festo dup. 2^dæ classis liceat celebrare missam lectam de Requie, ut in die obitus, in exequiis corpore præsente 541

Circa facultatem in diœcesi Brugensi concessam parochis 1^æ et 2^æ cl. absolvendi a casibus Episcopo reservatis 591

Circa numerum Orationum et duplicationem Antiphonarum in Missa et Officio defunctorum in annua Commemoratione Clericorum et Benefactorum etc. . 592

Quænam oratio dicenda in suffragiis pro commemoratione S. Joannis-Baptistæ, ubi est Titularis Ecclesiæ? 643

*
* *

Commendatur opus: *Commentaire de la loi organique de l'enseignement primaire,* par H. Axters. 543

GTU Library
3 2400 00271 9627

Collationes Brugenses

v.3
1898 CBPaG

v.3
1898 25281

GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY
BERKELEY, CA 94709